ARCHIWUM UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO

ZESPÓŁ:

Rękopisy XV–XVIII w.

SYGNATURA:

Rkps 22 – Acta rectoralia Universitatis Cracoviensis ab a. 1744 ad a. 1752

DIGITALIZACJA:

Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego

2008 r.

1. NR ARCHIWUM:	2. NAZWA ARCHIWUM:	
805	Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego	
3. NAZWA ZESPOŁU:		
Rękopisy XV–XVIII w. (Rkps)		
4. NR ZESPOŁU:	5. SYGNATURA OBIEKTU:	
2	Rkps 22	
6. LICZBA STRON/KART:		7. LICZBA SKANÓW:
530		528
8. DATA WYKONANIA:	9. NAZWA PRACOWNI:	10. WYKONAWCA KOPII CYFROWYCH:
2008	Archiwum UJ	-
11. UWAGI:		
-		

22.

Acta Rectoralia

1744. ad 1752.

22 Ak:

IN NOMINE DOMINI AMEN.

ACTA

Iudicii & Officii Rectoralis Universitatis Cracoviensis.

RECTORATU IV

Magnifici Perillris Clarissimi et Adm Rndi Dni:

D. M. CASIMIRI PALASZOWSKI

Sacræ Theologiæ Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonici, Cureloviensis Decani, Parochialium S. Stephani Craq: Præpositi, in Czerniechow Curati, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi

RECTORIS

Annô Domini 1744tô

Commutatione brumali

CONNOTATA.

2

Die Veneris XXIII 8bris
Fundatio Jurisdictionis.

1. Coram Magnifico Perillustri Clrmo & adm Rndo Dnu M. Casimiro Pałaszowski S. Theologiae Pfre, Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Cæpardiae ad Crac. Canonico, Curcloviensi Decano, Parochialium S. Stephani Crac. Præposito, in Czerniechow Curato, Studii Generalis Universitatis Crac. Rectore, ac in ejus publica causarum Audientia personalr comparens Honoratus Joannes Gaiowski Fiscalis Judiciorum Rectoralium, accusata contumacia omnium & singulorum, jus & interesse ad fundationem Jurisdictionis prætendentium, in quantum non comparentium petiit Jurisdictionem Rectoralem fundari, prælibatum Magnificum Dnum Rectorem Judicem Causarum Academicarum competentem pronuntiari, causas si quæ steterunt indecisæ in suis terminis reassumi, Judices Surrogatos, Assesores Notarium & alios Officiales constitui, tempus & locum audiendarum Causarum determinari, & alia quæ juris & justitiæ sunt decerni. Et Magnificus Dnus Rector attenta contumacia omnium & singulorum Jus & interesse ad fundationem Jurisdictionis habere se putantium, uti non comparentium Jurisdictionem suam Rectoralem in Dei Nomine fundavit, se Judicem competentem in omnibus causis Academicis pronuntiavit easq indecisas in suis terminis reassumpsit, Judices Surrogatos Perillrem & Rndmum Dnu M. Mathiam Zietkiewicz Sacræ Theologiæ Doctorem & Professorem, Collegii Majoris Seniorem Patrem, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Canonicum, Parochialis Zarnovecensis Præpositum, Contubernii Geloniani Provisorem, Canonizationis B. Joannis Cantii Procuratorem, Librorum per Diœcesim Cracoviensem Censorem. Perillustrem Clmum & adm Rndum Dnu M. Franciscum Kalewski S. Theologiæ Drem & Pfrem Collegam Majorem, Ecclesiarum Collegiatæ SS. OO. Præpositum Parochialis in antiqua Korczyn Curatum Contubernii Zizaniani Provisorem. Perillustrem & Rndmum Dnum M. Joannem Lukini U. J. Drem & Pfrem Collegii Juridici Seniorem Patrem, Eccle

siarum

siarum Cathedralis Cracoviensis Canonicum, Collegiatarum Visli:
ciensis Primicerium, SS. OO. Crac: Cancellarium, Parochialis in
Sławkow Praepositum, Contubernii Regio Jagelloniani Provisorem.
Perillustrem Clmum & adm Rndum D. M. Adalbertum Micinski
U. J. Drem & Pfrm Collegam Juridicum, Ecclesiarum Collegiatae SS.
OO. Crac Custodem Parochialis in Luborzyca Curatum. Perillrem
Clrmum & adm Rndum D. M. Petrum Szymakowski S. Theolo:
giae Praesentatum, Collegam Majorem, Ecclesiarum Collegiatae S. Flo:
riani Clepardiae ad Crac: Custodem, Parochialis in Nasiechowice
Curatum, Scholarum Novodvorscianarum Provisorem; Assesores
Perillustrem Clrmum & adm Rndum D. M. Mathaeum Kolendowicz
Sacrae Theologiae Drem & Pfrem Collegam Majorem, Ecclesiarum
Collegiatae S. Floriani Clepardiae ad Crac Decanum, Parochialis
in Zebrzydowice Curatum, Contubernii Philosophorum Provisorem.
Perillustrem Clmum & adm Rndum D. M. Stanislaum Kutlinowski
U. J. Drem & Pfrem, Collegam Juridicum, Ecclesiarum Collegiatae
SS OO. Crac Archidiaconum, Parochialis in Koniusza Cura
tum. Perillrem Clrmum & adm Rndum D. M. Stanislaum Fili:
powicz S. Th: Praesentatum, Collegam Majorem, Ecclesiarum
Collegiatarum S. Floriani Clepardiae ad Crac: Canonicum, Curelovi:
ensem Scholasticum, Parochialium in Przemykow Praepositum,
in Igołomia Curatum, Contubernii Staringeliani Provisorem,
Universitatis Crac: Gralem Procuratorem. Jlrem Clrmum & adm
Rndum D. M. Adalbertum Grzymała S. Th: Pfrem Colle:
gam Majorem, Ecclesiarum Collegiatarum S. Annae Crac: Deca:
num, S. Georgii in Arce Crac: Custodem, Parochialis in Zielon:
ki Curatum. Jlrem Clrmum & adm Rndum M. Thomam
Muszynski U. J. Drem Philosophiae Facultatis Xmum Re:
gentem, Ecclesiarum Collegiatae S. Annae Crac: Canonicum, Pa:
rochialis S. Nicolai Praepositum. Jlrem Clrmum & adm Rndum
D. M. Casimirum Stęplowski Phiae Drem, Cursus Vladislavi:
ani Pfrem, Collegam Majorem, Ecclesiae Collegiatae S. Annae Crac:
Archidiaconum, ac interea Artistarum Decanum. Et me M.
Joannem Przypkowski Phiae Drem, Matheseos ejusdemq Astro:
nomiae Ordinarium Collegii Minoris Pfrem, Strzałkovianum Ge:
ometram Juratum, Actorum Officii & Judicii sui Rectoralis

Notar

Notarium, ac Fiscales Honoratos Viros Joannem Gaiowski, & Jacobum Kowalski constituit. Tempus audiendarum Causarum dies Juridicas consvetas Lunae, Mercurii, & Veneris non impeditas, horam 2dam post meridiem, in Stuba communi Collegii Majoris determinavit, Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Perillustribus & Rndissimis, Illustribus Clarissimis & adm Rndis, Clarissimis ac Doctissimis Dnis. M. M. Mathia Zietkiewicz Francisco Kalewski Sacrae Theologiae, Joanne Lukini, Stanislao Kutlinowski, Adalberto Miciński U. J. Dribus & Pfribus. Petro Szymakowski Stanislao Filipowicz S. Theologiae Praesentatis, Adalberto Grzymała S. The. Pfre, Thoma Muszynski U. J. Dre, & Casimiro Stęplowski, Antonio Michalski Universitatis Syndico, Phiae Dribus & Pfribus, atq H, H, Joanne Gaiowski, Jacobo Kowalski Fiscalibus, ac me M. Joanne Przypkowski Officii & Judicii Rectoralis Actuario

Die Lunae XIV Xbris.

1. Hnrtus Jankiewicz contra Nblem Dyaszewski

Coram eodem quo supra Magnifico Dno Rectore ac in publica Causarum ejus audientia comparens personaliter Honoratus Franciscus Jankiewicz Artis Typographicae Sociorum Senior, in trno hodierno ex citatione verbali provenienti, & in diem hodiernam legitime indemq. accusata contumacia Nblis Michaelis Dyaszewski Typographi S. R. Majestatis Civis Crac. in quantum non comparentis in et contra eum proposuit. Quia ipse Summam 295 florenorum Polonicalium sibi Actori debitam, & jam alias decreto Judicii Antecedanei Mgfci Dni Rectoris, Die Veneris 11 Mensis 8bris anni currentis lato, uti realem ipso citato judicialiter agnoscente adjudicatam, & intra spatium unius Mensis exsolvi sub poenis arbitrariis demandatam toties amicabiliter requisitus hucusq non exsolvit, & variis diffugiis continuo allaborando exsolvere non vult, et temere recusat, debita cum instantia petens = ipsum ad exsolutionem hujusmodi Summae Juris mediis stringi & compelli, alias ne ulterioribus diffugiis allaboret, incarcerari, & ex carcere tamdiu non dimitti donec praedictam Summam 295 florenorum sibi Actori debitam realiter et in

effectu

effectu exsolvat. In praesentia citati dicti Nblis Dyaszewski Debitum 295 florenorum Actori judicialiter agnitum & ut praemissum adjudicatum se hucusq non exsolvisse fatentis, ut tamen intra praefixum Decreto anteriori tempus eidem realiter exsolveretur, Honoratum Franciscum Dziedzicki Artis Typographicae Socium, in eadem Typographia Collegii Majoris cum Actore moderno simul laborantem qui sibi citato 200 Tynfones pro variis libris ex sua citati Typographia acceptis debet, serio obligasse, ac proinde non se citatum sed suprafatum Honoratum Dziedzicki culpabilem & punibilem esse, & ad respondendum in praesenti teneri, dicentis, & quoniam Actor instanter solutionem ad praesens urgeat, paratum se etiam hodie non quidem pecunia sed variorum Authorum libris aequivalenter debitum eidem exsolvere offerentis. In contra Actore quod actio actionem non perimat, ac ideo si quid citato ab Honorato Dziedzicki debetur ab eo sibi repetat, & quod ille sibi Actori debet diffugiis non allaborando reddat, reponente seq pro pecunia in vim deservitae mercedis debita, & ut praemissum agnita & adjudicata, libros, eos cum modum divendendi non habeat acceptare non posse, dicente ac ut supra petente. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium controversiis propositis & responsis, Citatum pro contraventione Decreti punibilem adinvenit, eoq attento quod in meram protelationem non sine detrimento Actoris diffugiis allaboret, pro pecunia reali in vim deservitae mercedis debita, & ut judicio suo deductum est die Veneris 11 Mensis Obris anni currentis adjudicata, libros & assertum quoddam debitum apud Honoratum Dziedzicki eidem Actori obtrudendo, eundem incarcerari, & eousq in Carcere detineri donec Actorem realiter & in effectu in suprafato debito florenorum Polonicalium 295. de integro pacificaverit, demandavit prout demandat Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Perillustri Clmo & adm Rndo Dno M. Adalberto Przymata S. Th: Pfre Collega Majore &c & me M. Joanne Przypkowski Actorum suorum Notario.

Et in continenti ad Officium praesens personaliter veniens suprascriptus citatus Nblis Dyaszewski in praesentia Honorati Jankiewicz Actoris in infrascriptam submissionem ejusdem Citati consentientis, & Honorati Joannis Gaibowski Fiscalis de eodem consensu Actoris in Residentia Magnifici Dni Rectoris post judicia

facto, fidem facientis coram Actis praesentibus fecit submissionem
camq manu propria subscripsit ut sequitur. Na podpisie wyrażony
niemogąc in instanti wypłacić długu 1295 Złotych Polskich rzetelne:
go y dwiema Dekretami Sądu WJMci Xiędza Rektora przy:
sądzonego, JPanu Jankiewiczowi, unikaiąc rygoru Dekretu dzi:
sieyszego, za dobrowolnym Konsensem tegoż JPana Jankiewi:
cza przed WJMcX. Rektorem dziś po Sądach uczynionym
obliguię się ninieyszą Submissyą moią pomieniony dług na Swięto
SS. Trzech Króli w Roku da Pan Bog przyszłym 1745 rzetel:
nie bez żadnych dalszych protelacyi y wybiegow wypłacić.
sub rigore Decreti presentis ipso facto extens: y nad to pod wol:
nym Drukarnie moiey zapieczętowaniem dotąd pokibym nie
wypłacił. na co się ręką własną podpisuię Michał Dyaszewski.

A°. Dni 1745to Die Veneris XVIII Januarii

Gnosus Brzechffa contra Vblem Pininski

Coram Magnifico Dno Rectore supra memorato in termino ex citatio
ne verbali comparens personaliter Gnosus Stanislaus Brzechffa
accusata contumacia Vblis Valentini Pininski M. O. Clerici
Lectionum publicarum in Universitate Crac: Auditoris, Contubernii
Jurisperitorum Alumni inquantum non comparentis proposuit con:
tra eum: Quia ipse Summam Viginti Septem Aureorum Hunga:
ricalium ad complementum Summae Centum Aureorum Hungarica:
lium per Magnificum olim Joannem Brzechffa Capitaneum
Krzeczoviensem sui Actoris Patruum, Perillustri & Rndmo An:
dreae Pininski Ecclesiarum Cathedralis Vladislaviensis Canonico
Collegiatae Cracoviensis Praeposito, &c sui citati Patruo mutuo
datae, nec per eundem Perillustrem & Rndmum Pininski, praefato
olim Magnifico Capitaneo Krzeczoviensi stante vita ipsius ex:
solutae, Testamento verò ultimae Voluntatis ejusdem Magnifici
olim Capitanei Krzeczoviensis Successoribus suis ad recipiendum
ordinatae & dispositae, residuam, se Actorem jure Successionis
Naturalis & vigore Cessionis, per Gnosum Petrum Brzechffa
in Castro novae Civitatis Konczyn Sabatto post Festum S. Mar:
tini Pontificis proximo A°. Dni 1744to, tum vigore Plenipo:
tentiae per adm Rndum Franciscum Brzechffa Praebendarium
Dębnensem in Castro Crac: Feria 5ta post Festum S. Lucae

Evangelistæ proxima Anno Dni 1744to Fratres etc Actoris Germanos natu minores ac Magnifici olim Capitanei Tricastros in personam etc Actoris p. quas in Judicio presens authenticas repros: duxit, facta & inscripta legitimè concernentem, in manus citati per me fatum Perillrem & Andmum Rnin.ski Patruum Citati ad reddendum sibi Actoris ut ex Literis ejusdem Andmi ad se Actorem de data 28 Augusti 1744 directis quas similiter in Judicio pro: sente produxit de tenore tali — — — — — — — — — — — — — —

Mnie Wielce Mł Panie y Kochany Bracie Oddatem na rękę WJMci X. Teodorskiego Dziekana, Dwadzieścia y dziewięć Złotych Polskich, Które tam X. Walenty Synowcie moy potrzebuiący pożyczenia ode mnie, Ja za pewnością prowidebam sobie nie trzeba się o to urażać, ani mi grozić manifestem, albo: rem mnie tak trzeba Interim zalecam się affektowi Braterskiemu Zostaię WMci Pana Życzliwym Bratem y sługą uniżonym X. And: Ignacy Rnin.ski ręką. Do. Augusti 1744. P.S. Pamiętaysz WMci Pan o Duszy S.p. Pana Starosty Stryia twego, że ty pożyczyłeś Która na ratunek Jey do zgodnego Dnia była by była oddawana y corocznie exactowie odprawianoby za nią to Fatebrze naszey, odebrałeś, abyś nie odpowiadał za to przed Panem Bogiem, ale spodziewamsię że będziesz pamiętny o co prosię. Ligvido constat transmissam, totiès amicabiliter requisitus reddere non vult & renuat, debita cum instantia petens eandem ad reddendam dictam Summam residuam 27 Aureorum Hungaricalium, Siam enim duos Aureos idem citatus sibi Actori reddidit, Juris mediis stringi & compelli, ac in lites expensis condemnari: In presentia citati V. Rnin.ski Summam sepè fatam a Perillustri Patruo, in manus suas transmissam esse non negantes, sed illas ad manus Perillris & Andmi Rombeki Custodis Cathedralis Crac: ex post subsequenti contraria ejusdem Perillustris Patrui sui dispositione repositam esse, verbo tenus allegantes, & super hoc documentum authenticum futuro in termino se producturum offerentes dilationemq ad Tertiam Junii petentes. Et Magnificus D. Rector attento eo quod citatus allegatam verbo contrariam de transmissa in manus ejus pecunia Actori reddenda Perillris Patrui sui dispositionem ex post factam se documento authentico probaturum offerat Causam, pro sentem ad primam Junii distat:

lit

lit, & eousq partibus terminum conservavit. Praesentibus Perillustribus & Adm Rndis M. M. Stanislao Filipowicz S. Th: Praesentato, Alberto Przymata S. Th: Dfro. Collegis Majoribus, & me M. Joanne Przypkowski Actorum Judicii & Officii sui Notario.

Gnosus Brzechffa ctra Vblem Pininski

Die Lunae XI Mensis Januarii

Coram Magnifico supra memorato Dno Rectore in termino ex conservatione comparens personaliter Gnosus Stanislaus Brzechffa Actor principalis accusata contumacia V. Valentini Pininski in quantum non comparentis ipsum ad producendum documentum authenticum, quo allegatam in verbo assertionem suam, quasi videlicet Perillris & Rmus Pininski Canonicus Cathedralis Cuiac: pecuniam summam sett 29 Aureorum Hungaricalium in manus ejusdem citati transmissam & sibi Actori ad reddendum ordinatam, ex post in manibus Perillustris & Rdmi Komecki Custodis Cathedralis Crac reponi disposuerit, hodierno in termino se probaturum obtulit, stringi & in casu non productionis hujusmodi documenti ut in anteriori termino petiit & debita cum Instantia postulavit. In praesentia citati V. Pininski documentum quo summa 29 Aureorum in manus suas transmissa non Actori moderno reddenda, sed apud Perillustrem & Rndmum Komecki deponenda, a Perillustri Patruo suo disponebat, fato quodam sibi periisse dicentis, ac proinde se producere illud non posse allegantis, nihilominus à praelibato Perillustri & Rndmo Komecki testimonium afferentis de tenore ut sequitur. Ad dandam Veritati fidem hoc scripto attestor, qualiter Nobilis Reverendus Pininski motu superiorum suorum reposuit Aureos 27 ad manus meas Idq ex ratione controversae solutionis residuitis Summae Nobili Dno Brzechffa. Quae reposita Summa omni hora restituet dummodo ea quae de jure sunt necessaria expleat idem Dnus Brzechffa. Super quod tale testimonium manum meam appono Datum Crac 11ma Januarii Ao 1745. (L.S.) Sebastianus de Kownaty Komecki Custod Cathdr: Crac: In contra Actorem citatum meris diffugiis allaborare cum nec documentum à Perillri & Rdmo Pininski Patruo suo quod in anteriori se producturum obtulerat, producat, sed in elusionem sui Actoris, necnon Judicii praesentis, illud sibi fato quodam deperiisse asserat, tum quod Testimonium a Perillustri & Rndmo

Rndmo Komecki subscriptum ad solam ipsius citati affectationem datum esse, non enim de expressa dispositione sæpe fati Perillustris & Rndmi Pininski, sed anonymè de motu superiorum nescit quorum summa Viginti Septem Aureorum a supra fato Perillustri & Reverendissimo Komecki apud se per citatum deposita esse adstruitur, tum deniq quia Actor omnia quæ de jure erant ut Testimonium datum requirit Jure cesso à Gnoso & Adm Rndo Fratribus suis authenticè in Judicio præsenti reproducto explevit, dicente ac ut supra petente. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis, propositis & responsis, visis quoq & maturè consideratis primò Literis Perillustris & Rndmi Andreæ Pininski Ecclesiarum Cathedralis Cujaviensis Canonici, Collegiatæ Crusvicensis Præpositi, ad modernum Actorem de data 28 Augusti Anni proximè præteriti 1744ti directis, quibus Summa Aureorum Viginti novem in manus citati transmissa, non alteri cuipiam sed directè moderno Actori reddenda disponit, tum Cessione per Gnosum Petrum Brzechffa in Castro novæ Civitatis Korczyn, Sabbato post festum S. Martini Pontificis proximo Anno 1744to, nec non Plenipotentia per Adm Rndum Franciscum Brzechffa Præbendarium Dobnensem in Castro Crac: feria 3ta post festum S. Lucæ Evangelistæ Anno eodem 1744. in Personam Moderni Actoris Gnosi Stanislai Brzechffa ad recipiendum sæpefatam summam Aureorum viginti novem facta & inscripta, eoq attento quod citatus de asserta contraria Literis ad Modernum Actorem directis, ex post facta Perillris & Rndmi Pininski Patrui sui dispositione expressè non doceat, eidem Citato Summam residuam Aureorum Viginti Septem (cum jam duos Aureos reddiderit) ad manus Actoris moderni Generosi Stanislai Brzechffa intra duas Septimanas reddere demandavit. Prout demandat Decreti præs. Præsentibus Perillustribus Clarissimis & adm Rndis M.M. Stanislao Filipowicz S. Th: Præsentato Adalberto Przymata S. Th: Pfre. Collegis majoribus &c. & me supra scripto Actorum suorum Notario.

Congregatio Virorum Artis Pictoriæ ad Statum Artium Liberalium, & Privilegia ac Libertates Personis Universitatis Studii Gnalis Crac: servientes admittitur

Die Veneris XV Januarii

Coram Magnifico Perillustri Clarissimo & Adm. Rndo Dno M. Casimiro Pałaszowski Sacrae Theologiae Professore Collego Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Clepardiae ad Crac: Canonico, Curelovienſis Decano &c Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Rectore, ac in publica Causarum ejus audientia, personaliter comparentes Egregii ac Honorabiles Dominicus Maria Mangini, Andreas Cengler, Lucas Orłowski, Joannes Albrychiewicz & caeteri inferius specificati ac in Instrumento Articulorum manibus suis subscripti, Artis Liberalis Pictoriae Magistri suo & totius Congregationis suae Nomine produxerunt Conditiones seu Articulos infrascriptos, per omnes & singulos Magistros Socios & Alumnos Artis Pictoriae observandos eosdemq in omnibus punctis & nexibus approbari & ratificari, robur Authoritatis & perpetuae firmitatis habere declarari. Congregationem suam uti Artis Liberalis Virorum ad Statum Artium Liberalium admitti, & Libertates Personis Universitatis servientes concedi, Decretumq super eo ferri debita cum Instantia postulantes. — Quorum quidem supra fatorum Articulorum sive Statutorum per modernos comparentes productorum tenor sequitur et est talis. —

Nos infrascripti Artis Liberalis Pictoriae Magistri cupientes antiquis moribus Congregationem Nostram Artis Liberalis Pictoriae in bono Ordine conservare, eandemq Congregationem Privilegiis Sacrae Regiae Majestatis pridem institutam, deinde Calamitate temporum et vicissitudine rerum penitus extinctam ad pristinum Statum restituere, infrascriptos Articulos ex antiquis Privilegiis Congregationi praefatae Artis Liberalis Pictoriae servientibus desumptos reassumendo ad Almam Universitatem Inclytae Academiae Cracoviensis ut omnium Scientiarum & Artium Liberalium Matrem recurrimus, ut inter alias Scientias & Artes Liberales, locum habere possimus, utq Congregationem Nostram in gremium Artium Liberalium suscipiat exposcimus, & pro meliori Congregationis Nostrae ordine hos Articulos per omnes Pictores nunc & pro tempore existentes perpetuo observandos volumus. Imo Ad Congregationem Nostram non prius Magister futurus Artis Pictoriae sive Socius, sive Alumnus aut Puer ad eandem Artem applicandus suscipiatur, nisi prius Literas recommendatorias bonae

Conversa

Conversationis produxerit. 2do ut sit Fidei Orthodoxæ Romanæ & de Hæresi non suspectus. 3tio Magister sive Socius Artis Pictoriæ peritus, non debet alteri operam præripere, neq suscipere donec priori pro præstitis laboribus satisfiat a Conductore. 4to Nemo audeat ratione picturæ contractum facere ad Artem Pictoriam exercendam præter Pictores in Congregatione Contentos, non tantum in Urbe Metropolitana Cracoviensi, sed etiam in loco septem milliaribus ab Urbe distante. Aulici verò Pictores propter commodum suorum Dominorum Imagines tantum liberè pingant, & se non ingerant ad alias picturas extra Curiam Domini sui nisi eandem Congregationem amplectantur. 5to Quod si Socius ejusdem Artis Pictoriæ in Magistrum creari voluerit, prius Artis suæ documentum videlicet specialem picturam bonæ Artis demonstrare tenebitur, idest aut Imaginem Crucifixi Dni Nostri Jesu Christi agonizantis, aut Beatissimæ Virginis Mariæ Jesum Christum filium unigenitum in sinu portantis, aut S. Georgium Equo insidentem, quam Imaginem sub uno titulo propter demonstrationem perfectæ Artis elaboratam, circa Universitatem pro memoria relinquendam Magistri prius recognoscere debebunt, expeditisq votis suis pluralitate servata, liberis Rectori Magnifico eundem Neo=Magistrum præsentare, & in Album Congregationis prævia approbatione & consensu Rectoris Magnifici inscribere tenebuntur, hoc adjecto quod sub titulo Artis Pictoriæ complecti debeant, non tantum coloribus variis pingentes, sed omnes argenteis sive aureis plagulis vel foliis per Artifices Goltslagerij dictos elaboratis operantes, sive auri v. argenti pigmenta exercentes. Deinde Viduas Maritis defunctis derelictas à beneficio Artis Pictoriæ per Socios ejusdem Artis exercendæ (quod si voluerint) non amovendas esse volumus. 6to Alumnos ad Artem Pictoriam aspirantes quilibet Magister suscipere potest propria Authoritte, non tamen in Socium creare, nisi accedente omnium Magistrorum sensu et consilio, qui Alumnus ad alium Magistrum deserto priori transire non potest, sed si male tractatus aut sufficientia non fuerit provisus ad alium Magistrum seniorem suam injuriam prius deferre debet, vel in casu denegatæ tutelæ ad Rectorem Magnificum recursum facere potest. 7mo Nemo Magistrorum alteri ejusdem Artis Magistro Socium vel Alumnum avocare, quovis modo et prætextu audeat, vel in Operis licitatis & contractu pactis

Supplan.

supplantare præsumat, salvo tamen pretio ad libitum Conductoris re-
servato, ita quodsi prius aliquis Magistrorum conventus fuerit, et ex-
cessivam laboris mercedem sui proposuerit, non tamen contractum ini-
verit, licitum erit alteri eandem operam suscipere. 8vo Nemo Socio-
rum vel Alumnorum Operam aliquam seu Imaginem pingere, & di-
vendere audeat, sine Consensu sui Magistri, eò magis Magistrum
suum deserere minimè licebit nisi ex justis & legitimis ratio-
nibus in Congregatione proponendis. 9no His omnibus Articulis
prout Magistri Socii & Alumni omnes & singuli parere debent,
ita super contravenientes pœna Centum Marcarum, ad usum & ne-
cessitatem Congregationis, tum ad pia Opera per medium applicanda
vel aliæ pœnæ pro exigentia rei aut facti arbitrariæ extendantur.
10mo Locum Consultationis privatæ apud Seniorem per totam Con-
gregationem liberis votis eligendum & per Rectorem Magnificum Uni-
versitatis approbandum esse volumus. Jam verò quo ad creandum
Magistrum & cognitionem operis modo quo supra per Magistrum
authorizandum erigendi seu pingendi, in Lectorio sive Loco alio
per Rectorem Magnificum Universitatis designando exposcimus.
11mo Ad augendum Cultum Divinum in Ecclesia Collegiatæ San-
ctæ Annæ ministerium sub titulo S. Lucæ Patroni Nostri sumpti-
bus Congregationis Nostræ procurare spondemus, & quolibet Anno
Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro defunctis Confratribus procu-
rare debemus, cui omnes Magistri Socii & Alumni adesse debe-
bunt, sub mulcta grossorum Viginti Polonicalium. Ad extre-
mum in omnibus Causis Personalibus Judicium Rectoris Ma-
gnifici Universitatis agnoscimus, eidemq; parere, & judicato satis-
facere declaramus. In aliis verò Causis utpote Fundi, Forum
competens agnoscimus. Cum præpeditoribus quibusvis in aliena
Jurisdictione existentibus, non aliter Processum formare volumus,
nisi cum Assistentia Rectoris Magnifici servato rei foro. Nos
verò uti Almæ Universitati Academiæ Cracoviensis incorpo-
rati, non aliud Forum agnoscere volumus, nisi Rectoris Ma-
gnifici Almæ Universitatis Cracoviensis. Datum Cracoviæ
Die 2da Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Quadragesimo Quinto, Dominico Maria Mangini Flo-
rentino. Joannes Albrychowic Polonus. Lucas Orłowski Polo-
nus, Andrzey Cegler mpp Gabriel Dorayski Polonus, Bo-
naventura Batkowski Polonus, Jozef Komoniecki Polonus,
Krzystof Sikorski Polonus, Stanislaus Rzepka Polonus, Joannes
Hody:

Hodyowski Polonus. Wawrzyniec Brocki Polonus, Michał Zie:
lenski Polonus. Martinus Stachowicz Polonus Andreas Bro:
zenski Polonus. Piotr Papucinski Polonus. Krzysztof Lisecki Po:
lonus. Jan Klimecki. Et Magnificus supra memoratus Studii
Gnalis Universitatis Cracovien Rector Supplicationi ejusmodi uti
justae & aequitati Consonae annuendo, eandem Congregationem Pictorum
uti Artis Liberalis Virorum ad Gremium Universitatis Studii
Gnalis Crac: & ad Statum Artium Liberalium ac Album Univer:
sitatis de Consensu totius ejusdem Universitatis admisit, & li:
bertates Personis Universitatis concessit, Statuta praefata sive
Articulos in omnibus punctis approbavit. ratificavit, ac per omnes
& singulos Magistros Socios & Alumnos Artis pictoreae obser:
vada declaravit. praesentis Decreti vigore ad praemissa mediante
Praesentibus Perillustribus Clarissimis & Adm Rndis M.M.
Stanislao Filipowicz Sacrae Theologiae Praesentato Collega Majore
Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Clepardiae ad Crac: Canonico
Curelovien Scholastico, Parochialium in Przemykow Praeposito
in Igolomia Curato, Universitatis Studii Gnalis Crac: Gnali Procuratore
Alberto Grzymała S. Th: Pfre. Collega Majore, Ecclesiarum
Collegiatarum S. Annae Decano, S. Georgii in Arce Crac: Custode
Parochialis Zielonecensis Curato. Et me M. Joanne Przyp
kowski Philosophiae Doctore Matheseos ejusdemq Astronomiae
in Collegio Minori Ordinario Pfre, Collega Majore vocato, o Krzał:
koviano Geometra Jurato Actorum Rectoralium Notario, necnon
Honoratis Viris Universitatis Bedellis Joanne Gaiowski et
Jacobo Kowalski.

Privilegium Admissionis Congregationis Pictorum ad gremium &c. Universitatis Studii Generalis Cracoviensis. 1.

M. Casimirus Pałaszowski Sacrae Theologiae Professor, Collega Major, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiae ad Cracoviam Canonicus. Curelovensis Decanus, Parochialium Sancti Stephani Cracoviae & in Czerniechow Praepositus Studii Generalis Universitatis Cracovien Rector.

14 Universis & singulis quorum interest aut quomodolibet in futu-
rum interesse potuerit notum facimus. Quomodo coram nobis Ju-
dicioq Nostro Rectorali personaliter comparentes Egregii ac Honora-
biles Dominicus Maria Mangini, Andreas Cegler Lucas Orłowski
Joannes Albrychiewicz & caeteri inferius specificati ac in Instru-
mento Articulorum manibus suis subscripti Artis Liberalis Pi-
ctoreae Magistri suo & totius Congregationis suae nomine produ-
xerunt Conditiones seu Articulos infrascriptos per omnes & singu-
los Magistros Socios & Alumnos Artis Pictoreae observandos,
eosdemq in omnibus punctis, & nexibus Universis approbari & rati-
ficari, robur Authoritatis & perpetuae firmitatis habere declarari
Congregationem suam uti Artis Liberalis Virorum ad Statum
Liberalium admitti, & Libertates Personis Universitatis Servien-
tes concedi. Decretumq super eo ferri expostulantes. Quorum qui-
dem Statutorum tenor sequitur & est talis. Nos infrascripti Artis
Liberalis Pictoreae Magistri cupientes antiquis moribus congrega-
tionem nostram Artis Liberalis Pictoreae in bono ordine conservare
eandemq Congregationem Nostram Privilegiis Sacrae Regiae Majesta-
tis pridem institutam, deinde Calamitate temporum, & vicissitudine
rerum penitus extinctam ad pristinum statum restituere, infrascri-
ptos Articulos ex antiquis Privilegiis Congregationi praefatae Artis
Liberalis pictoreae Servientibus desumptos reassumendo ad Al-
mam Universitatem Inclytae Academiae Cracoviensis, uti omnium
Scientiarum & Artium Liberalium Matrem recurrimus, ut inter
alias Scientias & Artes Liberales locum habere possimus, utq
congregationem nostram in Gremium Artium Liberalium suscipiat
exposcimus, & pro meliori Congregationis Nostrae ordine hos Arti-
culos per omnes Pictores nunc & pro tempore existentes perpetuo
observandos volumus. 1mo Ad Congregationem nostram non prius
Magister futurus Artis Pictoreae sive Socius sive Alumnus aut
Puer ad eandem Artem applicandus suscipiat nisi prius Literas
recommendatorias bonae Conversationis produxerit. 2do ut sit Fidei
Orthodoxae Romanae & de Haeresi non suspectus. 3tio Magister sive
Socius Artis Pictoreae peritus, non debet alteri operam praeripere neq
suscipere donec priori pro praestitis laboribus satisfiat a Conductore.
4to Nemo audeat ratione picturae Contractum facere ad Artem Pi-
ctoream exercendam, praeter Pictores in Congregatione Contentos
non tantum in Urbe Metropolitana Cracoviensi sed etiam in Loco
Septem

Sed etiam in loco Septem Milliaribus ab Urbe distante. Aulici verò Pictores propter Commodum suorum Dominorum Imagines tantum libere pingant, et se non ingerant ad alias Picturas extra Curiam Domini sui nisi eandem Congregationem amplectantur. 5to quodsi Socius ejusdem Artis Pictoreæ in Magistrum creari voluerit prius Artis suæ Documentum, videlicet Specialem picturam bonæ Artis demonstrare tenebitur. idest aut Imaginem Crucifixi Domini Nostri Jesu Christi agonizantis, aut Beatissimæ Virginis Mariæ Jesum Christum Filium Unigenitum in sinu portantis, aut Sanctum Georgium Equo insidentem quam Imaginem sub uno titulo propter demonstrationem perfectæ Artis elaboratam pro memoria relinquendam circa Universitatem, Magistri prius recognoscere debebunt, expeditisq votis suis pluralitate servata liberis Rectori Magnifico eundem Neo-Magistrum præsentare, & in Album Congregationis prævia approbatione & Consensu Rectoris Magnifici inscribere tenebunt hoc adjecto quod sub titulo Artis Pictoreæ completi debeant non tantum coloribus variis pingentes, sed omnes argenteis sive aureis plagulis vel foliis per Artifices Goltszlagery dictos elaboratis operantes, sive Auri vel Argenti pigmenta exercentes. Deinde Viduas Maritis Defunctis derelictas à beneficio Artis Pictoreæ per Socios ejusdem Artis exercendæ (quod si voluerint) non amovendas esse volumus. 6to Alumnos ad Artem Pictoream aspirantes quilibet Magister suscipere potest propria Authoritate non tamen in Socium creare, nisi accedente omnium Magistrorum sensu & consilio, qui Alumnus ad alium Magistrum deserto priori transire non potest, sed si malè tractatus aut sufficientia non fuerit provisus, ad alium Magistrum Seniorem suam injuriam prius deferre debet, vel in Casu denegatæ tutelæ ad Rectorem Magnificum Universitatis recursum facere. 7mo Nemo Magistrorum alteri ejusdem Artis Magistro Socium v Alumnum avocare quovis modo & prætextu audeat, vel in Operis licitatis & contractu pactis supplantare præsumat, salvo tamen pretio ad libitum Conductoris reservato, ita quodsi prius aliquis Magistrorum conventus fuerit, & excessivam laboris mercedem proposuerit, non tamen contractum iniverit licitum erit alteri eandem Operam suscipere. 8vo Nemo Sociorum vel Alumnorum Operam aliquam seu Imaginem pingere & divendere audeat sine consensu sui Magistri, cò magis Magistrum suum desere minimè licebit,

nisi ex.

nisi ex justis et legitimis rationibus in Congregatione proponendis
9no Iis omnibus Articulis prout Magistri Socii & Alumni omnes
& singuli parere debent, ita supercontravenientes pœna Centum Mar:
carum ad Usum & Necessitatem Congregationis tum ad pia opera per
medium applicanda vel aliæ pœnæ pro exigentia rei & facti arbi:
trariæ extendantur. 10mo Locum Congregationis sive Consulta:
tionis privatæ apud Seniorem per totam Congregationem liberis votis
eligendum & per Rectorem Magnificum Universitatis approbandum
esse duximus. Jam vo quo ad Creandum Magistrum, & cognitio:
nem operis modo quo supra per Magistrum Authorizandum erigendi
seu pingendi in Lectorio sive Loco alio per Rectorem Magnificum Uni
versitatis designando exposcimus. 11mo Ad augendum Cultum
Divinum in Ecclesia Collegiata S. Annæ ministerium sub titulo S.
Lucæ Patroni Nostri Sumptibus Congregationis Nostræ procurare
spondemus. Et quolibet Anno Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro
Defunctis Confratribus procurare debemus cui omnes Magistri Socii
& Alumni adesse debebunt sub mulcta grossorum viginti Polonicalium.
Ad extremum in omnibus Causis Personalibus Judicium Rectoris
Magnifici Universitatis agnoscimus, eidemq; parere & judicato sa:
tisfacere declaramus. In alius vo Causis ut pote fundi, Forum com
petens agnoscimus. Cum præpeditoribus quibusvis in aliena Jurisdi
ctione existentibus non aliter Processum formare volumus, nisi cum
Assistentia Rectoris Magnifici servato rei foro. Nos vero uti
Almæ Universitati Academiæ Cracovien incorporati non aliud forum
agnoscere volumus nisi Rectoris Magnifici Almæ Universitatis
Cracoviensis pro tempore existentis. Datum Cracoviæ Die 2da Men
sis Januarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadra
gesimo Quinto, Domenico Maria Mangini Florentino, Joannes M:
brychowic Polonus Lucas Orłowski Polonus, Andrzey f. Cangler mpp
Gabriel Dorayski Polonus. Bonaventura Batkowski Polonus. Jo:
zef Komoniecki Polonus Krzysztof Sikorski Polonus Stanislaus
Rzepka Polonus Joannes Hodyowski Polonus Wawrzyniec Brocki
Polonus Michał Zielenski Polonus Martinus Stachowicz Polonus
Andreas Brożenski Polonus Piotr Papucinski Polonus. —
Nos itaq; M. Casimirus Pałaszowski Sacræ Theologiæ Professor
&c. Studii Generalis Universitatis Cracovien Rector Supplicatio
ni hujusmodi uti justæ & æquitati consonæ annuentes, eandem Con
gregationem Pictorum uti Artis Liberalis Virorum ad gremium
Universitatis

Universitatis Studii Generalis Pracovien, & ad Statum Artium Liberalium ac Album Universitatis de consensu totius ejusdem Universitatis admittimus, & Libertates toti Universitati Servientes impartimur. Statuta prefata in omnibus punctis approbamus ratificamus ac per omnes & singulos Magistros & Socios ac Alumnos Artis Dicto rum observanda declaramus In quorum fidem presentes Literas sigillo Universitatis communiri jussimus. Datum Pracovie Die Mensis Januarii Decima Quinta Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto.

Eadem. Clarissimus Biegaczewicz contra Clarissimum Polaczek protestatum. 1.

Comparens personaliter & Officiose coram Actis presentibus Clarissimus & Excellentissimus M. Adalbertus Biegaczewicz Phie Dr & Dr Collega Minor, ejusdemq Collegii Praepositus, in et contra Clarum & Admodum Rdum M. Paulum Polaczek Phie Drem & Dren Collegam Majorem Vocatum &c. Solenniter protestatus est juxta Schedam de tenore tali. — Quia ipse die 12 Januarii Mensis, & Anni Currentis omnibus Clarissimis DD. Collegii Minoris Professoribus ad Mensam assidentibus, & prima portione vescentibus, veniens acceptum in cochlear brodium cum cochleari in patenam summo cum furore projecerit, verbis furibundis cum comminatione & acerba vociferatione assidentibus Clarissimis DD. Professoribus, & adstantibus ad Mensam Servitoribus eorum, in se Praepositum modernum Protestantem contra Statuta Domus minoris insurrexerit, ad locq ferendae sua invectionis adegerit, ut a Mensa abisse debuerit, ex peculio Communitatis dictari velle Praepositum acclamaverit, tamq minis quam Verbis presentibus Clarissimis DD. Fratribus & famulis eorum ad Mensam, ad quam vel ipse Humanitatis Legibus ab offensionibus & altercationibus abstinere suadet injuriosissime & insulta sibi data per se modernum Protestantem occasione offerent, Promittens se praedictus Protestans omni meliori modo de premissis omnibus Jure cum eodem Clarissimo Polaczek acturum. Salvo &c. omni &c. alias in forma Protestationis plenissima. Presentibus Clarissimis & Excellentissimis M.M. Stanislao Porzyncki & Michaele Czyrnicki Phie Fratribus & Professoribus.

Die Lunae XVIII Mensis Januarii 2.

Fratus Laurentij Lipkiewicz Ita Ingenuus Rabkowski

55.

Coram Judicio supramemorati Magnifici Dni Rectoris ac in ejus publica Causarum Audientia in termino ex citatione verbali comparens personaliter Tamatius Laurentius Linkiewicz Fernifaber de Civitate Pro accusata Contumacia Ingenui Stanislai Nakowski Alumni & officialista Scholae Arcensis in quantum non comparentis in et contra eum proposuit Dicta ipse die hesterna 17ma Januarii se Actorem Multum cum suo Socio in hospitio bibentem infestare, verbis inhonestis afficere, colaphizare, & allepta ab alio Studioso sive quopiam alio suo Socio Framea persecutare ausus est & praesumpsit, petens ipsum pro ejusmodi ausu poenis condignis puniri. In praesentia Citati dicti Ingenui Stanislai Nakowski per prius se ab Actore infestatum fuisse, cum sibi ad Socium suum Idiomate Latino loquente, ut Polonicè non Latine loqueretur idem Actor arroganter praecepisset, se q citatum modeste respondentem: quod sibi liceret ut sati & quo Idiomate vellet loqui, verbis scommatius laderet dicentis, & cum idem Actor ab inchoatis lasciviis Verbalibus, licet amicè peteretur desistere nollet, Citatus eos in praesentia tot Hominum pati non posset, illum idcirco colaphis afficere non negantes, sed se citatum vice versa ab Actore recolaphisatum fuisse asserentis, ac tum primùm arrepta Framea a quodam Auditore ibi praesente sibi ignoto ipsum persecutus fatentis. Et Magnificus Dnus Rector audita partium controversia, eoq attento quod licet faecinit mutua inter Actorem et Citatum Verbalesiva, colaphisationes & converberationes, quia tamen Citatus Framean arripere & ea Actorem inermem persecutere ausus est, eundem punibilem advinxerit, utq Actori instantaneam deprecationem faciat Sessionemq Carceris in Lectorio per duas horas in instanti subeat, injunxit, utq in posterum moderatius se gerat, atq hospitia publica non visitet, sub poenis Arbitrariis strictè inhibuit. Prout &c Decretum pronunciatum &c Praesentibus Illustri Clarissimo & Admodum Reverendo M. Balbino Szymata S. Theologiae Collega Majore, &c & me M. Joanne Przypkowski Actorum Judicii & Officii Rei Notario.

1. Eadem. Laboriosus Chodacki contra Angustum Szczucki

Comparens Personaliter Laboriosus Gabriel Chodacki Molitor ex Oblesino accusata Contumacia Augusti Josephi Szczucki Fundi Kollegiatkie dicti, Inquilini, in quantum non comparentis in et contra eum proposuit de et super eo: Quia Ipse Aureos Octodecim Hungaricales pro sua necessitate a se Actore accomodatos, eundem circumvenire fraudulenter in vim pignoris Vestium Permanicarium par unum, Vestes Polonicas duas Superiores alias Kontuszow, & unam inferiorem alias Zupan

tum

tum sex fila Gemmarum adulterinarum pro veris, aureos duos de:
auratos pro Aureis, Duodecim Cochlearea Orichalcea pro argenteis
dando, ausus est et praesumpsit, debita cum Instantia petens ipsum
pro hujusmodi Circumventione poenis condignis puniri, & quoniam
pignus datum Aureis duodecim non aequivalet, ad illud aut meliorandum
aut praevia Aureorum Octodecim sibi Actori restitutione recipiendum
stringi & compelli. In praesentia Citati dicti Josephi Zrzeczycki
bona fide se cum Actore processisse, cum de gemmis, Annulis, & Co:
chlearibus quod sint adulterina nesciverit, ex quo apud se etiam pro
Veris sint obpignorata, dicentis, & in meliorationem pignoris frameam
Argento circumductam Actori addentis, atq; Aureos Octodecim accomo:
datos in spatio quatuor Septimanarum se redditurum appromittentis,
sponsoremq; super eo Honestum Antonium Kazimirski quem Actis
praesentibus inscribit statuentis. In contra Actore frameam in me
liorationem pignoris a Citato additam acceptante, in sponsorem Con:
sentiente, Causamq; praesentem eousq; reservari petente, donec res
oppignoratas cum addita framea aureis Octodecim aequivalere ne ne
sibi certo constiterit. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium
Controversiis Citatum pro Circumventione Actoris punibilem adinvenit,
eoq; attento quod Actor frameam in meliorationem pignoris a citato
additam acceptet, & in sponsorem consentiat, atq; tempus ad inqui:
rendum pretium rerum cum framea addita obpignoratarum petat
Causam praesentem post duas Septimanas differendam censuit, et
eousq; partibus terminum conservavit. Prout differt & conservat, De
creti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesentibus quibus
supra.

Die Mercurii XXVII Januarii 1.

Nobilis Starzynski Plenipotentes inscribit

Coram Officio Actisq; praesentibus personaliter constitutus Nobilis Thomas
Starzynski Universitatis Crac. Bibliopola Privilegiatus Civis Vilnen
sis in suos veros & legitimos Plenipotentes, in Causa & actione inter
se citatum, & Actorem Clrmum et Excell: M. Stanislaum Dunczewski
in Universitate Crac. Phiae Dren in Zamoscensi Mathesios & Juris
Profrem, in Judicio Rectoralis Universitatis Crac. anno praeterito, mota &
agitata constituit atq; inscribit Nobiles Paulum Plowacki, & Fran:
ciscum Krolicki Notarios Apostolicos, & Causarum Spiritualium
Advocatos absentes tanquam praesentes, cum solitis rhatihabitionis
indemnitatisq; clausulis ac facultate dictam Causam defendendi, pro:
mo:

movendi, exceptiones quasvis opponendi, et ad easdem respondendi, Sen:
tentiam definitivam petendi, eandemq si & inquantum pro parte sui
Principalis favorabilem acceptandi, à contraria ad quem de Jure appel:
landi, appellationes prosequendi, in locum sui unum vel plures Procu
ratores sive Procuratores substituendi, cæteraq omnia et singula ne
cessaria & opportuna faciendi, gerendi dicendi, & exequendi, ac si ipse
met Principalis constituens faceret, gereret, diceret, ac exequeretur,
si præsens & personaliter præmissis omnibus interesset alias in for
ma Mandati plena et perfecta Offerens se id totum quodcunq per
memoratos Nobiles Glowacki & Krulicki actum gestumq fuerit,
pro rhato & grato habiturum. Præsentibus Honoratis Casimiro
Rafalski & Antonio Swirczowski Testibus ad præmissa, vocatis
rogatis, & adhibitis.

1. Die Mercurii III Februarii

Honesta Piemzicka ꝯa Zrzęczycki

Coram Magnifico Dnō Rectore supra memorato in termino ex conservatio
ne comparens personaliter honesta Agnes Piemzicka nomine fratris
sui Gabrielis Hodacki Molitoris ex Oklesżno Actoris Principalis Accu
sata contumacia Honesti Josephi Zrzęczycki inquantum non comparen
tis petiit eundem ad restitutionem Octodecim Aureorum, quod illi frater
suus in pignus Luci Summæ non æquivalens, anteriori in termino spe
cificatum fraude & dolo ab ipso circumventus accommodavit stringi & com
pelli, In præsentia Citati in meliorationem pignoris frameam argento
circumductam Actori Principali dicto Gabrieli Hodacki se addidisse di
centis, Sponsoremq quod post quatuor Septimanas sine omnibus prote
lationibus & diffugiis sub libera sui et Sponsoris captivatione et re:
rum utriusq sequestratione Actori Aureos Octodecim restituet, statuentis
patientiamq Actoris ad idem tempus postulantis. Præsente quoq Spon
sore Honesto Antonio Kazimirski in Captivationem sui & rerum suarum
casu, quo citatus intra quatuor Septimanas verbo suo judicialiter ad præ
sens dato non steterit consentiente. In contra Actrice nomine Prin
cipalis Actoris Fratris sui nec pignus etiam framea addita auctum
debito Aureorum Octodecim æquivalere, nec Sponsorem ad responden:
dum esse sufficientem verbo tenus reponente. Et Magnificus Dominus
Rector auditis Partium Controversiis, eoq attento quod citatus pignus ac:
ceptante Actore per frameam eidem Actori datam melioravit, Sponsorem
pro se statuit, liberamq sui Captivationem et sequestrationem rerum
suarum uterq tam citatus modernus quam ejus Sponsor supra fatus
offerant

offerant & promittant. tum quod Actrix moderna nomine Patris sui Principalis Actoris, pignus melioratum non adequare debitum, et Sponsorem ad respondendum non esse sufficientem verbo tantum alleget et non aliquo documento probet, Citato Auctore octodecim, intra Tres Septimanas a die hodierno computand. in manus Actoris Principalis Gabrielis Rodachi reddere sub rigore, libera ejus et sui Sponsionis Captivationis, et rerum earum Segvestrationis demandavit. Decreto presenti ad premissa mediante. Presentibus Perillustribus Armis & Admo Andrea DD. M.M Stanislao Klipowicz Sacre Theologie Presentato & Adalberto Przymata S. Th. Pree Collegii Majoribus, et me supascripto Actorum Notario.

Die Luna XV Mensis Februarii

1.

Fiscalis contra Clarissimum Biegaczewicz

Coram Magnifico Domino Rectore supra memorato comparens personaliter in termino ex Citatione legitime ut a tergo ejus apparebat executa in diem hodiernam incidens Honoratus Joannes Jacoboski Fiscalis Judiciorum presen: accusata Contumacia Armi M. Adalberti Biegaczewicz Phie Dris & Pfpis Collegii Minoris interea Propositi ingvantium non comparentis debita cum Instantia petiit eundem Armum Citatum ad Landam rationem de Supellectili, libris, aliisq rebus mobilibus post obitum Armi olim M. Francisci Kielanowicz Phie Dris & Pfpis Collega Minoris, sine testamento demortui, in ipsius residentia post absessum ejusdem ex Collegio derelictis, tum de Proventibus & Dismembrationibus dictum Armum olim Kielanowicz ad tempus mansionis sue in Collegio Minori concernentibus Juris medium stringi & compelli. In Presentia citati Armi Piegaczewicz Armum olim Kielanowicz non stante rea moderna Collegii Propositura, sed stante Propositura Armi Gankiewicz ex Collegio absessisse dicentis, et quod supra fatus Armus Gankiewicz accepta notitia de morte ejusdem Armi olim Kielanowicz ex habitatione ipsius res aliasq quo ut pote lectum cum Mensam sellas & alias Supellectilem domesticam quam certe exiguam & minoris momenti dictus pie defunctus Kielanowicz, ut omnibus constat, in sua habitatione reliquerat, Natis ejusdem pie defuncti extradedit. Tandem Armus Stanislaus Korczynski post Armum Gankiewicz factus Collegii minoris Propositus cum Armis ejusdem Collegii Consiliariis Paulo Placzek et

22 Antonio Michalski, libros a supra fato pie defuncto libros in habitatione quam incolebat relictos reridit, ex quibus aliquos illos videlicet, qui erant Bibliotheca Collegii Majoris ut ex subscriptione eorum patuit ad eandem Bibliothecam ut ille absent reddidit, religuos vero in regestro redactos in habitatione valua ex opposito habitationis pie defuncti reposuit, et clausit, & adhuc ibi conservantur intacte sub regestro ut supra conscripto, et clavi ab eis apud se actatum uti moderno Prepositum existente. Quod vero attinet dismembrationes, ex Judaeorum Portio pie defuncti concernens fuerit apud Armum Fordynski Exprepositum. Ex Introitalibus vero Armi Zdzieszowski florenos Viginti unus. grossi 6 solidi 2. apud se modernum actatum uti Prepositum, de aliis vero Proventibus eundem pie defunctum quo cunq modo concernentibus se nescire asserente, et qua Prepositi Collegii Minoris nomine ejusdem Collegii inserente quod ex Morte Matthiae pie Defuncti Centus per eundem olim Armum Kielarowicz exactoratis per se solvendi non sunt per illum pro Annis circiter quatuor Solute in religuo ad suos Antecedaneos Prepositos se referente. Et Magnificus Dnus Rector attento eo quod Armus olim Kielarowicz ex Collegio Minoris nescitur quo recedendo res suas in habitatione quam in Collegio Minori incolebat religuerit, earumq dispositionem nullam per Testamentum, uti infestatus e vivis decedens fuerit, modernum Actatum Armum Bregaczewicz uti modernum Collegii Minoris Prepositum, accepta prima de fatis expesati Armi olim Bregaczewicz notitia, ejus Executorem constituit, cui ut res quascunq & proventus quoscunq pie defunctum stante sua Mansione in Collegio Minori concernentes investiget, inquirat, & ab his qui de rebus ejusdem pie Defuncti aliquid habere putantur, si opus fuerit etiam Juris medio repetat, regestrum omnium conscribat, & Judicio suo quantocyus producat, injunxit. Prout constituit & injungit Decreto presenti ad premissa mediante Presentibus Perillustribus Armis DD. MM. Stanislao Filipowicz Sacrae Theologiae Praesentato & Adalberto Przymata Sacrae Theologiae Professo Collegii Majoribus & me M. Joanne Przyborowski Actorum Judicii & Officii sui Notario.

1. eadem. Clarissimus Pajowski citatur.

Ex mandato Magnifici Perillustris Clarissimi & Admodum Rndi Dni M. Casimiri a Latos Lowski Sacrae Theologiae Professoris, Collegii Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Martyris ac Cracoviensis Canonici Carelovicensis Decani, Parochialium S. Stephani

Crac Propositi, et in Czernichow Curati, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Actoris. Actum per Scedellum Universitatis aut quemlibet alium legitimum Executorem Clarissimus M. Valentinus Pajowski Phiae Dr Collega Minor personaliter si id commode fieri potest, alias vero citetur praesentes Copias in solita ipsius residentia cum obtestatione tamen familiis domesticis. Quatenus ad Instantiam Excellentiae & Admi Rndi M. Andreae Pelchorn Phiae Drus in Colonica Albae Ducalis Professoris, nec non Fiscalis Judiciorum Rectoralium comprincipalium Actoris, litisq; consortum, coram Judicio pedibus Magnifici Domini Rectoris hma die ab Executt. personal comparuit ipsa tunc Fandica existente, alias extunc proxime et immediate sequenti exclusa & non computata huc Executt die hora & loco audiendarum Causarum fieri solitis personaliter legitime ac peremptorie hoc est nullo alio expectato monitorio compareat ad videndum & audiendum Decretum Definitivum in Causa inter ex & suprascriptos Actores Comprincipales litisq; Consortes, occasione Vitae, Morum & Scandalorum, aliarumq; plurimarum Inconvenientiarum in fundamento Inquisitionis Juratae jam alias vigore Commissionis ex officio Rectorali emanatae in loco loci hoc est in Alba Ducali expeditae fieri, in scriptis promulgari ac debitae executioni demandari Citeraq; &c Certificanti. In quorum fidem Datt Crac Die Lunae 15. Mensis Februarii Anno 1792to. Universitatis sub Sigillo M. Joannes Pajowski Actorum Judiciii Rectoralis Notarius mpp

Die Mercurii XVII Februarii

Fiscalis cum Excell: Pelchorn contra Clarissimum Pajowski

Coram Magnifico Perillustri & Admi Rndo Dno M. Casimiro Patalowski Sacrae Theologiae Phae, Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Elepandiae ad Cracoviam Canonico, Curiarum Decano, Parochialium S. Stephani Crac Proposito, in Czernichow Curato, Studii Generalis Universitatis Cracovien Rectore ac in publica Quae Causarum Audientia, in termino ex Citatione legitime executa, comparens personaliter Honoratus Joannes Pajowski Fiscalis Judiciorum praesens accusata contumacia Clarmi M. Valentini Pajowski Phiae Drus Collega Minoris in quantum non comparentis, Suo & Excell: ac Admi Rndi M. Andreae Pelchorn Phiae Drus in Colonica Albae Ducalis Professionis comprincipalis Actoris litisq; Consortis Nunc in et contra

24 cum proposuit, juxta Citationem petens Decretum Definitivum in Causa inter se Actores comprincipales litisq́ Consortes, et Citatum occasione Vitae morum, & Scandalorum, aliarumq́ plurimarum inconvenientiarum in fundamento Inquisitionis Juratoriae jam alias vigore Commissionis ex Officio Rectorali emanatae, in loco loci hoc est in Alba Ducali expeditae ferri, in scriptis promulgari, et debitae executioni demandari, In praesentia Citati Clrmi Gajowski, ad Causam Praesentem se respondere aliter non posse nisi per Procuratorem ac proinde ad eum effectum Nobilem Glowacki Notarium Apostolicum, Causarum Spiritualium Advocatum se conduxisse dicentis eumq́ sibi addi petentis. In contra Actore non esse necessariam citato additionem Procuratoris, ex quo Causae Academicae maximè tales, qualis est praesens morum & Scandalorum juxta Statuta & Privilegia Universitatis Summario Processu judicari debeant, tum quod Causa Praesens post eductas jam inquisitiones sit in decisoriis dicente, ac ut supra pro Decreti prolatione instante, Et Magnificus Dnus Rector supra memoratus attento eo quod Causa cum Citato post inquisitiones Juratorias Albae Ducali vigore Comissionis ex Judicio Rectorali emanatae eductas, ac eidem Judicio transmissas sit in decisoriis & quod Privilegia et Statuta Universitatis Causas Academicas Processu Summario sola facti veritate inspecta judicari & terminari disponant, ne Professores per adhibita in Protelationem Causarum diffugia in laboribus Scholasticis inturbentur, et ab iis avocentur, tum quod Actor nnè suo ac sui Consortis litis Excell: Gelchorn per se ipsum contra citatum proponat, non esse necessariam additionem Procuratoris Citato, adinvenit, et ut per se respondeat injunxit Decreto praesenti Interlocutorio ad praemissa mediante. A quo Decreto Citatus ad quem de Jure appellavit, cujus appellationem uti frivolam Actor refutari petiit. Et Magnificus Dnus Rector refutata appellatione stetit in Decretis, atq́ ad Lectionem inquisitionum condescendit. quibus Lectis & benè trutinatis quamvis ex iisdem constet Clrmum Citatum Excell: Gelchorn Actori fuisse injuriosum pluresq́ inconvenientias ac Scandala sub tempus Directoratûs sui in praedicta Colonia Albae Ducalis perpetrasse, ac eo ipso punibilem adinveniri, nihilominus suspenso in eadem Causa Decreto insistendo relationi Clarissimorum M.M. Antonii Krzanowski, & Laurentii Saltszewicz ad Comitia Generalia Regni Grodensia, et visitandam Coloniam Albae Ducalis deputatorum coram tota Alma Universitate, ore tenus factae, et ex mente ejusdem Universitatis in seri

fuo in Scripturam redactæ, Manibus eorundem subscriptæ et ad Officium Rectorale porrecta; utq magnam Connexionem cum certis Negotiationibus habenti, eundem Ormum citatum ad Instantiam Fiscalis Judiciorum præsens ex Conclusione Universitatis, die 21a Februarii Anno Currenti lata Principalis Actoris ad respondendum certis punctis & Articulis in supra dicta Relatione, ratione vitæ morum, Reorumq Factorum, tum ratione desolationis ejusdem Coloniæ descriptis & connotatis atq ad dandum Calculum de perceptis et expensis Stante suo Directoratu dictam Coloniam concernentibus addicendum esse decrevit. Præsentibus Perillustribus Ormio & Adm Andr DD. MM. Stanislao Filipowicz & Adalberto Pr Gymnasii S. Theologiæ Præsentato & Pribus. Collegis Majoribus &c. & me M. Joanne Przypkowski Phiæ Dre Mathesios Ibre Collega Majore Bedellato Wallachoviano Juratoq Scriba Actorum Officii & Judicii Rectoralis Universitatis Notario.

Die Luna XXII Februarii

Fiscalis contra Ormum Pajowski

Coram Magnifico Domino Rectore supra memorato in termino ex citatione legitime executa comparens personaliter Honoratus Joannes Pajowski Fiscalis Judiciorum Rectoralium accusata contumacia Ormi M. Valentini Pajowski Phiæ Dris Collega Minoris, ingoantem non comparentis in et contra eum proposuit juxta Citationem petens eundem ad respondendum certis punctis & Articulis ex relatione Ormorum Visitatorum Coloniæ Albæ Ducalis coram Universitate ostensa facta, in Scripturam redacta, manibus eorundem subscripta et ad Officium Rectorale porrecta, ratione vitæ Reorumq Factorum tum ratione desolationis ejusdem Coloniæ, atq me Calculi de perceptis expensisq Stante suo Directoratu dictam Coloniam concernentibus suo coram Judicio sive coram Deputandis dandi, ligitandi, juris mediis stringi & compelli Citato non comparente. Actor Contumacem declarari & pro secundo adcitari petiit Et Magnificus Dnus Rector citatum ultra horam audientiæ expectatum et non comparentem Contumacem declaravit, & pro secundo adcitandum decrevit. Præsentibus quibus supra.

eadem. Chodacki contra Krzyczki

Comparens Personaliter laborioso Fabry el Chodacki Molitor ex adverso Actor Principalis accusata contumacia Krzyczki Josephi

Zrzeczycki Fundi Kollegiackie dicti in Vivario jacentis Inquilini in quantum non comparentis contra eum proposuit, Quia Ipse Decreto Judicii praesen. Die Mercurii 3tia Mensis & Anni currentium lato, quo ipsi injunctum erat ut Aureos Hungariales Octodecim sibi Actori moderno debitos in spatio trium Septimanarum, sub libera rerum ejus sequestratione & ipsius Captivatione restitueret, contravenit imo et auditur cum suo Sponsore Antonio Kazimirski profugit, petens dictum latum Decretum liberae Captivationis dicti Citati, rerumq illius sequestrationis ad executionem deduci demandari. Citato non comparente. Et Magnificus Dominus Rector citatum ultra horam audientiae expectatum & non comparentem contumacem prout merito erat reputavit, ejusdemq res in mobilibus quibuscunq pretio aestimabilibus & vendibilibus in fundo dicto Kollegiackie suae Jurisdictioni subjecto existentes, per Bedellos Universitatis sequestrandas esse decrevit, liberamq ejusdem citati captivationem Actori permisit, atq pro relatione de rebus sequestratis Judicio praesenti facienda secundam Juris assignavit Prout decernit permittit et assignat, Decreto praesenti ad praemissa mediante Praesentibus quibus supra.

1. Die Veneris XXVI Februarii

Chodacki contra Zrzeczycki.

Intermino ex Actis comparens personaliter Laboriosus Gabriel Chodacki satisfaciendo Decreto Judicii praesen. Die 22 Mensis & Anni praesentium lato, in praesentia Honoratorum Joannis Gajowski & Jacobi Kowalski Bedell: fecit relationem res profugi Josephi Zrzeczycki Fundi Kollegiackie Inquilini, in eodem fundo derelictas cum assistentia supramemoratorum Honoratorum Bedell: Universitatis sequestratas esse, videlicet Lignorum Strues alias Gromad Septem, Boves Tres, Vaccam unam, porcos quinq, & quadraginta Congios Cremati simplicis sive pro primo braxati, alias Meszu, petitq easdem res sequestratas Taxae subiici & juxta Taxam per se Actorem ad complementum rerum oppignoratarum Debitum Aureorum Octodecim dicto Citato profugo Zrzeczycki per se Actorem concessorum non adaequantium, liberi dividendi posse decerni. In praesentia Honorati Szimonis Wilczarski Incolae fundi Zwerzynecensis, ratione Tynfonum Ducentorum Sexaginta pro lignis sequestratis a praedicto profugo Zrzeczycki ut asseruit sibi debitorum, tum Honestae Catharinae Dziurkiewiczowa Fundi Kollegiackie Inquilinae ratione trium Aureorum, eidem Profugo Zrzeczycki mutuo datorum Intervenientium, et ad res seque:

statas suo pro interesse concurrentium. In contra Actor Aureos Octo decim Hungaricales pro emptione eorundem lignorum quorum residuum Stipes Septem est Segvestratum eidem profugo, Urzeczyeki se accommodasse dicente & super hoc Testes & Statuturum offerente, ideoq pro rejectione petitionis modernorum Intervenientium instante et ut supra petente. At Magnificus Dominus Rector auditis Controversiæ rei dicti Citati Urzeczyeki profugi supra specificatas et per Bedellos Universitatis in fundo Jurisdictioni Rectorali subjecto Collegiatice dicto Segvestratas Taxæ Officiose in præsentia eorundem Bedellorum in Rem ad diem ditionem subjiciendas esse censuit, Testesq ad probandum quod Citatus Urzeczyeki profugus pecuniam ab Actore Moderno accommodatam in emptionem lignorum, quorum ut asserit residuum est Segvestratum convertent. eidem Actori Futuro in termino Statuere injunxit. Intervenientium vero modernorum pretensiones, tum suum locum habere declaravit, cum post expeditam taxam rerum Segvestratarum emptor certus earundem fuerit, & pecuniam pro eis juxta taxam suo in Officio reposuerit Prout censet, injungit, & declarat, Decreti Præsentis vigore ad præmissa mediante Præsentibus Perillustri Armo & adm Rndo M. Adalberto Pfeymata Sacræ Theologiæ Lectore, Collegæ Majore, & me supra scripto Actorum Actorumq Notario

1.

Die Luna VIIII Mensis Martii

Laborosus Chodacki Testes nominat & inducit

Coram Magnifico Dno Rectore supra memorato in termino ex Actis comparens personaliter Laborosus Fabryel Chodacki Molitor ex Oblestino Actie faciendo Decreto Judicii præsch: in Causa & Actione inter se Actorem, & Citatum Josephum Urzeczyeki fiendi Collegiatice Ingvilinum ad præsens profugum motu et vertente antehoc in termino lato, in duxit et Statuit Testes Unum Famatum Josephum Wiśniowski Idem Famatam Mariannam Jasowska ex fundo Owanicensi, eosdemq ad Juramentum super eo quod Ligna cum aliis rebus supradicti Urzeczyeki Citati profugi Segvestrata sint pro certa quota pecuniæ Actorum videlicet Octodecim per se Actorem eidem Citato Urzeczyeki accommodatorum empta, præstandum admitti petiit, simulq retulit quod res Segvestratæ necdum sunt taxæ subjectæ, ex quo Honorati Wilczarskie intervenientes eandem Taxam impediant, emptorem præsertim Lignorum in Cujus præsentia taxa eorundem lignorum fieri deberet revocando. In præsentia Honoratæ Constantiæ Wilczarska se et suum Maritum Simonem Wilczarski Taxam lignorum impedire negantis, eo ne Actor modernus pecuniam pro iisdem lignis ab emptore

ad manus suas accipiat donec Causa praesens terminata fuerit, suo pro interesse se providere dicentis. Et Magnificus Dnus Rector Testes per Actorem nominatos et inductos ad Juramentum admisit, & pro eodem praestando ex rationibus animum suum permoventibus primam Juris assignavit, Honoratis vero Wilczarskie intervenientibus ne emptorem Lignorum oblatum impediant, cum pecuniam tam pro lignis quam pro aliis rebus sequestratis, non in manus Actoris sed suo in officio reponendam anteriori Decreto sit decisum inhibuit. Praesentibus Perillustri Armo & adm Rndo M. Adalberto Przymata Sacrae Theologiae Dfri Collega Majore, et me M. Joanne Przypkowski Actorum Judicii & Officii sui Notario.

Eadem Gnosus Jastrzembski contra Marmulewicz, Tyrski, Wyzrzatowski Kliszowski et alios

Coram Magnifico supramemorato Studii Generalis Universitatis Cracovien Rectore, ac in publica Causarum ejus audientia in termino ex Citatione Verbali legitime per Bedellum executt comparens personaliter Gnosus Josephus Jastrzembski Gvardiae Equestris S. R. Majestatis quondam Adjutor, Actor Ppalis accusata contumacia Ingenuorum Gaspari Marmulewicz, Josephi Wyzrzatowski Publicarum Lectionum Auditorum, Stanislai Kliszowski Scholae Rhetorices, Nicolai Tyrski Poëseos Blasii Maderski Grammatices Studiosorum. Adalberto Kliszowski Parochialis Scholae B. M. Virginis in Circulo Cracovien Alumnorum et aliorum Complicium melius quam sibi Actori de Nomine & cognonomine notorum inquantum non comparentium, cum gravi querela contra eos proposuit de et super eo Quia ipsi feria 2da Bacchanalium die videlicet prima Martii Anni Currentis tempore Vespertino in hospitio publico Podelwie dicto se Actorem modeste & pacifice ibidem se gerentem, illisq nullam Occasionem dantem, et quidem primo Ingenuus Gaspar Marmulewicz frameam evaginatam prope pedes sui Actoris terrae allidendo infestare, amiceq praemonentem ut ab ea infestatione desisteret, verbis laesivis et crudissimis afficere, colaphisare, & framea percutere, alii deinde ex Citatis suprafatis eundem Actorem violenter invadere, baculis contuterect conquassare ac tandem in Crastino diluculo, turmatim cum baculis & frameis ad idem hospitium Podelwie irruentes, ipsum qui nam essent et quomodo vocarentur, qui sibi heri supra expressas injurias & violentias intulerunt a Matre familias ejusdem hospitii Podelwie sciscitantem, iterum violenter aggredi

gredi, fustibus enormiter percutere, ac frameis vulnera ad Caput nasum & manum dextram infligere, gladium ancipitem vulgo Spatham eidem eripere et frangere, vestes scindere et lacerare, aliasq́ injurias prout fusius obductio coram Honorato Gajowski Fiscali Judiciorum praesen: die 3tia Mensis Currentis facta et ad praesens Judicialiter reproducta obloquitur, inferre ausi sunt ac temere praesumpserunt, debita cum Instantia petens eosdem citatos aliosq́ complices eorum ab ipsis nominandos pro attentatis temere praemissis poenis condignis puniri, alias praevia damnorum & injuriarum atq́ in litem & Chirurgum expensarum refusione, & Albo Studiosorum proscribi, et alia quae Juris et Justitiae sunt decerni. In praesentia Ingenuorum Josephi Wyzrzałowski ac Stanislai Kliszowski Citatorum, se quidem in dicto Hospitio Podelwie fuisse non negantium, sed ad percussiones & alias Injurias Gnoso Actori illatas se non concurrisse, verum potius ad defensionem ejusdem dicentium, et omnem facti culpam in Gasparum Marmulewicz, Nicolaum Tyrski, Blasium Madeyski, et Adalbertum Kliszowski ad praesens secum citatos et non comparentes refundentium, innocentiamq́ suam Testibus qui tunc in dicto hospitio erant praesentes, se probaturos offerentium, Inquisitionemq́ decerni postulantium. In contra Actore in Inquisitionem consentiente, citatosq́ non comparentes in quos culpa facti refunditur contumaces declari petente Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis, eoq́ attento quod omnis facti culpa per citatos modernos comparentes Wyzrzałowski et Kliszowski in Gasparum Marmulewicz Nicolaum Tyrski Blasium Madeyski et Adalbertum Kliszowski refundatur Inquisitionem necessariam adinvenit, et pro nominatione Testium atq́ porrigendis Interrogatoriis primam Juris utriq́ parti assignavit. Citatos Marmulewicz Tyrski Madeyski et Albertum Kliszowski non comparentes contumaces reputavit, & pro secundo pro eadem prima Juris adcitare mandavit et eousq́ terminum partibus conservavit. Praesentibus quibus supra.

Eadem. Fiscalis contra Excelen Lipiewicz 1.

In termino ex citatione verbali comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski, Fiscalis Judiciorum praesen accusata contumacia Excell. M. Michaelis Lipiewicz Phiae Dris & Pfris Scholae B. V. M. in Circulo Cracovien Senioris inquantum non comparentis eundem pro inattendentia in nocturnam Studiosorum suo sub regimine in eadem Schola B. M. Virginis manentium ad instantiam Gnosi Josephi Jastrzembski Guardiae Equestris S. R. Majestatis quondam Adjutoris, Actoris ppalis pro termino hodierno Citatorum, per

hospitia publica divagationem, poenis condignis puniri, alias uti Officio suo non satisfacientem Senioratu Scholae privari ad refusionem damnorum Generoso Jastrzembski supra fato in hospitio publico Podelwie per dictos Scholae B. M. Virginis Studiosos citatos Die 1ma Mensis & Anni Curren, uti et tanquam occasione ipsius in eosdem Studiosos nonattendentiae eorumq in modestia et disciplina Scholastica et sub clausura Scholae de nocte non continentiae causatorum, necnon in litem et Chirurgum expensarum, una cum excessivis ob ejus conniventiam Studiosis Citatis juris medius stringi et compelli instanter petiit. In praesentia Excell Citati suprascripti Visitationes statis temporibus se expedire, Scholam tempestive claudare, ac proinde ne de nocte Studiosi divagentur diligenter attendere et invigilare dicentis, ex eoq quod Citati ad Instantiam Gnosi Jastrzembski ex Schola sua Studiosi de die non de nocte ex Schola exiberint, quodq modernus Citatus comperto quod in Schola non pernoctarent, ab aliis in Schola pernoctantibus Studiosis adhibita omnimoda diligentia rescire ubinam commorarentur nullatenus potuerit, liberum se ab impetitione Actoris pronuntiari petentis. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium controversiis Causam praesentem ex rationibus animum suum perturbantibus ad decisionem finalem Causae inter Gnosum Jastrzembski Actorem, et Citatos Scholae B. M. Virginis Studiosos in Judicio praesenti mota & vertente distulit et eousq terminum partibus conservavit. Praesentibus quibus supra.

1. Die Mercurii X Mensis Martii

Generosus Jastrzembski contra Marmulewicz Tyrski et alios Testes inducit et nominat

Coram Magnifico supranominato Studii Gnalis Universitatis Crac. Rectore ac in publica Causarum ejus audientia in termino ex Conservatione comparens personaliter Gnosus Josephus Jastrzembski Gvardiae Equestris Sacrae Regiae Majestatis quondam Adjutor Actor ppalis accusata contumacia Citatorum infrascriptorum inquantum non comparentium, satisfaciendo Decreto Judicii praesentis Die Lunae 8va Mensis & Anni Currentium lato, pro expedienda inquisitione eodem Decreto injuncta in Causa et Actione inter se Actorem ex una, et Citatos Ingenuos Josephum Wyzrzałowski Stanislaum Kliszowski personaliter comparentes Gaspard Marmulewicz Nicolaum Tyrski, Blasium Madeyski Adalbertum Kliszowski pro secundo citatos et non comparentes partibus ex altera, in Judicio praesenti mota et vertente, induxit et nominavit Testes Gnosam Agnetem Konarzewska hospitii in Podelwie Matrem familias et ho-

et Honestos Laurentium Ziębinski Jacobum Kraszowski Musicos, atq Ingenuos Bartholomaeum Maciekiewicz et Antonium Lachowski Scholae Rhetorices Studiosos, eosq juxta Interrogatoria a se in continenti porrecta examinari, supra nominatos vero Ingenuos Gasparum Marmulewicz Nicolaum Tyrski Blasium Madeyski, Adalbertum Kliszowski pro secundo citatos et non comparentes contumaces declarari, atq pro tertio ad Valvas Collegiorum adcitari demandari debita cum Instantia postulavit. In praesentia Ingenuorum Josephi Wyżrzałowski et Stanislai Kliszowski Citatorum personaliter comparentium, in Testes ab Actore nominatos et inductos consentientium, eosdemq ipsos pro parte sua nominantium, atq illos juxta Interrogatoria a se in continenti porrecta praevio Corporali Juramento examinari petentium. Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus Testes ab utraq parte nominatos et non exceptos admisit, eosq juxta Interrogatoria ab utraq parte porrecta praevio Corporali Juramento Perillustri & Adm Rndo M. Adalberto Grzymała Sacrae Theologiae Dfri Collegae Majori &c Judiciorum suorum Assessori & mihi M. Joanni Przypkowski Actorum suorum Notario examinandos commisit Citatos vo pro 2do et non comparentes contumaces declaravit, et pro 3tio ad Valvas Collegiorum Majoris & Juridici adcitare demandavit et Terminum conservavit. Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri & Adm Rndo M. Adalberto Grzymała S. Th. Dfre Collega Majore &c et me suprascripto Actorum suorum Notario.

Eadem. Laboriosus Gabriel Chodacki Testes anteriori in termino nominatos et inductos ad Juramentum admitti petit. 1.

In termino ex Actis comparens personaliter Laboriosus Gabryel Chodacki Molitor ex Okleszno Actor ppalis Famotos Josephum Wisniowski & Mariannam Turowska fundi Vivariensis Incolas Testes in Causa et Actione inter se Actorem et Citatum Josephum Zrzeczycki ex fundo Kollegiackie dicto profugum mota et vertenta anteriori in termino nominatos & inductos ad praestandum juramentum hucusq dilatum admitti, Honaritis vo Simoni et Constantiae Wilczarskim fundi Vivariensis Incolis ad eandem Causam intervenientibus, ne Taxam lignorum in fundo praedicto Kollegiackie a Citato suprafato in eodem fundo Kollegiackie derelictorum, ex ratione quod eadem ligna pro pecunia sui Actoris Citato Zrzeczycki profugo à se mutuo data, uti in Judicio praesenti depositione Juratoria Testium nominatorum et Inductorum probabitur sint coemptae impediant inhiberi, debita cum Instantia petit. In praesentia Interveni

venientium suprascriptorum, septem aureos pro lignis quorum adhuc strues septem residuae in fundo Kollegiackie consistunt se a Citato Zrzeczycki profugo recepisse non negantium, sed utrum hi septem Aurei ex pecunia Actoris Moderni Citato supra fato mutuo data fuerint ignorantium, et in Juramentum Testium ab Actore nominatorum et inductorum consentientium. Et Magnificus Dnus Rector Testes nominatos et inductos ad praestandum juramentum admisit idq in eam Rotha Ja Jozef y ia Maryanna przysięgam Panu Bogu w Troycy Swiętey iedynemu iako wiem dowodnie że z tychże samych pieniędzy toiest Czerwonych Złotych Osmnastu od Gabryela Chodackiego pożyczonych Jozef Zrzeczycki Siedm Czerwonych Złotych dał Panu Szymonowi Wilczarskiemu na te Drwa ktorych gromad Siedm reszta na Gruncie Kollegiackim dotychczas stoi tak mi Panie Boże dopomoż y niewinna Męka Jego. coq Juramento ad Imaginem Crucifixi praestito audito et attento Septem strues lignorum residuas in fundo Kollegiackie a Citato Zrzeczycki ex eodem fundo profugo derelictas Actori Moderno Gabrieli Chodacki adjudicavit, eorum tamen juxta taxam Officiosam diveriditionem differendam eousq censuit, donec idem Actor Francae Vestium et aliarum rerum in termino die Lunae 18va Mensis Januarii his in Actis specificatarum, a citato apud se Actorem oppignoratarum Taxam Officiosam in Judicio praesenti produxerit ad cujus productionem Zdam Juris praefixit et terminum conservavit. Honoratis vero Wilczarskie, ne conductos per Actorem modernum lignorum suprascriptorum Taxatores ullo modo praepediant inhibuit, illorumq praetensionem ad eundem Terminum producendae per Actorem Taxae Officiosae rerum supra expressarum praefixum distulit Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante Praesentibus quibus supra.

1. Eadem. Generosus Niewiarowski, Famatus Mazurkiewicz et alii Intervenientes contra Honestam Zrzeczycka

Coram Magnifico Domino Rectore supra memorato in termino ex Citatione Verbali legitime executt. provenien comparens personaliter Gnosus Alexander Niewiarowski. Magnifici Casimiri Michalczewski Ppalis Plenipotens petiit Honestam Agnetem Zrzeczycka Josephi Zrzeczycki ex fundo Kollegiackie dicto profugi Consortem legitimam ad extraditionem Boum Trium Magnifici Ppalis sui propriorum, penes citatam post profugum Maritum suum derelictorum stringi et compelli. Intervenientibus Famato Stanislao Mazurkiewicz ratione porcorum

trium

trium, Andrea Jaworkowicz ratione unius Vaccæ & Porcelli, atq; tabo-
rioso Joanne Mroz ratione unius Porci, in Saginam moderna Ætate
manto profugo datorum, et penes eandem Ætatem per profugum Mari-
tum derelictorum atq; sibi tanquam res eorum proprias extradi de
mandentur postulantibus. Præsente citata dicta Honesta Zuzanna Zyeka
Porcos Ires Magnifici Michależewski Actoris Principalis, Res porcos
Famatorum Mazurkiewicz, unam Vaccam & Porcellum Andrea Jawor
kowicz, et unum Porcum laboriosi Mroz Intervenientium apud se post
profugum Maritum derelictæ esse eorundem proprios et ut asseritum est
in Saginam datæ liberè agnoscente in extraditionem consentiente, imo
eandem et liberam ex fundo dimissionem decerni petente. Et Magnifi-
cus Dnus Rector attenta libera Ætate super proprietate Porcorum Tri-
um Magnifici Michależewski unius Vaccæ et Porcorum Intervenien
tium Supra memoratorum, liberam eorundem pecorum ex fundo Colle
giatiæ Jurisdictioni sue Rectorali subjecto dimissionem, et unicuiq;
quæ sua sunt extraditionem permisit et demandavit. prout permittit
et demandat Decreti præsen vigore ad præmissa mediante. Præsen
tibus quibus Supra.

Die Luna XV Mensis Martii

Fiscalis contra Armum Gankiewicz

Coram Magnifico Domino Rectore Supra memorato et in publica Cæsa-
rum Ejus audientia in termino ad Citationi legitimè exacutt compa
rens personaliter Honoratus Joannes Jasinski Fiscalis Judicionum
præsen accusata contumacia Arni M. Josephi Gankiewicz
Phiæ Dni Collegæ Minoris, in quantum non complendo in et contra
eum proposuit. Quia licet ipse per Almam Universitatem ante
Annum circiter in Directorem Colonia Academiæ Albæ Ducalis
electus fuerit, Viales per eandem Universitatem assignatas habu
erit, ad finem accelerationis discessus ad dictam Coloniam tam
per eandem Universitatem in Convocatione congregatam, quam etiam
per Magnificum Dnum antecessaneum Rectorem monitus extiterit,
discessum nihilominus ad præfatam Coloniam tolies per se quan
toties apparitorum cum elusione Universitatis, dispendio Stu-
dii et boni communis hucusq; retardavit, quinimo etiam sedile
et consessum Magnifici Dni Rectoris Collegiaturam Mino-
ris Collegii contra Jura et Statuta Universitatis tanto tempore
deseruit, et q; disputationes ordinarias et alios Actus, ac labo
res Scholasticos dictam Collegiaturam Minoris Collegii concernentes

consulto neglexit, petens instanter ipsum ab processibus non esse collegam Minorem declarari, In presentia Almi Stanislai Konickyński Plebis Dni & Archis Collega Minoris Almi Cyon Kiewicz citati Dni ppalis per literas ad Se missas et in Judicio presenti productas ad Causam presentem legati Plenipotentiae. Citatum modernum ad sepefatam Colonian Albe Dualis, tum beneficium suum citatum in nova Gora disponeret, et ordinaret, ad dictum beneficium absessp ibidemq infirma valetudine ut ex Literis ejus ad Se directis et products constat presertim, quemq detineri dicentes, et eo intuitu Causae presentes dilationem ad quindenam debita cum Instantia petentis. Et Magnificus Dnus Rector audita Instantia Almi Plenipotentiae, visisq et lectis literis ad eum a Almo Cyon Kiewicz citato directis favorabiliter hac in Causa procedere volens petitam dilationem ad Tertian Junii concessit et terminum conservavit Rostentibus Perillustri Almo & Adm Rndo M. Adalberto Pigmata S. Th. a Spe Collega Majore, et me Actorum suorum Notario

1. eadem. Laboriosus Chodacki in Causa contra Zyzęczycki Decretum Definitivum petit.

In Termino ex actis comparans personaliter Laboriosus Gabriel Chodacki Mollitor ex Villa Oklesino Actor ppalis Satisfaciendo Decreto Judicii proxime Mensurii loma Mercurii 8 Anni Currentis reproducta Pacta Officiosa rerum variarum mobilium sub in Actis in Ano termino specificatarum in Auscia Petodecem a Josepho Zyzęczycki originaliter citato ex fundo Kollegiae Kielcensis profugo apud se Actorem oppignoratarum petit Decretum definitivum in Causa inter se Actorem ppalem ex una et prenominatum Citatum partibus ex altera, mota & quemq in Judicio presenti vertente lerri. In presentia Famatorum Simonis et Constantis Wilczarskie Fundi Vivariensis Incolarum ad eandem Causam Intervenientium, Factam per Actorem modernum productam uti Officiose factam non impugnantium, se tamen petitionem suam ratione Tynfonum Ducentorum Sexaginta lignis segregatis, á predicto a Josepho Zyzęczycki sibi Intervenientibus debitorum anterioribus in terminis factam conservanda tentium. Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus vida Pacta Officiosa rerum apud Actorem ppalem per eligere Satum

Zyzęczycki

Zyczyski ex Fundo Collegiatkie profugam, in Aureis Octodecem oppignoratarum, quoniam eadem res oppignorate non valent Aureis Octodecem sive Florenis Rut Polonicalibus cum juxta Taxam pretium & valor illarum omnium tantum sit florenorum Polonicalium 127. gro: 6 ideo insistendo Juramento praestito in termino per Famatos Josephum Wisniowski et Mariannam Turnoskaeuo coram Judicio facto quo deductum est septem Aureos sive florenos Polonicales 126 in coemptionem lignorum quorum adhuc Aureis 7. in Fundo Collegiali superfunt ea pecunia Actoris datos fuisse, liberam eorundem lignorum reliquorum divenditionem Actori Moderno Laboriosso Chodzicki permisit, et ut ea pecunia pro divenditis numerata Aureos 7 sive florenos Polonicales 126 Actor Modernus sibi accipiat, reliquum verò si quod ab Aureis 7 superfuerit Famatis Wiletzkie Intervenientibus reddat, vtq idem Famati Wiletzkie Intervenientes residuum debiti sui a profugo saepefato Zyczyski modico suo conquisito et invento repetendi consecuti. Pont permittit et censet praesentis Decreti vigore ad promissa mediante. Praesentibus quibus supra

Die Lunæ XXII Martii

1.

Generosus Jastrzębski contra Marmulewicz Tyrski et alios Inquisitiones edictas legi petit

Coram supramemorato Magnifico Dno Rectore in termino et conservatione comparens personaliter Generosus Josephus Jastrzębski Equestris Ord. R. Majestatis quondam Adjutor Actor spatio triginta dierum Citationes ad valvas Collegii Majoris & Judicii per Honoratum Jacobum Kowalski Universitatis Bedellum legitimè executa accusavit contumaciam Ingenuorum Caspari Marmulewicz, Nicolai Tyrski, Blasii Madeyski pro tertio ad Valvas Actitatum Ingenuorum Josephi Wyszatowski Stanislai Ilkiszowski et aliorum complicium inquantum non comparentium petiit depositiones Testium Juratoriales sua coram Officio factas legi, ex illis Dentium Genii, Citatoris in damnis per Sectionem pilei Vestium et fractionem gladii aneipitis vulgo Spathæ, expensisq pro Chirurgo ad florenos 106 sibi Actori causatas condemnari. Ingenuos Marmulewicz Tyrski Madeyski supranominatos pro tertio ad Valvas citatos et non comparentes

parentes ex Albo Studiosorum proscribi, nec amplius privilegiis Studentium gaudere debere declarari. In praesentia Ingenuorum Josephi Wyrzatowski et Stanislai Kliszowski nulla se damna Actori moderno intulisse dicentium, et in lectionem Inquisitionum, eductarum, prolationemq Decreto in quantum favorabilis consentientium Et Magnificus Dnus Rector ad legendas inquisitiones Juratorias suo coram Officio ex utraq parte factas descendit, quibus lectis et matura deliberatione trutinatis, quoniam ex illis non constat quisnam Gnoso Actori Spatham de manibus eripuerit, tum quis in Crastinum de Adventu ejusdem Actoris ad hospitium Podelwie Citatis Marmulewicz & Tyrski significaverit, eosq illuc conduxerit, impinguandas adhuc esse quo ad utrumq hoc punctum, per alios Testes Juratos, Inquisitiones ex parte Actorea censuit, pro iisq producendis 1mam Juris praefixit, ad eundemq terminum praetensionem Gnosi Actoris ratione damnorum et expensorum in Judicio praesenti factam, & poenas in Citatos pro tertio ad Valvas videlicet Nicolaum Tyrski Blasium Madeyski et Gasparum Marmulewicz tanquam contumaces extendendas distulit. Prout censet praefigit et differt Decreto praesenti ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri Clmo & Adm Rndo M. Adalberto Grzymała S. Th. Prfre Collega Majore, & me M. Joanne Przypkowski Actorum Officii & Judicii Sui Notario

Die Veneris XXVI Martii

Fiscalis contra Clmum Cyankiewicz

In termino ex dilatione comparens personaliter coram Judicio praesen Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis, in et contra Clmum M. Josephum Cyankiewicz Phiae Drem Collegam Minorem Ecclesiae Parochialis Novi Montis Curatum proposuit ut in termino anteriori sub d. 15 Mensis & Anni currentis. In praesentia dicti Citati personaliter comparentis, ad propositionem Actoris his formalibus respondentis. Quod licet ipse ante Annum in Directorem Albae Ducalis electus fuerit, ad dirigendam tamen dictam Coloniam discessisse hucusq non potuit ex rationibus, tum quia notitiam habuit Coloniam illam non esse in bono Statu, quod ~~cum~~ ut perfectius resciret trinas ad Excell: Pelchorn Coloniae illius Prfrem hoc in negotio direxit Literas, ad nullas tamen harum responsum hucusq recepit, unde ratione Clarissimorum MM. Antonii Krzonowski & Laurentii Saltszewicz ad Comitia Regni Grodnensia Ablegatorum, & simul ad Coloniam

Albae

Albae Ducalis ab Universitate Deputatorum Revisorum, ut ab illis de Statu dictae Coloniae informari posset expectavit, quatenus hac ratione habita Universitas ei provideret, & cum subaudisset quod non sit in bono Statu proinde sibi providere voluit. Praeterea quod Clmus M. Valentinus Gajowski illius Coloniae Director Causas ad eandem Coloniam spectantes in Tribunali M. D. Lithvaniae inchoatas nondum finiverit; Quod autem in Collegio Minori aliquantulum non manserit, et labores Collegiaturam suam concernentes omiserit, id factum est ex eo quia ei Magnificus Antecedaneus Universitatis Rector, Lectionem in Convocatione Facultatis Philosophicae publice acceptam legere denegavit, eamq' alii Professori tradendam contulit, noluit ergo tantisper non laborans emolumentis Collegii Minoris frui. Ex his itaq' rationibus discessum suum hucusq' retardavit. In contra Actore Citatum solis diffugiis ut toti Universitati bene notum est, tamdiu allaborare, proindeq' rationes illius non esse attendibiles dicente, et ut anteriori in termino pro attentatis, ipsum Collegam Minorem non esse declarari instante. Ex adverso Citato ob rationes supra allegatas, tum quod licet in Collegio Minori tantisper non manserit, etiam de Mensa et aliis omnibus emolumentis Collegii Minoris non participaverit, Clementiam Judicii praesen petente. Et Magnificus Dnus Rector auditis partis utriusq' propositis et responsis, iisq' bene perpensis, Decretum tulit quod se publicaturum intra quindenam obtulit. Praesentibus Perillustri Clmo & Adm Rndo D. M. Adalberto Przymata S. Th. Dfre Collega Majore, etc & me M. Joanne Przypkowski Actorum suo Notario.

Eadem Gnosus Jastrzębski Inquisitiones in Officio Advocatiali Crae eductas producit. 1.

Coram Magnifico Perillustri et Adm Rndo Dno M. Casimiro Pałaszowski Sacrae Theologiae Dfre Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Clepardiae ad Crae Canonico Curelovien. Decano, S. Stephani Crae Praeposito, in Czernichow Curato, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Rectore, ac in Ejus publica Causarum Audientia in termino ex dilatione comparens personaliter Gnosus Josephus Jastrzębski Guardiae Equestris S. R. Mtis quondam Adjutor, Actor ppalis accusata Contumacia Ingenuorum Gaspari Marmulewicz Josephi Wyżrzałowski Publicarum Lectionum, Stanislai Kliszowski Rhetorices, Nicolai Tyrski Poëseos, Blasii Madeyski Grammatices Studiosorum, tum Alberti Kliszowski Parochialis

Scholae B. M. Virginis in Circulo Cracovien. Alumnorum, inquantum non comparentium, satisfaciendo Decreto Judicii praesen. d. Lunae 22 Mensis Martii Anni Currentis pro meliorandis et impinguandis Inquisitionibus Testium Juratorius, jam alias in Judicio praesen. eductis, ratione ereptionis gladii ancipitis sive Spathae de manibus dicti Gnosi Actoris per quem est facta, tum quis Citatos secundario ad hospitium Podelwie (dum illuc Gnosus Actor in Crastino mane superveniens contra suprafatos Citatos ut ex Inquisitionibus jam lectis patuit contumeliosis et crudis comminationibus inveheretur) vocavit, lato, produxit Rhthulum Inquisitionis ex parte sui Actoris in Officio Advocatiali Crac. Feria 3tia post Dominicam Oculi Quadragesimalem Anno praesen. factae obsigillatum, & ad Judicium praesens transmissum, eundemq. resigillari Inquisitiones in illo contentas legi et tam ex illis quam ex ante coram Officio praesenti eductis Decretum definitivum in Causa et Actione inter se Actorem et supradictos Citatos occasione sui dishonorationis, colaphisationis, vulnerum inflictionis, aliarumq. injuriarum in praefato praedicto hospicio Podelwie dicto tempore Bacchanalium non ita pridem praeterito, illationis praesenti in Judicio mota et vertente ferri, damna et expensas juxta schedam anteriori Judicialiter in termino productam ad florenos 100 ascend. sibi Actor per Citatos refundi demandari, dolorem ex inflictis vulneribus compensari, & pro attentatis poenis condignis puniri decerni debita cum Instantia postulavit. In praesentia Ingenuorum Josephi Wyszkowski & Stanislai ~~[illegible]~~ Kliszowski Citatorum in apertionem Rhotuli, Lectionem Inquisitionum & prolationem Decreti inquantum favorabilis consentientium, et se liberos à Causa praesenti, uti non ad Offensionem, sed ad defensionem Gnosi Actoris Concurrentium pronuntiari petentium. In ~~[illegible]~~ contra Generoso Actore se ad Inquisitiones hoc in negotio referente Et Magnificus Dominus Rector supramemoratus ad Lectionem Inquisitionum condescendit quibus lectis & matura deliberatione trutinatis quoniam ex illis Judicio praesenti deductum est quod Citati videlicet Gaspar Marmulewicz Ximus Generoso Actori moderno Occasionem Strictam frameam prope pedes ejus quiete sedentis allidendo dederit, et deinde cum ut se cautius gereret praemonentem colaphisaverit, & subsequenter framea evaginata percusserit, Nicolaus vero Tyrski qd eundem Actorem cum praedicto Marmulewicz et aliis tumultuatim ad saepè dictum hospitium Podelwie irruentibus in crastino, violenter aggressus fuerit, strictâ frameâ vulneraverit, spatham ei eripuerit, atq. per Plateam fugientem cum evagina-

evaginata framea persecutus fuerit, jam verò Blasius Madeyski quod timens & fugiens dictus Marmulewicz & Tyrski in alio Hospitio commorantibus de Adventu Gnosi Actoris ad sepe fatam lapideam Podleviæ aula diluculum postridie tum Stanislai Ilinskowski cum quo idem Madeyski in Hospitio Podleviæ pernoctaverat, per Generosum Actorem impetitione significaverit, eòq; maximè attento quod dicti Marmulewicz Tyrski & Madeyski per Etiam ad Valvas Collegiorum Majoris & Juridici Citationem ultra Horas consuetas audientia nec per se, nec per suos Plenipotentes coram Judicio suo comparuerunt, sicq; Juramentum de Obedientia Rectori Studii Gnati Universitatis Reg. pro tempore existenti præstando da Area sui in Album Studiosorum inscriptionem factum violarunt, et eo ipso se non esse Studiosos agnoverunt, eosdem de Albo Studiosorum proscribendos esse censuit, nec amplius Privilegiis et Immunitatibus quibuscunq; Studiosorum gaudere posse declaravit, literasq; proscriptionis exhiberi, & ad Valvas Collegiorum Majoris & Juridici publicari mandavit. Et licet Ingenuos Josephum Wyżykatowski et Stanislaum Ilinskowski ad iisdem eductos Ingoriationibus & Juratorio non deducat ad Gnosti Actoris infestationem, percussionem aliasq; injurias illi illatas concurrisse, quia tamen contra Mandatum Rectorale, et honestatem Patres Studiosorum processerunt deserta mansione sua de nocte Hospitia publica visitarunt, et eidem tumultui se spectatores immiscuerunt, eosdem pro hujusmodi temeritate punibiles advenit et ut Carcerem per Tres dies & noctes continuo subeant et unusquisq; eorum plagis triginta afficiatur, idq; in instanti quindecim et in egressu Carceris similiter quindecim decrevit, utq; a similibus in posterum abstineant sub pœna Proscriptionis injunxit. Resolvendo vero suspensionem, sive dilationem Causæ per Fiscalem Judicii præsentem Rectb. M. Michaelem Lipiewicz Scholæ B. M. Virginis in Gradu Rectoriori ratione non attendentia in nocturnam Studiosorum sub suo regimine in dicta Scholæ manentium divagationem, in hac Causæ præsentis termino sub d. 22 Februarii Anni Currentis intentata, quoniam in præsenti Judicio suo deductum est eum in divagationem Studiosorum nocturnam non animadvertisse, et eosdem in modestia et disciplina Scholastica non detinere, idcirco ut lectionem Lectorii Philologorum Officio suo debitam horis duabus ante, & duabus post meridiem subeat, injungendo a die crastina injunxit, et ut in post secus Officio suo attendat sub pœna privationis ultimariò monuit. Demum Albertus Ilinskowski

Parochialem qui jactu baculi Gnosum Actorem per plateam fugientem est insectatus, non esse Studiosum denuntiavit, et Actorem modernum pro repetendis expensis 186 fl: ad proscriptos Marmulewicz Tyrski et Madeyski ubicunq suo modo conquisitos remisit. Prout censet, declarat, mandat, decernit, inhibet, injungit, monet, denuntiat & remittit Decreto praesenti ad singula ex praemissis mediante. Praesentibus quibus supra &c

Lunae XXIX Martii

Publicatio Proscriptionis Ingenuorum infrascriptorum.

Coram Magnifico Domino Rectore ac in Ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Honoratus Jacobus Kowalski Bedellus Universitatis palam & liberè recognovit. Quia ipse literas proscriptionis Ingenuorum Gaspari Marmulewicz, Nicolai Tyrski, et Blasii Madeyski ex Cancellaria Officii praesentis emanatas, et in forma Authentica extraditas, ad Valvas Collegiorum Majoris & Juridici per affixionem earum more solito publicavit Quarum quidem Literarum tenor erat ut sequitur

M. Casimirus Pataszowski Sacrae Theologiae Doctor & Professor, Collega Major, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani ad Cracoviam Custos, Curetoviensis Decanus, Parochialium S. Stephani Crac. Praepositus in Czerniechow Curatus, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

RECTOR

Universis & singulis ad quorum Notitiam praesentes literae devenerint significamus, Quomodo Ingenuos Gasparum Marmulewicz Publicarum Lectionum Auditorem, Nicolaum Tyrski Scholae Poëseos & Blasium Madeyski Grammatices Alumnos, ad Instantiam Gnosi Josephi Jastrzembski Gvardiae Equestris S. R. Mtis quondam Adjutoris Actoris Principalis, occasione violentiae ejusdem Actoris, in hospitio publico Podeliwie dicto tempore Bacchanalium non ita pridem praeterito die videlicet 1ma Martii aggressionis, concussionis, vulnerum inflictionis

Gladii

gladii ancipitis sive Spathae ereptionis & fractionis, aliarumq injuriarum illationis pro die et termino ex Actis praefixo ad Valvas Collegiorum Majoris & Juridici pro tertio legitimè citatos et ultra horam audientiae expectatos, atq post trinam Bedelli acclamationem, nec per se nec per suos Plenipotentes comparentes contumaces reputavimus, et attenta ipsorum ejusmodi contumacia, protervia & temeritate, eosdem juxta Statuta et Privilegia Universitatis, omnibus praerogativis immunitatibus et libertatibus quibus omnes Studentes Universitatis Cracoviensis gaudent et gaudere debent privavimus, Ipsosq non posse amplius habere locum inter Studentes Universitatis Studii Gnalis Crac. ac de Urbe & Suburbiis expellendos esse declaravimus. Decreto nostro ad praemissa mediante. Quod ut omnibus sit notum publicari more solito jussimus. Mandantes omnibus & singulis Jurisdictioni Nostrae Rectorali subjectis, ne quidquam commercii cum illis habeant, quinimo ipsos sic per nos privatos et de numero Studentium exclusos, ac proscriptos, pro privatis exclusis & proscriptis habeant. In quorum fidem Sigillum Universitatis apponi jussimus. Datum Cracoviae in Collegio Majori Die Lunae 29 Martii, Anno Domini 1745to

Veneris IX Aprilis

Publicatio Decreti contra Clarissimum Cyankiewicz lati. 1.

Coram Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Judiciorum Rectoralium Actor principalis, in termino ex Actis accusata Contumacia Clmi ac Adm Rndi M. Josephi Cyankiewicz inquantum non comparentis petiit Decretum contra ipsum jam alias Veneris 26 Mensis Martii Anno Currenti latum & nondum publicatum publicari & in Scriptis promulgari, alias ipsum ex rationibus anteriori in termino per se Actorem contra Eandem Clmum Citatum allegatis & propositis non esse amplius Collegam Minorem declarari, Professione sive Collegiatura & habitatione in Collegio Minori, privari & destitui, & alia quae Juris & Justitiae sunt decerni

Citato

Citato nec per se nec per suum legitimum Plenipotentem Comparente Et Magnificus Dominus Rector Citatum non comparentem ultra horam audientiæ expectatum, contumacem reputavit, eoq' attento quod idem met Citatus contra mentem totius Universitatis, monitaq' ipsius et Magnifici Antecedanei Rectoris, atq' suam appromissionem toties factam tam in Convocatione Universitatis quam ipsimet Magnifico Antecedaneo Rectori discessum suum pro Directoratu ad Coloniam Albæ Ducalis habitis sibi per Universitatem assignatis vialibus, Imo per Annum ferè variis diffugiis, deinde totaliter cum elusione totius Universitatis, et dispendio Studii et boni communis quod se semper promoturum toties juravit, detractando & negligendo temere processerit, atq' sine scitu & facultate Magnifici Domini Rectoris Collegiaturam Minoris Collegii contra Jura et Statuta Universitatis plus ultra annuo spatio deseruerit, Lectionemq' tamdiu non tradiderit, Disputationes Ordinarias aliosq' labores Scholasticos, ad quæ omnia exequenda ex Vi obligationis Collegiaturæ pro conscientia tenebatur neglexerit, eoq' ipso non habere se animum laborandi in Universitate manifestaverit, eundem non esse amplius Collegam Minorem declarandum, Collegiaturâ & habitatione privandum et destituendum, ipsasq' ex nunc post eum vacare decernendum, atq' in locum illius aliam personam habilem et idoneam, illis ad quos de Jure spectat vocandi et introducendi facultatem concedendum esse duxit, prout defactò declarat, privat, destituit, decernit, concedit hac suâ sententiâ ad præmissa mediante. Cujus publicationem Clarissimo Collegii Minoris Præposito primò verbo tenus per Fiscalem fieri, et si claves habitationis in qua manserat reddere noluerit, ad fores ejusdem habitationis publicari demandavit Præsentibus Illri Clmo & Adm Rndo M. Adalberto Przymała Sacræ Theologiæ Professore Collega Majore & me Suprascripto Actorum suorum Notario.

Veneris XXIII Aprilis

1. Honoratus Kowalski protestatur contra Clarissimum Gajowski.

Coram Officio et Actis præsen personaliter constitutus Honoratus Jacobus Kowalski Universitatis Cracovien Bedellus, in et contra Clmum Valentinum Gajowski Phiæ Drem Collegam Minorem gravi cum

gravi cum quærela protestatus est de et super eo Quia ipse die hodierna 23 Aprilis se modernum protestantem ex mandato Magnifici Dni Rectoris, Citationes binas unam ad Instantiam Fiscalis Judiciorum Rectoralium Honorati Joannis Gajowski, alteram ad Instantiam Catharinæ Gajowska ipsius Novercæ intimantem, violenter aggredi & exclusis foribus iterum atq iterum colaphisare baculum de manibus eripere, eoq se protestantem percutere velle, ad Subscriptionem Copiæ intimatarum Citationum cogere, et ni subscriberet fustibus ossa in manibus & pedibus frangere, funibus ligare, ligatumq ad Carcerem Prætorii intrudi comminari, contra Jurisdictionem Ordinariam Verbis scommaticis invehi, eundemq Protestantem ad horam usq undecimam Noctis apud se detinere, nec abire permittere ausus est & præsumpsit. Promittens se dictus Protestans cum ipso Jure Acturum. Salvo &c omni &c. alias in forma Protestationis plenissima: Præsentibus Clrmis Stanislao Korczynski & Nicolao Iwanski.

Sabbati XXIV Aprilis

Clarissimus Gajowski citatur. 1.

Ex Mandato Magnifici Perillustris Clarissimi et Adm Rndi Dni M. Casimiri Pałaszowski Sacræ Theologiæ Professoris Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonici, Curcloviensis Decani, Parochialium Sancti Stephani Crac Præpositi, in Czerniechow Curati, Studii Gralis Universitatis Cracoviensis Rectoris. Citetur per Bedellum Universitatis aut alium quempiam legitt Executt Clrmus M. Valentinus Gajowski Phiæ Dr Collega Minor personaliter si commodè id fieri poterit, alias per dimissionem Copiæ præsentis etiam in ejus ubi ad præsens contra honestatem Statûs sui extra Collegium commoratur hospitio, cum obtestinatione de dimissa. Quatenus ad Instantiam Honorati Joannis Gajowski Universitt Cracovien Fiscalis Principalis Actoris 1ma die ab Executt præsen. ipsa tunc Juridica existente, alias extunc proximè & immediatè sequens exclusa et non computata ossa Executt die hora et loco audiendarum Causarum fieri solitt personaliter legitimè ac peremptoriè compareat, ad videns & audiendum.

cnerem contra se proponi de et super eo. Dria ejus Honoratum Jacobi Kowalski Universitt. Bedellum ex Mandato Rectorali citationes binas Imam ad Instantiam Fiscalis ex Conclusione Universitt die 3tia Februarii Anno currenti lata Actoris ad respondendum certis punctis et articulis, ex relatione Illustrium Clarissimorum Visitatorum Colonia Albe Inclitæ coram Universitate ore tenus facta in Scripturam redacta, manibus eorundem subscripta, & ad Officium Rectorale porrecta, ratione Vitæ Morum Actorum, tum ratione desolationis ejusdem Colonia, atq ratione Calculi de Perceptis et Expensis tempore sui Directoratus dictam Coloniam concernentibus suo coram Judicio sive coram deputandis dandi liquidandi futuro in termino proponendis, post obtentam super eo contumaciam adhuc die 12ma Martii Anni nunc currentis ex Officio Rectorali pro secundo emanatam, et ob ejus ad hoc usq tempus a Collegio absentiam et subterfugia nondum intimatam. 2dam ad Instantiam ejusdem Fiscalis ejusq Delatricis Clarissimæ Catharinæ Pajowska Civis Cracov & Ingvilinæ Trendi Præpositurales Sancti Floriani Cracoviæ ad Cras Novos ad suas, ratione Domus ejusdem Delatricis, omni securitate gaudentes uti in fundo privilegiato sito, nulla habita rationabili causa violentæ invasionis, in earq Delatricem verbis despotivis & calumniosis furibundæ invectionis, familiæ illius domesticæ verberationis, è domo exturbationis et expulsionis, clamoribus insolitis de nocte tolitis Domus cum scandalo vicinorum impletionis, contra pietatem Christianam combustionis ejusdem Domus comminationis, aliarumq inconvenientiarum, contra Statum et Conditionem suam perpetrationis intimantem, violenter aggredi, et occlusis fenestris item atq item elapheare, baculum eidem de manibus eripere, eodemq ipsum percutere velle, ac subscriptionem Copiæ intimatæ Citat cogere, ad horam usq Matutinam de Nocte apud se detinere, nec abire permittere, contra Jurisdictionem Ordinariam commatice inveki, aliasq inconvenientias in Protestatione Executt coram Officio Rectorali facta fusius expressas patare, temere arroganter & furibunde ausus est et præsumpsit, ipsum ob præmissa puniri, & quæ Juris et Justitiæ sunt decerni Actorq Ut Certiorari Ut Ingrorum fidem Datt in Collegio Majori Die 24 Mensis Aprilis Anno 1745to Universitatis subsigillo

M. Joannes Szyphowski Actorum Rectoralium Notarius mpp

ACTA

Iudicii & Officii Rectoralis Universitatis Cracoviensis.

RECTORATUS

Magnifici Perillustris & admRndi Dñi, Dñi

M. CASIMIRI PLASZOWSKI

Sacræ Theologiæ Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatar. S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonici, Cureloviensis Decani, Parochialium S. Stephani Crac. Præpositi, Curati in Czerniechow, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis vigilantissimi

RECTORIS

Annô Domini MDCCXLV

Commutatione Æstiva.

CONNOTATA.

45.

Die Mercurii V Mensis Maji

Fiscalis contra Clrum Jajowski

Coram Magnifico Perillustri et Adm. Rndo Dno M. Casimiro Patajkowski Sacrae Theologiae Dre, Collegio Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Cracoviae ad Cal. Canonico, Carelovien. Decano, Parochialium S. Stephani Cracoviae Proposito, in Czerniechow Canon. Studii Generalis Universitatis Cracovien. Rectore, ac in Ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Jajowski Officii Rectoralis Universitatis Cracovien. Fiscalis Actor in hominem ex Relatione producta Relatione Honorati Jacobi Kowalski Universitatis Cracovien. Bedelli petiit Actatum infrascriptum ratione contemptus Jurisdictionis praesentis poenis juxta Statuta et consuetudinem praedictae Universitatis puniri. In praesentia Actati Clrmi Jajowski Adversi Relationem apertam ac praesens productam debere esse negantis, quinimo contra Honoratum Kowalski ratione sui pretensae nocte videlicet hora duodecima invasionis proponentis et respondentis petentis. Et Adverso Salvis Se et praemissa solenni protestatione de temera negatione, probando contenta suae Propositionis et Relationis Executorem Honoratum Kowalski statuente, eundemq Executorem ad comprobandam realitatem juxta communem legis dispositionem ad Juramentum admitti petente. Et Adverso praemissa Protestatione de indebita impetitione Statutum, non posse nec debere admitti ad praestandum Juramentum ex eo: quod per alterationem stante Rei enormi inebriatione invectionem sui Actati contra Officium Rectoratus functionis, extra mandatum sui Officii profendi sexima duodecima et praemissam Nocturna hora excessit replicantis, et ratione hujusmodi invasionis ac excessus punirii eundem petentis. Et Magnificus Dominus Rector audita partium Controversiae propositis et responsis, in horrendo communi legis dispositioni Executorem supra memoratum ad comprobandam suae Relationis realitatem ad Juramentum in instanti praestandum admisit praesentis Decreti vigore. A quo Decreto Actatus ad Locum de Jure appellavit. Et Adverso Actor appellationem ex quo in nullo fundamento interpositam repetari petiit. Et Magnificus Dnus Rector appellationem interpositam reputavit atq ad praestandum Juramentum ut supra Executorem admisit. Et quodnam illud Judicialiter ad Imaginem Crucifixi praestitit, loco in Causa ulteriusq proferendo Decreto informare mandavit. Jano

Tandem Actor accusata contumacia Clarissimi Gajowski Citati propè ad Audientiam Judiciorum adstantis et temerè comparitionem recusantis inhærendo Relationi Executoris Judicialiter Juramento comprobatæ petiit eundem Citatum ratione Contemptus Judicii præsens in persona supradicti Executoris temerè attentati puniri, videlicet eundem uti temerè contra Jurisdictionem Rectoralem procedentem, ex Universitate Cracovien proscribi, Privilegiis Universitatis amplius non debere gaudere declarari, et ante omnia ad Compensationem ratione incussi doloris faciendam stringi, alias prævia proscriptione ad forum competens remitti Et Magnificus Dnus Rector deliberandum esse duxit, et terminum pro ferendo Decreto post discussionem omnium et singularum Cathegoriarum de quibus cum Citato agitur præfixit. Anno et die quibus supra Honoratus Joannes Gajowski Officii Rectoralis Universitatis Cracovien Fiscalis in Termino ex Citatione pro secundo emanata, productis Articulis ex Relatione Illustrium Clarissimorum Coloniæ Albæ Ducalis Visitatorum petiit Citatum ad respondendum jisdem & ad faciendum Calculum de Perceptis et Expensis tempore Directoratus sui in Colonia Albæ Ducalis stringi. In præsentia Clrmi Gajowski salvioque Copias assertorum Articulorum ad quindenam petentis & prætensam calculationem facere paratum se offerentis, ac Regestra Perceptorum et Expensorum producentis. Ex adverso pariter Copias Regestrorum ad Idam Juris petentis. Et Magnificus Dominus Rector Copias prætensas utriq Parti ad Idam Juris concessit, et Terminum partibus cousq conservavit. Præsentibus Illustri Clmo & Adm Rndo D. M. Adalberto Grzymała S. Theologiæ Pfre Collega Majore &c ac Me M. Joanne Przypkowski Actorum suorum Notario

Relatio Illustrium Clrmorum Visitatorum. 1

Nos infrascripti juxta Conclusionem Universitatis Ao D. 1744to Die 18 Mensis 7bris quæ est tenoris ejusmodi Ad Idum Pro Comitiis Generalibus Grodnensibus electi sunt in Ablegatos Illustres Clrmi adm Rndi M.M. Antonius Krzanowski et Laurentius Saltszewicz Phiæ Dres Regii Professores, Collegæ Majores, quibus commissa est Visitatio Coloniæ Albæ Ducalis, et ejusdem Status descriptio, latam. Et juxta puncta a M. Dno Rectore nempe M. Adalberto Micinski U. J. D. & Pfre manu ejusdem

ejusdem Magnifici Domini Rectoris die Lunæ 19 Mensis Octobris subscripta Universitatis sub Sigillo.

1mo Celsissimæ Ducissæ Radziwillæ Nomine Universitatis obsequium et venerationem reddere voluimus, sed tunc graviter infirma fuit, et loco Ejus ad Nos exivit Illustrissima Palatina Trocensis Soror Celsissimæ Ducissæ, Cui eundem honorem præstitimus, et ab eadem debito affectu excepti sumus. Etiam Perillustrem Reverendissimum ejusdem loci Præpositum visitavimus et Nomine Universitatis honorem eidem reddidimus.

2do Pro visitandis Scholis præfatæ Coloniæ descendimus, quomodo in illis Studia currant inquisivimus, ac Studiosorum Cathalogum recepimus. Studiosi adinventi circiter Viginti, ex quibus unus Grammatista bonus, alij rudimentis Student, partim in Grammatica partim in Donato, partim in Elementariis. Ab omnibus attendit Excett. D. M. Andreas Gelhorn.

3tio De Proventibus eandem Coloniam et Professores concernentibus investigavimus, sed plenè investigare non potuimus ob Clarissimi Dni Directoris disturbationem, qui nobis præsentibus nunquam fermè sobrius fuit, nec nos pro Commissariis agnoscere voluit, nec nobiscum quidquam tractare. Munimenta tamen quædam, atq Regestra Perceptorum et Expensorum qualiter taliter scripta nobis ultrò ingessit, ex quibus quædam dedimus in Manus Excett. Gelhorn et eadem obsigillavimus, ac scriptum ab Eodem Excett. Gelhorn quod à nobis hæc munimenta receperit accepimus, (: præter ea A quæ per eundem Clrmum Gajowski in Causa Rochacze et Kosciewicze acquisita sunt :) Quædam verò munimenta quæ videbant esse duplicata, ac Regestra manu Clrmi Gajowski scripta Nobiscum Cracovian adveximus, et apud Perillustrem Procuratorem Universitatis reposuimus, quæ hucusq nondum per quemquam sunt ventilata.

4to Ædificia Omnia et Singula ejusdem Coloniæ revidebamus, sed cum venimus ad Coloniam, voluimus rectâ Directoris aliquam residentiam intrare, ast Clrmus Gajowski noluit nos admittere, et contentiones nobiscum facere volebat, quomodo venistis? quomodo vos debeam salutare? an ut Commissarios, an ut Collegas, et alia multa non sobrius dicebat, subintravimus tamen aliqua Ædificia ejusdem Coloniæ, et ubiq summam desolationem vidimus, fenestras excussas, fornacem dirutam, in Residentia Domini Directoris nullam munditiem. Tecta super habitationibus Professorum pessima,

Sepimenta

sepimenta destructa, et in omnibus fermè nullum bonum ordinem invenimus.

Item 1mo. Discedentes Grodna visivitavimus Villam Rochacze quam Clrmus Director ex Decreto Tribunalitio inequitavit, ab Anno Circiter uno, ac recepit, sed in hac Villa summa desolatio, Aula combusta ut asserebatur, quia Cyngaros Clrmus Director ex suspicione alicujus furti captivavit, ad se traxit, et apud se plurimum angarizavit. Tandem omnes dimisit, & unum penes se retinuit, dimissi ignem supposuerunt & ex hac Occasione Aula combusta. In Villa sunt aliqui Hortulani, & Inquilini sed illorum Inventarium non investigavimus. In hujus Villæ Aula neq Paterfamilias neq aliqua familia, neq ulla pecora, Conseminationes utrum factæ sint? ad horrea an aliqua frumenta collecta? vel qui proventus in illa Villa? non potuimus investigare quia ibi non fuit Clrmus Gajowski, et Subditos qui nobis aliquam relationem fecissent secum duxit nescitur quo.

Item 2do De eodem Clrmo Gajowski multa inconvenientia nobis narrabantur et vix credibilia. Ad Ecclesiam sub tempus publicæ devotionis jussit suum Crematum propinari, et inde quia Cremati propinationem permittere voluit contra Jura alterius Vicini contentiones Ortæ, ipse ab Aulico vulgo Podstarosci enormiter percussus, voluit ex eodem Aulico ultionem sumere, et acceptis Sclopetis ex domo sua et aliis Armis sub Ecclesiam abijt (quæ polluta sex Septimanis in Interdicto extitit) et iterum multos tumultus in populo concitavit, devotionem disturbavit, plurimum ebrius, et denuò percussus, armis spoliatus, vulneratus, sanguine perfusus Rusticum quendam Gumienny dictum Gnosi Matuszewicz Vicini ad suam Aulam traxit, ubi eundem ita enormiter percuti jussit, ut inde Mortem subiverit. De qua percussione an satius Occisione multa querimonia in populo, multæ incusationes inter Nobiles, qui etiam Grodnæ stantibus Comitiis publicas incusationes etiam contra Universitatem facere volebant. Cadaver etiam demortui in Castro præsentatum, et inde litigia Coloniæ attentabantur, et Captivatio Clarissimi Gajowski ac Subditorum intendebatur. Cui obviavit Perillustris Reverendissimus Riaucuour.

Item 3tio De eodem Clarissimo Gajowski et in Aula Celsissimæ Ducissæ ipsa Illustrissima Palatina Soror Ducissæ ac alii Aulici

Aulici et Perillustris Praepositus Domi suae plurima narravit, quod continuas Compotationes exerceat, Verberationes Variorum, et alia inconvenientia perpetret. In Colonia rarus, nec officiis suis nec aliis functionibus attendit quod ipse Illustrissimus Loci Ordinarius exosus, ex Diaecesi eum proscribere aliquoties mandavit, quod subsecutum fuisset, ni Perillustris Rndmus Riaucuour Officialis pro Academico bono promovendo Juramenti sui memor huic obstitisset. Haec et plurima de eodem Clrmo ab omnibus audiebantur pessima, quae etiam ex Commissione inter ipsum Clrmum Gajowski et Gelhorn expedita per testimonia Juratoria constant.

Item 4to Videntes nullatenus dispositum Clarissimum Gajowski ad Regimen Coloniae, et ad Officia ejus peragenda, ipso se ab omnibus negotiis subtrahente et Directoratum totaliter recusante Regimen Villae donec alia dispositio fuerit ab Alma Universitate rogato Perillustri Reverendissimo commisimus, et in totam Coloniam ut aliquam inspectionem haberet eundem Reverendissimum petiimus. Jam verò circa Instructionem Juventutis ut totam diligentiam haberet Excellentem Gelhorn constituimus. Quae omnia et singula prout sunt peracta a nobis in hanc scripturam ex mente totius Almae Universitatis Anno Dni 1745to Die Mercurii 3tia Februarii redacta, bonâ fide et conscientia recta attestamur Ao Dni 1745to Die Mensis Februarii 3ta.

M. Antonius Krzanowski Phiae Dr ad praemissa deputatus Commissarius mpp M. Laurentius Saltszewicz Phiae Dr ad praemissa Deputatus Commissarius mpp

1. Articuli ex praeinserta Relatione contra Clmum M. Valentinum Gajowski Phiae Drem &c ex Parte Fiscalis Officii Rectoralis porrecti, et eidem Clrmo Gajowski communicati.

Amus. Iż Clarissimus Gajowski dla ustawicznego i częstego piiaństwa loco dandi boni exempli z siebie wielkie zgorszenie tak Młodzi uczącey się iako też y inszym ludziom z siebie dawał, bo opiwszy się po Nocach chodził, poszwary z roznemi ludźmi a osobliwie cum DD. Professoribus czynił, y wpadłszy często do Szkoły piianym będąc na P. Professora łaiał, że Szkoły go wypychał, mowiąc

mowiąc publice do Młodzi, niesłuchaycie go, bo się upił, z czego wielce Młodz gorszyła się y urągała.

2dus Iż Clarissimus Gajowski funkcyom swoim ktorym ex vi Directoratus attendere był powinien, zadosyć nie czynił, bo rzadko kiedy na Kolonii u siebie rezydował, a więcey po niepotrzebnych drogach włoczył się.

3tius Iż Clarissimus Gajowski Residentiam Coloniae Academicae summopere zdezolował, tak dalece że w rezydencyach Professorskich rzadko w ktorey stancyi piec albo okno znaydzie się, bo ieżeli są to wybiiane y powytłukane, dachy penitus zgniłe nad temiż rezydencyami, Parchany poobalane. w Rezydencyi zaś Dyrektorskiey summa immundities et desolatio oneyże reperitur

4tus Iż Clarissimus Gajowski propter continua jurgia et impetuositates, ktore super Personas DD Professorum zwykł exercere onychże z Kolonii Bialskiey wygnał, dlaczego Universitas propter suum honorem musiała mu inszego cum suis Expensis videlicet Excett Gelhorn posłać, ale y nad tym varias crudelitates exercebat, iako fusius Inquisitio ex Actoratu praedicti Excett Gelhorn wywiedziona obloquitur.

5tus Iż propter nimias exorbitantias ac scandala Clrmi Gajowski defectus Młodzi applikuiącey się za iego Dyrektorstwa subsecutus, bo in numero wszystkich Studentow circiter 20. tylko znaleść się mogło, z ktorych ledwie ieden Grammatysta znalazł się, a drudzy initiative partim na Grammatyce, partim na Donacie, y Elementarzu uczyli się.

6tus Iż Clarissimus Gajowski lubo iuż był dał słowo Arendarce ex sorte JMci Pana Matuszewicza że in sorte sua in Villa Rochacze dicta, ktorą in retentis censibus ad Coloniam Białensem spectantibus per Processum Juris ex Decreto Tribunalitio odebrał, circa Ecclesiam in eadem Rochacze sitam podczas Jarmarku obcym ludziom Wodki szynkować niepozwoli, ale tylko pomienioney Arendarce y ex sorte sua, y za to od pomienioney Zydowki wziął Garniec lub połtora Wodki, tego iednak niedotrzymał, y wziąwszy od innych ludzi obcych więcey, wodkę im szynkować pozwolił, z czego potym wielki tumult hałas y bitwa stała się.

7mus Iż gdy Podstarości ex sorte JMci Pana Matuszewicza

miawszy a Clarissimo Jajowskie Stowe, takowego przedawania Wodki obcym ludziom zabraniał, gdy Clmus Jajowskie dano znać, przybiegł szy pianym ze Dwora Podstarosciego wgebz uderzył, a gdy Podstarosci ex impatientia oddał mu, zarownoż sie z sobą poczeli bic, zatby wodzgcsie z czego ludzie etiam y Zydzi, ktorzy na takowym ze Jarmarku byli summopere naśmiewalisie y gorszyli.

Dnus Iz Clarissimus Jajowskie po takowey bitwie pobiegszy do siebie y wziąwszy pare Krocie do Kieszenie, przybiegł pod Kosciot do tego Podstarosciego, a gdy ludzie obaczyli, ze z Krocicami przybiegł, skoczywszy takowe Krocie mu wydarli, y znowu po drugi raz statsie tumult, y Clarissimus Jajowskie znowuż na tego Podstarosciego porwałsie, y znowu sie z sobą zarowno bili

Gnus Iz znowu po takowey bitwie Clmus Jajowskie pobiegł do Dworu y przyniosł znowu pare pistoletow nabitych y przyszedł znowu pod Kosciot, a gdy mu przecie y te wydarli, znowu poszedł po trzecie do Dwora, y przyniosł znowu inszych pare pistoletow nabitych, a gdy ludzie podczas Processyi cum Sanctissimo, ktora była po Cmętarzu doszli ze ma znowu pistolety, skoczyli bocie sie zeby nie strzelał, y poczeli mu wydzierać one pistolety, y wtym statsie wielki tumult, Clmus Jajowskie krzyknął na ludzi bij, y tak co żywo do kijow, do patek, y kupa ludzi poranionych zostało, a xiądz cum Sanctissimo dla takowego tumultu ledwie do Kosciota uszedł, przez co Kosciot z takiey pomienionego tumultu in Interdicto przez Rewi Nuncyusza zostawał

Clmus Iz Clarissimus Jajowskie wtym tumulcie złapawszy zatego Pomiennego ex sorte JMci Pana Matuszewicza y przyprowadziwszy go po takowym tumulcie do Dwora, kazał go tak bic, ze takowym biciu ledwie kilka krokow uszedłszy za Wrota pomienicony Pomienny padł y umarł.

Admus Iz Clarissimus Dominus Loci Ordinarius illius Diecesis wiedzgc o takowych niegodziwych akcyach Jmci Jajowskie kilka razy kazał go ex Diecesi proscribere, tylko Reverendissimy Ciancelour propter honorem Universitatis temu obwiązał.

Admus Iz o zabicie pomienionego Pomiennego Actionem do Grodu intentavit JMci Pan Matuszewicz y pretensye sobie ad Universitatem ex occasione Clmi Jajowskie rosci.

Blus

13tius Iż gdy pewnego czasu Clrmum Gajowski in Sorte w Rocha:
czach okradziono, gdy niemogł wyslakować takiego Złodzieia
za ktorym przez kilka dni ieździł, Cyganow napadłszy zabrał ich
wszystkich y przygnawszy ich ad Sortem praedictam in Rochacze,
kazał ich w Kaydany w łańcuchy pokuć, y trzy tysiące na nich
aby mu zapłacili założył, a gdy Cygani siedząc w Kaydanach
niechcieli się przyznać y założonych pieniędzy oddać, popuszczał
Cyganow, a iednego zostawił w Więzieniu, y tak Cygani niby to
chcąc eliberować owego co został w Kaydanach Dwor zapalili
y tak wszytek Dwor zgorzał, za co potym Universitas musi
swego czasu odpowiedać

14tus Iż Clarissimus Gajowski za Possessyi swoiey w Rochaczach
las ad sortem praedictam puszczony obcym ludziom poprzedał, kto:
ry penitus wszytek iest wycięty, z czego in posterum pretensya
ad Universitatem będzie

15tus Iż Clarissimus Gajowski przez niedozor y złe Gospodar:
stwo niesieiąc Gruntow one popłonił y pozapaskudzał

16tus Iż Clarissimus Gajowski Visitatores ab Universitate Cra:
coviensi Deputatos pro veris Commissariis przyznać niechciał
ani do żadnego Inwestygacyi nie dopuscił, codziennie piiany
będąc podczas Wizyty.

17mus Iż Clarissimus Gajowski Calculum de Proventibus Co:
loniam Albae Ducalis et Professores concernentibus czynić
niechciał y owszem Clarissimos Visitatores ad revidendam suam
habitationem niedopuscił, mowiąc cum furore et impetu, et conten:
tiones exercendo: Jakescie przyszli? iak mam Was witać?
czy za Kommisarzow, czy iak Collegas, et aliis despoticis verbis
użył y dyffamował

18vus Iż Clarissimus Gajowski żeby Clarissimi Commissarii et
Visitatores niemieli się od kogo informować de bono regimine
et proventibus pomienioney Wsi ultronee subditos secum abdu
xit et desertam Villam reliquit, y tak Clarissimi Commissa
rii absq ulla investigatione odiechać musieli, gdyż we Dwor:
ze ani Gospodarza ani żadnego Inwentarza nie zastali.

Lunae 10ma

1. Lunæ X Mensis Maji
Fiscalis contra Clrmum Gajowski.

Coram Magnifico Domino Rectore supramemorato, ac in publica Causarum Ejus Audientia in termino ex Actis comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Judiciorum præsen accusata contumacia Clrmi. Valentini Gajowski Dhæ Dnis Collegæ Minoris ad Articulos non respondentis, inhærendo Relationi Clarissimorum Visitatorum ad revidendam Coloniam Albæ Ducalis ab Universitte Cracovien Deputatorum petiit eundem pro Confesso et convicto declarari, ratione præmissorum Scandalorum et Criminum ex Universitte proscribi, et respectu Criminis homicidii salvam viam cui de Jure venerit contra eundem reservari. Et quoniam Citatus defectuosa Regestra ex ratione non annotati Proventus ex Villa Rochacze produxit ideo ad sufficientiorem productionem Regestrorum, et alias quoniam in Regestris notabiles Expensas pro extractis documentis ad Villam Rochacze pertinentibus se expendisse annotavit, ideo ante omnia ad comportationem eorum Documentorum ipsum stringi petiit. In præsentia Clrmi Gajowski salvis ipsi quoniam asserti Articuli et quidem quilibet eorundem indigent sua distincta responsione et duntaxat modo primum die hesterna sunt communicati, ideo terminum præstolari. Si quidem autem quædam asserta relatio DD. Visitatorum sive Commissariorum à Judicio præsen Rectorali Universittis Cracovien acsi ad investigandos allegatos assertos Articulos ad Coloniam Albæ Ducalis Deputatorum ad præsens allegatur, et Convictio sui Citati quasi pro confesso declarari prætenditur consequenter quidnam novi opponatur, ideo de eadem asserta Visitatione sive Commissione et Relatione doceri; quantum verò ad assertam allegationem quasi non annotatæ sufficientis Perceptæ, se ad Regestra producta retulit, quo verò ad prætensa munimenta pro Expensis in Regestris connotatis illa prima Juris se producturum obtulit. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis dilationem pro responsione ad Articulos & ad Relationem Clarissimorum Commissariorum ad primam post Octavam Juris concessit, atq sufficientiorem

Regestrorum

Regestrorum productionem, necnon munimentorum ad Villam Rochacze Spectantium comportationem suo in Officio intra idem tempus Citato injunxit, et terminum Partibus eo usq conservavit Decreto praesen ad praemissa mediante. Praesentibus Perillustribus Clrmis &c quibus supra. Et me suprascripto Actorum suorum Notario.

Mercurii XII Mensis Maji

Nobilis Dyaszewski contra Nobilem Siarkowski.

Coram eodem Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica Causarum Audientia comparens personaliter Nobilis Michael Dyaszewski Civis & Typographus Cracoviensis, Actor principalis in termino ex Citatione verbali proveniente accusata contumacia Nobilis Dominici Siarkowski Civis Typographi ac Bibliopolae Jurati Cracovien inquantum non comparentis in & contra eum proposuit de & super eo, quia ipse libellum Dziennik wielki dictum in praejudicium Juris quod suae Actoris Typographiae juxta Privilegia Serenissimorum Regum Poloniae Michaelis de Ao 1672 & Augusti II de Anno 1701. competit, Typis suis imprimere audet & praesumit, debita cum Instantia petens impressionem dicti Libri Citato inhiberi, & ratione attentatae ejusdem impressionis poenis condignis eundem puniri. In praesentia suprafati Nobilis Citati Libellum de quo in Judicio praesenti conaenitur a pluribus Annis in variis Typographiis esse impressum dicentis, & aliquot exemplaria producentis, ideo liberum se ab impetitione Actoris pronuntiari petentis. Et Magnificus Dnus Rector visis exemplaribus dicti Libelli Dziennik in variis Typographiis sub eodem titulo & in eadem Materia impressis, Citato coeptam impressionem finire permisit & ne in posterum similia tam Citatus quam Actor in praejudicium suorum Privilegiorum attentare audeant serio sub poenis arbitrariis inhibuit. Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Perillustri Clrmo & Adm Rndo M. Adalberto Grzymała S. Theologiae Professore Ecclesiae Collegiatae S. Annae Decano &c & me M. Joanne Przypkowski Actorum suorum Notario.

Veneris XIV Mensis Maji

Generosus Niewiarowski contra Zrzeczycka.

55.

1. Coram eodem Magnifico Domino Rectore in termino ex Statutone Verbali legitime executo compadens personaliter Generosus Alexander Niewiarowski Magnifici Casimiri Michalowski Zapisen Bielscensis Plenipotens recusata contumacia Honesta Agnetis Przedyczka Fundi Kollegiatae dicti Ingolstadt ingvantes non comparentis petiit eam ad Juramentum stringi & admitti super eo quod ipsa de suo Marito profugo ubi commoretur & quantum plumen te quo ve pretio a Magnifico suo Actoris principali accipiat, nesciat tum quod nihil de rebus ejusdem profugi sui Mariti penes se citatam habeat, in proxima Sentia Citata se ad Juramentum paratam esse dicentis & illud in Judicio praesenti deponere se offerentis. Cui Magnificus Dnus Rector citatam ad Juramentum admittit, quo in hanc ut sequit Rhotam praestito: Ja Agnieszka przysięgam Panu Bogu Wszechmogącemu że o Męża mego Józefie przez Nieprzyiaciół Kilkunastu zbiegłym nie żaden dowiedzieć obrazy y dokąd poszedł, ani z jego rzeczy nic przy mnie niezostało, także nietaiem y wiedzieć y podzemku zboża brat od W JMci Pana Kazimierza Michałeszewskiego Sobnika Bielskiego, tak mi Panie Boże dopomóż, y niewinna Mci Pan liberam ab omni impetitione Magnifici Michałeszewski vel ejus Plenipotentium pronuntiavit, Decreti praesentis vigore. Praesentibus Perillustri Armo & Adm Rndo M. Adalberto Przymata Sacrae Theologiae Professore, Collega Majore Collegiatae Sancti Decani & one M. Joanne Przyłowski Actorum suorum Notarii.

Mercurii XIX Mensis Maji

2. Fiscalis contra Armum Jaworski.

Coram Magnifico Dno Rectore supramemorato in termino ex Actis comparens personaliter Honoratus Jo annes. Jajowski Fiscalis Judicorum praesentium & Actor principalis petiit terminum ad primam Junii prorogari ex quo suus Procurator Nobilis Jaworski legitime impeditus pro Judiciis condescendere non potuit, & Citatus Clarissimus Jajowski temulentus ad Judicia venerit ea clamoribus insolitis interturbet. In praesentia Citati Actor Ami Jajowski salvis &c non posse petita fieri, ex quo Actor debeat esse semper paratus, & quotidianus suus Citatus attentet terminum, ideo eundem Actorem si quid vult ad proponendum stringi, & alias se Citatum libenter a causa pronuntiare

pronuntiari petendo Ex Adverso non posse in Causa procedere ex rationibus quibus supra dicente ac ut supra petente Et Magnificus Dnus Rector attenta temulentia Citati ac vociferatione Judicium suum interturbante, tum quod utraq Pars per Procuratores Causam promoveat, dilationem petitam concessit, Citatumq Clarissimum Gajowski, ut sobrius ad Judicia compareat, & in iis clamores non excitet, sub pœnis arbitrariis monendum esse censuit, prout concedit & monet præsentis Decreti Vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra &c

3.

Appellatio à Decreto præinserto unà cum Manifestatione de nullitate ejusdem per Clrmum Gajowski &c coram Notario Publico infrascripto facta d. 20 Maji 1745 ad Quem de Jure.

In Nomine Domini Amen Præsenti publico Appellationis ac Manifestationis Instrumento cunctis pateat evidenter & sit notum. Quomodo Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto. Indictione Romana Octava, Pontificatus Smi Domini Nostri, Domini Benedicti Divina Providentia Papæ ejus nominis XIV feliciter moderni. Anno Ipsius 5to Die verò Jovis 20ma Mensis Maji. In mei Notarii Publici Testiumq infrascriptorum præsentia constitutus personaliter Clarissimus M. Valentinus Gajowski Phiæ Dr Collega Minor, in Colonia Albæ Ducalis Director & Professor Principalis Quam primum Acta præsens Notariatus mei adire valuerit, illico omnibus melioribus quibus de Jure, forma, via, stylo, firmius validius ac efficacius potuit, & debuit modis cum summo sui dolore & querimonia a Decreto Judicii Magnifici Perillustris Clarissimi & Adm Rndi Dni Almæ Universitatis Cral Rectoris in Causa inter se nunc comparentem, occasione certorum assertorum punctorum & Articulorum ex Relatione Illustrium Clarissimorum Visitatorum prædictæ Coloniæ Albæ Ducalis coram Universitate Cral ac si ore tenus facta, & in scripturam quasi redacta, manibus eorundem ac si subscripta & ad Officium Rectorale porrecta, super vita & aliis assertis factis, tum ratione assertæ desolationis ejusdem Coloniæ, atq ratione prætensi calculi de perceptis & expensis stante sub Directoratu ejusdem Coloniæ Albæ Ducalis dandi originaliter Citatum ex una, & Fiscalem eorundem Judiciorum Rectoralem

ralem originaliter Actorem Parte ab altera sub die hesterna videlicet Agna Anni & Mensis Currentium, cum ignominia sui nunc comparentis, in puncto adscriptae cujusdam asserta ebrietatis, tum in altero puncto Notorii praejudicii sibi Citato per praetensam prorogationem termini Actori factam ac indultam, quamvis debuerat esse ad proponendum contra se Citatum causam suam paratus illati prolato, Appellationem ad Quem de Jure, idq ex rationibus quod idem modernus comparens originaliter Citatus, protunc in praeallegato Judicio Rectorali nihil mali aut laesivi fecerit, aut duntaxat sentiens se esse per praesentem Causam & illius expectatam cognitionem & decisionem in expensis propriis gravatum, & injuriatum, querimonias suas intulerit, consequenter per Actorem videntem talem justam illius injuriam minime arguebatur, & de facto de aliquo malo aut laesivo in Instantia Actorea argutus non fuerit, tamen quaedam asserta temulentia, sive praetensa ebrietas in praeallegato Decreto in praetensam majorem aggravationem & convictionem sui Citati, licet de eadem non extiterit accusatus contra se Citatum ultra comparitionem & Instantiam dicti Actoris contra Processum Juris in Puncto Lynemine accusante impicta & adscripta fuerit, ac sit, appellavit, & providendo Causae suae indemnitati de nullitate hujusmodi Decreti & praemissis tum & aliis rationibus coram Quo & ubi de Jure venerit inferendis, solenniter imo solennissime protestatus & manifestatus est, salvo etc omni etc. Super quibus omnibus & singulis supra expressis petitum a me fuit Notario Publico Infrascripto unum vel plura confici & sibi extradi Instrumentum vel Instrumenta. Acta haec sunt Cracoviae Anno, Indictione Pontificatu, Die & Mense quibus supra, Praesentibus Nobilibus Francisco Borowicz & Christophoro Deyma, testibus ad praemissa vocatis rogatis & adhibitis.

Et (L.S.) ego Josephus Antonius olim Antonii Wyrzynowicz Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius Diaecesis Cracovien praemissam Appellationem ad Acta Notariatus mei suscepi, eidemq praesens & personaliter interfui, exinde hoc publicum manu licet aliena, mihi tamen bene nota Scriptum subscripsi, signoq Nomine & Cognomine meis solitis, quibus in talibus utor communitum in fidem ac testimonium praemissorum extradidi Instrumentum

Veneris XXI Mensis Maji

Fiscalis

Fiscalis contra Clrmum Gajowski

1.

Coram Magnifico Dnō Rectore supramemorato & in publica Causarum Ejus audientia in termino ex Actis comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Judiciorum praesens accusata contumacia Clrmi M. Valentini Gajowski inquantum non comparentis inhaerendo suae instantiae tum & relationi Clarissimorum Visitatorum petiit Citatum poenis ratione Scandalorū & Criminū in ijsdem Articulis specificatorum puniri. Et quoniam Decreto quò ad demandatam Comportationem Munimentorum non satisfecit, quinimo contra Authoritatem Judicii praesentis & Mandatum, hujusmodi Documenta temere penes se detinet, ideo poenas contra eundem videlicet proscriptionis extendi. In praesentia Clrmi Gajowski salvis &c Appellationem a Decreto sub die Jovis 19 Mensis & Anni Currentium, nec non manifestationē de nullitate ejusdem Decreti in crastino videlicet d. 20 ejusdem Mensis & Anni Currentium coram Legali Nobili Węgrzynowicz factam opponente, & copias ejus Appellationis exhibente ac reponente, & stando sub tuitione earundem nec ab ijsdem recedendo, verum tamen fidendo innocentiae suae & accelerando in Causa, salvis &c & praemissa &c contra malevolos Delatores de indebita sinistra & calumniosa sui circumscriptione, quoniam in assertis Articulis articulatur contra se Citatum quaedam asserta enormis desolatio Coloniae Albae Ducalis, sitq Inventarium ejusdem Coloniae conscriptum super Statum illius, & suus Citatus hujusmodi Inventario cum aliis documentis literatoriis per Illustres Clarissimos Visitatores ex Nobili Officio Universitt. Crac. ad dictam Coloniam deputatos, vigore Quorum cujusdam assertae Relationis per modernum Actorem contra se Citatum Actio praesens instituitur, sit spoliatus, ideo ante omnia spolium purgari mandari. Ex adverso salvis &c praemissa solenni protestatione de industriosè allata Manifestatione contra Decretum ex ratione verae temulentiae prolatum, quoniam Citatus per quempiam alium Inventario se spoliatum alleget, ideo salvam viam Citato respectu hujusmodi asserti spolii reservari dicente, & ut supra pro directa responsione & comportatione munimentorum instante. In contrariū non recedendo a sua Appellatione & Manifestatione oppositis quoniam ex Inventario luculentius debeat constare, in quali Statu Coloniam Citatus in suam possessionem receperit, sitq idem Citatus hujusmodi Inventario per Dnos Visitatores ad Instantiā Officii praesentis, ex Cujus Actoratu

moderna

& Actio instituta sit & spoliatus, ideo ut supra ad purgandum spoliu
hujusmodi Inventarii rite omnino necessarii & aliorum Sacra
mentorum ut supra. Et Magnificus Dnus Rector audito
partium contraversiis, propositis & responsis, comportationem
munimentorum ad Villam Rochaczk spectantium, jam per
anterius Decretum ad Lunae 30 Mensis & Anni currentium
injunctam, & per modernum Actorem appromissam, intra
Octavam sub poena Proscriptionis demandati censuit, &
ad Articulos, ex Relatione Clarissimorum Deputatorum for
malos praecisis omnibus diffugiis quibus Actor in prose
cutionem Causae allaborat directe respondere injunxit, pro
ut censet & injungit praesentis Decreti vigore ad pro
missa mediante. Praesentibus & Perillustribus Clarissimis
ac quibus supra. & me Actorum Sacrorum Notario, quo
supra. A quo toto Decreto Actor ad quem de jure
appellavit. Et Magnificus Dnus Rector reputata Appella
tione Actis in Decretis, & Causam ad Suam Juris disputa
ac eousq terminum partibus conservavit. Tandem post hac
lapsum terminum emanarant Actiones de tenore sequente

Actio Ama

2. Ex Mandato Magnifici Perillustris Clarissimi & Adm
Rndi Dni, D. M. Casimiri Patas Zowski S. Theologiae
Professoris, Collegae Majoris Ecclesiarum Collegiatarum
S. Floriani Cracoviae ad Sacrum Cadaveris, Adelovicii
is Decani, Parochialium S. Stephani Prothomartiris
in Czarnieckow Cerati, Studii Generalis Universitatis
Cracoviensis Rectoris. Actoris — Per Bedellum
Universitatis, aut per quemvis legitimum Executorem Clarissi
mus M. Valentinus Pajowski Phiae Dr Collega Minor
personaliter si id commode fieri potest, alias relictis pro tem
tum Ejus in solita Ejusdem Residentia cum declaratione
tamen Familiae ejus domesticae, de saltem dimissis, quate
nus ad Instantiam Excellentis & Adm Rndi M. Andreae
Pelhora Phiae Dris, in Colonia Albae Ducalis Professoris
& Fiscalis Judicionum Rectoralium, coram Judicio pro
sibati Magnifici Dni Rectoris tertia die ab executione
praesentium computando ipsa tunc Juridica existente, alias
extunc proxime & immediate sequente, exclusa & non com
putata festiva executionis die hora & loco audiendarum
Causarum suis solitis personaliter legitime ac peremptorie
compareat. Ad videndum & audiendum suspensionem in
Causa inter suprascriptos Actorem, ex una, et eundem Reum

tatum occasione variarum Injuriarum fusius in Articulis Causæ ejusdem descriptarum prædicto Excellenti Gelhorn illatarum, nec non ratione plurimarum inconvenientiarum, per eundem Citatum stante suo Directoratu in prædicta Colonia Albæ Ducalis commissarum sub Die Mercurii 3tia Mensis Februarii Anno currenti Partibus ex altera factam resolvi, ac inhærendo Inquisitionibus per Dominum Commissarium a Judicio præsenti, seu Nobili Officio Deputatum in prædicta Colonia Albæ Ducalis expeditt, ac Relationi Clarissimorum Dnorum Visitatorum per Conclusionem Universittis Cracovien ad revidendam eandem Coloniam, & investigandum super moribus prædicti Citati Deputatorum in prædicta Universitte factæ, Decretum Definitivum ferri, in scriptis promulgari, illudq debitæ Executioni demandari, & ratione contraventionis, Decretis Judicii præsentis quo ad sufficientiorem comportationem Regestrorum super Proventibus ad prædictam Coloniam, quam ad Bona Villæ Rochacze dictam, quæ ex Decreto Tribunalitio intuitu retentorum debitorum prædictam Coloniam concernentium idem Citatus possidebat, & usum fructum ex iisdem percipiebat spectantibus, nec non Documentorum ad prædicta Bona Rochacze dicta sese regulantium pro quibus idem Citatus notabiles expensas se expendisse in Regestris productis annotaverit per præallegata Decreta demandatam, latis eundem puniri, seu verius uti Notorium Contemptorem Mandatorum Judicii præsen ex Universitte præsenti proscribi, & eundem amplius Privilegiis Universittis non debere gaudere declarari, ac id quod Juris & Justitiæ fuerit statui. Cæteraq &c In quorum fidem &c Datum in Collegio Majori Die Tertia Junii Anno Domini 1745to. Universittis sub Sigillo (L.S.) M. Joannes Przypkowski Phiæ Dr Matheseos Prfr, Actorum Rectoralium Universittis Cral: Notarius mpp

A Tergo Relatio executt tenoris sequentis Anno quo supra Die vo 23 Mensis Junii Ego infrascriptus Bedellus Universittis Cracovien personaliter accedendo Clarissimum Valentinum Gajowski Collegam Minorem, Ipsi Copias præsen ad manus proprias reddidi, Authenticum monstravi, & omnia quæ intro mandantur fideliter executus sum. In quorum fidem me manu propria subscribo Jacobus Kowalski Bedellus Universitatis mpp

Citatio

Citatio 1da.

1. Ex Mandato Magnifici Perillustris Clarissimi & Admodum Erudi Domini, Dni Magri Casimiri Latałowski S. Theologiæ Dris Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Suburbi: die ad Cracoviam Canonici Cirkloviensis Decani, Parochialium S. Stephani Regis Præpositi, in Czernichow Citrati, Studii Gnalis Universitatis Cracovien Rectoris. Citetur Per Bedellum Universitatis Cracovien aut ejusmpiam alium Legitimum Executorem Clarissimus M. Valentinus Pajowski Phiæ Dr Collega Minor personaliter si id commode fieri poterit, alias relictis præsentium Copiis in Aedibus ipsius Residentia, cum obtestatione tamen Familiæ illius Domesticæ de taliter dimittendis, quatenus ad Instantiam Prælibati Magnifici Dni Rectoris tertia die ab executione præsentium computando ipsa tunc Juridica existente, alias extunc proxime & immediate segvenți, exclusa & non computata Hesterna executionis Die hora & Loco audiendarum causarum fieri solitis personaliter legitime ac peremptorie compareat ad videndum & audiendum Decerni in Causa inter expressatum Actorem ex una, et eundem Citatum occasione contemptus Executionis circa intimationem Copiarum Citat ab Officio præsenti emanato in Persona Honorati Nowalski Bedelli Universitatis ex ratione Concussionis ejusdem attentatæ Partibus ex altera fieri in scriptis promulgari & debitæ executioni demandari, ac id quod Juris & Justitiæ fuerit statui, Cetera de Jn quorum fidem &c Datum in Collegio Majori Feria Junii Anno Dni 1795to Universitatis sub Sigillo

L S M. Joannes Przypkowski Phiæ Dr Matheseos Pror. Actorum Rectoralium Universitatis Crac: Notarius mpp

A Tergo Relatio Executoris de tenore segvent: Anno quo intra Die vo 23tia Mensis Junii Ego infrascriptus Bedellus Universitatis Cracovien personaliter accedendo Clarissimum Valentinum Pajowski Collegam Minorem Ipsi Copias præsentium ad Manus propias reddidi, Authenticum monstravi, & omnia quæ intra mandantur fideliter executus sum. Jn quorum fidem me manu propria subscribo Jacobus Nowalski Bedellus Universitatis mpp

Citatio 3tia

2. Ex Mandato Perillustris Clarissimi & Admodum Erudi Dni Dni M. Casimiri Latałowski Sacræ Theologiæ Drfis, Collegæ

ga Majoris Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Clepar:
diae ad Cracoviam Canonici, Curcloviensis Decani, Parochiali:
um S. Stephani Cracoviae Praepositi, in Czerniechow Curati
Studij Generalis Universitatis Cracovien. Rectoris. Citetur
Per Bedellum Universitatis aut alium quempiam Legitimum
Executorem Clarissimus M. Valentinus Gajowski Phiae
Dr Collega Minor personaliter si id commode fieri poterit, alias
per dimissionem Copiae praesen. in solita ipsius Residentia
cum obtestinatione Familiae ejus domesticae de dimissa, qua:
tenus ad Instantiam Fiscalis Judiciorum Rectoralium, coram
Judicio praelibati Magnifici Dni Rectoris, tertia die ab exe:
cutione praesentium computando, ipsa tunc Juridica existente
alias extunc proxime & immediate sequenti, exclusa & non com:
putata Vestrae Executt. die hora & loco audiendarum Causarum
fieri solitt. personaliter legitime ac peremptorie compareat,
ad videndum & audiendum contra se proponi, de et super eo.
Quia Ipse licet adhuc in Januario Anni nunc currentis
ex Colonia Albae Ducalis Cracoviam advenerit, ad Collegium
et participationem Mensae statim post suum ejusmodi adven
tum per Clarissimum Collegii Minoris protunc Praepositum ad
missus fuerit, nihilominus contra Statuta & ordinationes Uni
versitatis Lectionem tradere, Disputationes Ordinarias, aliosq la:
bores Scholasticos Collegiaturam suam concernentes absolve
re adusq neglexit & negligit, imo contra Status sui decenti:
am, totis fere diebus extra Collegium, nescitur ubi commo:
rari, de nocte ad illud venire, & saepius extra dormire audet
& praesumit. Ipsum ob praemissa non esse amplius ad Professi:
onem Collegii Minoris habilem & idoneum declarari, & alia
quae Juris & Justitiae sunt super ipsum decerni, Caeteraq &c
Certificant &c In quorum fidem. Datt. Crac. in Collegio Ma:
Jori Die 20 Junii Anno Dni 1745 Universitatis
sub Sigillo (L.S.) M. Joannes Przypkowski Phiae Dr
Mtheseos Prfr, Actorum Rectoralium Universitatis Notarius
mpp. A Tergo Relatio Executoris. Anno quo intro Die
vo 23tia Mensis Junii Ego infrascriptus Bedellus Univer:
sitatis Cracovien. personaliter accedendo Clarissimum M. Valen:
tinum Gajowski Collegam Minorem, Ipsi Copias praesen. ad
manus proprias reddidi, Authenticum monstravi, & omnia
quae intromandantur fideliter executus sum. In quorum fi:
dem me manu propria subscribo. Jacobus Kowalski
Bedellus Universitatis Cracoviensis mppria

Mercurii XXX Mensis Junii

1. Fiscalis contra Chrmum Gajowski

Coram Magnifico Dno Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Rectore Supramemorato, ac in publica Causarum ejus Audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Judiciorum praesens in termino ex Citatione legitime ut à tergo ejus apparebat executa petiit ut in eadem. In praesentia Clarissimi Gajowski salvis &c & praemissa Protestatione contra Honoratum Fiscalem de tergiversatione ac diffugiis, ac salva productione Mandati ab Excellenti Gelhorn, quoniam Causa praesens videlicet ratione dandarum responsionum ad assertos Articulos ejusdem Fiscalis ex Relatione Dominorum Visitatorum quasi ad scripturam redactos, tum ratione praetensi reddendi calculi ex Proventibus perceptis ac expensis Coloniam Albae Ducalis stante sui Citati Directoratu concernentibus, necnon ratione praetensae productionis Documentorum ad Bona Rochacke spectantium praecise ad Instantiam & ex Actoratu dicti Fiscalis contra se Citatum instituta in Actis & terminis servatis extra Actoratum praetensum Excellentis Gelhorn pendeat, & nulla suspensio ejusdem ast duntaxat dilatio ad Ovam seu alias Decretum in Octava ferendum intercesserit, ideo se Citatum ad praesens inordinatè conveniri declarari petentis. quod probando se ad Actum proferendi Decreti in Octava referentis. Ex adverso salvis &c & praemissa solenni protestatione contra Citatum de irrealibus & calumniosis allegatis, ac salvis poenis ratione hujusmodi irrealium Objectorum, quoniam Citatus post subsecutum Decretum suspensionis in Causa Excellentis Gelhorn fuerat per Decretum Judicii praesentis tam ratione Articulorum ex relatione Clarissimorum Commissariorum quàm ratione faciendi calculi de perceptis et expensis Proventuum ad Coloniam Albae Ducalis pertinentium, necnon ratione Comportationis Documentorum ad Villam Rochacke spectantium sit adcitari demandatus, & post subsecutam adcitationem licet plurimis Decretis adstrictus, hujusmodi responsionem ad Articulos, comportationem Documentorum, & faciendum Calculum malitiosè & per iniquè oppositas Appellationes subterfugit, & per talem temerariam subterfugitionem ac malitiosam contraventionem Decretis se convictum & reum hujusmodi Objectorum agnoscit

sit; ideo inhærendo præallegatæ exceptioni, ac Inquisitionibus ex parte Excellentis Gelhorn in Colonia Albæ Ducalis per Perillustrem Commissarium ex Officio præsenti deputatum expeditis, tum et Relationi Clarissimorum Visitatorum ac suis Instantiis in anterioribus terminis factis Citatum ratione præmissorum scandalorum Violentiarum ac Excessuum et respective ratione patrati Criminis homicidii puniri, seu veriùs ex Universitate præsenti proscribi, & eundem amplius Privilegiis Universitatis gaudere non debere declarari, compensationem ratione factarum Excellenti Gelhorn injuriarum injungi petiit. Ex adverso salvis &c et iterum præmissa Protestatione se ad suam exceptionem super eo quòd sit ad præsens inordinatè citatus referente, & super hoc puncto interloqui petente. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis, et eo attentò quòd Citatus meris diffugiis & tergiversationibus allaborat, atq Articulis seu punctis ex Visitatione Clarissimorum Commissariorum per Conclusionem Universitatis deputatorum formatis & sibi communicatis directè respondere non vult, necnon Munimenta ad Bona Rochacze spectantia, ad quorum comportationem jam toties Decretis anterioribus adstrictus est, comportare & reponere temerè recusat, eundem ad directam Responsionem & ad repositionem Munimentorum, atq ad alias cathegorias in Citationibus sibi legitimè intimatis expressas stringendum esse censuit, sub pœnis in Citationibus comminatis effectuandis prout censet Decreto præsenti ad præmissa mediante. A cujus Decreti puncto non interlocutionis utrum sit ordinate vel inordinatè Citatus ad Quem de Jure appellavit, & protestatus est de attentatis, ac stando sub tuitione suæ appellationis metu duntaxat amissionis defensarum quò ad Actoratum Excellentis Gelhorn, & quoniam Honoratus Fiscalis Judicii præsentis seu dictus Excell Gelhorn suum Actoratum jungit, ideo ante omnia de Mandato ejusdem Excell Gelhorn doceri petiit. In præsentia Honorati Gajowski Fiscalis salvis &c & præmissa Protestatione de meris diffugiis et protelationibus, quoniam Citatus etiam moderno Decreto per suam Industriosam Illationem a parte contravenit, et Articulis ex Relatione Clarissimorum Visitatorum non respondet, Calculum præstare renuit, Munimenta non comportat, per quam contra

ventionem

ventionem se ut supra reum agnoscit, ideo ut supra inhaerendo suis Instantiis Decretum Definitivum in Causa ferri petentis. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis non esse necessariam productionem Mandati adinvenit, & si quid habet pro parte sui relevans de benignitate Judicii concessit. A non demandata productione Mandati Citatus appellavit & stando sub tuitione suae appellationis metu duntaxat amissionis offensarum non alias nec aliter quoniam idem Excell. Gelhorn cumulative cum Fiscali Judicii praesen de quibusdam suis assertis injuriis agat, & vigore quarundam assertarum Inquisitionum suspensionem resolvi, et Decretum ferri praetendit, nullaq litis contestatio ad easdem assertas injurias inter se Citatum intercessit; ideo ante omnia Copias earundem assertarum injuriarum & Inquisitionum petiit. Et adverso repetita solenni protestatione iterum atq iterum de meris diffugiis & protelationibus, quoniam Citatus post emanatam ex Nobili Officio Commissionem per Literas Innotescentiales fuerat pro Actu Commissionis adcitatus & successive post remissionem Rhotuli, tam pro termino apertionis Rhotuli quam etiam pro ferendo Decreto de benignitate Judicii praesentis ex quo se contumaciter gessit, iterato adcitatus, et licet pro termino comparuerit, nullam tamen oppositionem contra Rhotulum fecit, et Decretum suspensionis prolationis Decreti ex comparitione Citati intercessit, nec non quo ad demandatam per plurima Decreta responsionem ad Articulos, et calculum faciendum subterfugit, ac in Causa praesenti tergiversatur, cum juxta communem Juris dispositionem Causae quo ad Correctionem summario Processu terminari debeant, ideo ut supra petiit. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis Decretum tulit, quod post discussionem omnium & singularum Cathegoriarum de quibus cum Citato agitur publicaturum se obtulit.

Eodem in termino comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Judiciorum praesentium juxta Citationem inhaerendo Relationi per Honoratum Jacobum Kowalski factae, accusavit contumaciam Clrmi Gajowski temere respondere recusantis. In praesentia Clrmi Gajowski salvis ipsi & praemissa solenni protestatione de attentatis in sua Appellatione persistentis. Et Magnificus Dominus Rector attenta contumacia Citati Decretum tulit, similiter ut supra post discussionem omnium Cathegoriarum publicandum.

In termino eodem ex Citatione legitime executa comparens personaliter

liter idem Fiscalis petiit eandem Citatum ut in eadem. In præsentia Clarissimi Gajowski salvis &c & præmissa de indebita vexa prote statione. Quantùm ad adventum Cracoviam ex Colonia Albæ Ducalis se non sua sponte advenisse, ast ad Citationes super quibus Causæ ad præsens vertuntur huc descendisse, & ijsdem Causis advigilare. Quò vò ad participaonem Mensæ in Minori Collegio hujusmodi participaonem per duas Septimanas habuisse. Quò verò ad prætensas Lectiones alia Officia peragendas, & peragenda. eadem ut per hoc tempus subsistentiam Victus sine quo nullus homo vivere potest haberet, exequi voluisse, verùm ad easdem Lectiones & Officia se Citatum admissum n̄ fuisse, ex ratione quod sit Director Coloniæ Albæ Ducalis, consequenter stante suo Directoratu ad eadem exequenda non teneri sibi Citato re: sponsum fuisse. Quo vò ad assertam non pernoctationem in Collegio Minori hoc in puncto Delatorem specificari petentis. Ex adverso quoniam quantùm ad asserta allegata Citati quòd ac si ipsi denegata fuerit Lectio publicè legenda nullo docu= mento justificat, ideo ipsum ratione præmissæ practicatæ negli gentiæ pœnis juxta Statuta Universitatis puniri, seu verius uti negligentem & munera Collegiaturæ suæ non adimplentem tam ex Domo Collegii Minoris prædicti, quàm ex Universitate proscribi. Quò verò ad prætensam specificationem Delatoris eandem non esse necessariam ex quo hoc in puncto partim ex notitia privata, partim ex fama publica agatur dicente, & quoniam id ipsum Citatus non negat ideo ut supra pro pœ nis instante. Et Magnificus Dominus Rector auditis partium Controversiis Citato justificationem, quòd tempore adventus sui Cracoviam semper in Collegio pernoctaverit, de dieq́ extra Collegium divagatus non fuerit, Lectionem in Con: vocatione Facultatis Philosophicæ per se vel per suum Plenipotentem accipere atq́ Disputationes Ordinarias peragere voluerit per testimonia exportanda a quibus exportari de: bent deferendam esse censuit intra Ovam suo coram Officio faciendam, & terminum eòusq́ Partibus conservavit. Præsenti Decreto ad præmissa mediante. Præsentibus Perillustribus Clrmis & Adm Rndis M.M. Stanislao Filipowicz S. Theologiæ Præsentato Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani Custode, Universitatis Procuratore &c M. Adal: berto Przymała S. Theologiæ Professore Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Decano Collegis Majoribus. et me M. Joanne Przypkowski Phiæ Dre Mtrseos Prfre Collega Majore Actorum Suorum Notario.

suorum Notario.

Mercurii VII Mensis Julii

1. Ingenuus Szumarski contra Excellentem Lipiewicz & V. Szopiarski

Coram Magnifico Domino Rectore supra memorato in termino ex Citatione Verbali comparens personaliter Ingenuus Andreas Szumarski Publicarum Lectionum Auditor Scholae B.M.V. Virginis in Circulo Crac. Alumnus accusata contumacia Excell. Michaelis Lipiewicz Phiae Dris & Prfris Scholae B.M.V. in Circulo Crac. Senioris tum Venerabilis Andreae Szopiarski Phiae Baccalaurei Patris ejusdem Scholae inquantum non comparentium in & contra eos proposuit, quod ipsi & quidem Excellens Lipiewicz Senior nulla habita ratione Fratrem sui Actoris Ingenuum Joannem Szumarski injuste verberaverit. Jam vero V. Szopiarski habitationem sui Actoris violenter reseraverit, & per hujusmodi violentam reserationem seram ad fores pensilem destruxerit, Pauperem Ignatium Kański ex eadem habitatione extraxerit, & plagis affecerit, debita cum Instantia petens dictos Citatos pro attentatis poenis condignis puniri. In praesentia suprafatorum Citatorum & Imo quidem Excell. Lipiewicz Senioris se Fratrem Actoris ex quo Scholam non frequentabat & Visitationes saepius subterfugiebat septem plagis juste affecisse dicentis. V. vero Szopiarski habitationem reserasse & se seram destruxisse non negantis, id tamen fecisse ne frater Actoris ex fenestra in qua stabat prosiluisset, & sanitatis aut Vitae jacturam per intentatum ejusmodi temerarium ex fenestra saltum subijisset asserentis. Et Magnificus Dnus Rector auditis partium Controversiis Excellentem Seniorem liberum a Causa & impetione Actoris suo attendentem pronuntiavit. Venerabilis vero Szopiarski ut seram destructam reparari curet, aut aliam destructae aequivalentem provideat injunxit Praesentis Decreti vigore ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri Clarissimo & adm. Rndo M. Adalberto Przymała S. Theologiae Prfre Collega Majore &c. & me supra scripto Actorum suorum Notario.

2 Ingenuus Kliszowski contra Excell. Lipiewicz

Coram eodem Magnifico Dno Rectore comparens personaliter Ingenuus Stanislaus Kliszowski Scholae Rhetorices Studiosus & Scholae B.M.V. in Circulo Crac. Alumnus in et contra Excell. Michaelem Lipiewicz Phiae Drem & Prfrem Scholae B.M.V. in Circulo

in Circulo Cras Seniorem proposuit quia Ipse Decretum Proscriptionis ex Schola contra se Rectorem nulla justa ratione habita tulit petens idem Decretum in Judicio presenti cassari, & pro nullo declarari. In presentia Citati Pxatt Lipowicz se in Rectorem uti Contumacem quia ter Citatum & non comparentem noctuq se Seniorem verbis lasivis & inhonestis afficientem Decretum proscriptionis ex Schola de Consilio suorum Consilariorum sibi in Judicio assidentium tulisse dicentis. Et Magnificus Dnus Rector attento eo quod Actor contra Pxatt Lipowicz repagues & contumax aliquoties monitus fuerit, standum se Decreto Pxatt Seniors cessuit ubi in Instanti ex Schola migret decrevit Presentibus de quibus supra &c.

1.

Fiscalis contra Clarissimum Pajowski

Coram Magnifico Domino Rectore supra memorato comparens personaliter in termino ex Actis Honoratus Joannes Pajowski Fiscalis Judiciorum Rectoralium accepta contumacia Primi Pajowski inquantum non comparentis, in & contra ipsum proposuit quia ipse Decreto in antecioni termino lato quo ipsi justificatio de Objectis illo in termino per se Actorem factis per testimonia fide digna suo coram Officio producenda delata & injuncta erat contravenit petens ipsum contumacem reputari, & Decretum Definitivo juxta Instantias anteriorbus in terminis factas contra ipsum ferri, in scriptis promulgari, & debita executioni demandari. Et Magnificus Dominus Rector attenta contumacia Citati eiusdem in termino hodierno nec per se nec per suum Procuratorem comparentis Decretum tulit, quod in Octava procuratorem se obtulit. Presentibus quibus supra &c.

2.

Luna XII Mensis Julii

Illustris Clarissimus M. Joannes Pataszowski contra Illustrem Clarissimum M. Casimirum Jarmundowicz protestatur.

Ad Officium & Acta presentia personaliter veniens Illustris Clarissimus & admodum M. Joannes Pataszowski U. J. Professor &c in & contra Illustrem Clarissimum & Admodum Reverendum M. Casimirum Jarmundowicz U. J. Professorem Academiae Posnaniensis Directorem &c interposuit Protestationem & Manifestationem ratione variarum injuriarum, detractionum, male dictorum, & aliorum ejusmodi verborum sui Protestantis et

signanter contra compositionem quandam de die 8 Actu in Sche-
dula per se modernum Protestantem ad Acta presentia suo tem-
pore porrigenda specificand inter se Manifestantem & supra fatis
Illustrem Clrmu & alios Andu M Casimiru Jarmuchowski
per sui Protestantis & Plenipotentem speciale ad hoc mandatum
non habentem nulliter Illustrem videlicet Thomam Zyrnicki
Phie Idem Ecclesiarum Collegiate in Summo, Parochialis S.
alberti Posnanie Prepositum Penitentiarium Cathedralem fa-
ctam, honoris sui Protestantis lesivam & circumscriptivam, alg
illius fortune injuriosam. Promittens se predictus Protestans
omni meliori modo de premissis omnibus Jure alterum
salvo &c omni &c alias in forma Protestationis plenissima.

M. Joannes Pataskowski
U. J. Professor mpp

Schedam non porrexit.

1. Mercurii XIV Mensis Julii

Fiscalis contra Clrmum Jakowski.

Coram Magnifico Domino Rectore supramemorato in termino
ex Actis comparens personaliter Honoratus Joannes Pa-
wski Fiscalis Judicionum presens accusavit contumaciam
Clrmi M. Valentini Jakowski Phie Idis Collega Minoris, &
in ejus contumaciam petiit Decretum jam alias 6 Mercurii
Jona Mensis & Anni Currentium contra ipsum latum publi-
cari & in Scriptis promulgari. Et Magnificus Dnus Rector
publicationem lati Decreti ex rationibus animum suu permo-
ventibus, ad huc ad Imam Juris post Festum S. Bartholo-
mei Apostoli differendam censuit, pro eodem termino Cla
rissimu Jakowski Citatum contumacem ad videndu & audien
dum idem Decretum latum non obstante eiusm ipsius contu
macia, amputatis omnibus dilationibus, Protestationibus
Manifestationibus & appellationibus gravibus cassatis & am
putatis suspensionibus, Nis in Actis Juris resolutio,
publicari in Scriptis promulgari, & alia qvæ Juris & Justi
tie erunt statui adiutari mandavit, prout censet & mandat,
Decreto presenti ad premissa mediante. Presentibus Perillu
stri Clarissimo & Rdo Ando M. Adalberto Pygmata
S. Theologie Professore Collega Majore &c & me supranomi-
nato Actorum Auctore & Notario.

Mercurii XXV Mensis Augusti

Illustris

Illustris Zołędziowski contra Illustrem Wilkoszowski.

1.

Coram eodem Magnifico Domino Rectore in termino ex Citatione legitime ut a tergo ejus apparebat executo comparens personaliter Illustris Clarissimus & Adm Rndus M Antonius Zołędziowski Phae Dr & Prfr ac interea Facultatis Artistarum Decanus, Collegii Minoris Praepositus suo & totius Communitatis Domûs Minoris Nomine accusata contumacia Illustris Clrmi & Adm Rndi M Antonii Wilkoszowski U.J. Professoris Collegae Juridici Ecclesiarum Collegiatae SS. OO. Cral Canonici, Parochialis B M V in Circulo Cral Poenitentiarii Radiminsciani in quantum non comparentis in et contra eum proposuit. Quia ipse quamvis post protelatam contra Conclusionem Universitatis per Annos aliquot a sua ad Collegium Juridicum Vocatione pro loco in eodem Collegio Juridico obtinendo responsionem, postq eandem adhuc die 23 Mensis 9bris Anno proxime praeterito tandem absolutam, ad participationem Proventuum Dismembrationum ac alia quaevis emolumenta & beneficia dictum Collegium Juridicum concernentia actualiter admissus sit, nihilominus hucusq ad praefatum Collegium transmigrare, Professionem Collegii Minoris dimittere toties amicabiliter requisitus cum praejudicio damno ac injuria Professorum Collegii Minoris non vult & recusat, ipsum ad exequendum quantocyus praemissa Juris mediis stringi & compelli, in damnis & Injuriis per ejusmodi transmigrationis suae retardationem, Professionis non dimissionem, Communitati Collegii Minoris causatis condemnari, debita cum Instantia postulavit. Citatus nec per se nec per suum Plenipotentem comparente. Et Magnificus Dnus Rector attenta contumacia dicti Citati, ultra horam audientiae expectati & non comparentis eundem contumacem reputavit, & pro secundo adcitandum decrevit. Praesentibus Perillustribus Clarissimis & Adm Rndis M.M. Stanislao Filipowicz Sacrae Theologiae Praesentato, Ecclesiae Collegiatae S. Floriani Custode Universitatis Procuratore &c M. Adalberto Przymała S. Theologiae Prfre, Ecclesiae Collegiatae S. Annae Decano &c Collegis Majoribus, & me M. Joanne Przypkowski Philosophiae Doctore, ejusdemq & Matheseos Professore, Collega Majore, Actorum Suorum Notario.

Fiscalis

71.

1. Fiscalis contra Ermum Pajowski

Coram Magnifico Domino Studij Generalis Universitatis Rector supramemorato, ac in Loco publica Audientiæ comparens personaliter Honoratus Joannes Pajowski Fiscalis Judicior. Gen. in termino ex dilatione & Citatione legitime ut a tergo ejus apparebat executa, accusata contumacia Clar. rssimi M. Valentini Pajowski Phiæ Dris Collegæ Minoris inquantum non comparentis petiit justa Citationem. In præsentia Ermi Pajowski salvis iis & præmissa ac ex adhuc Protestationes, Exceptiones, rationes & Appellationes jam alias in terminis anterioribus factas referentis in ipsemq. persistentis. Et Magnificus Dominus Rector supramemoratus Manifestum Citatum ad Copias Articulorum tam ratione vitæ morum & scandalorum, quam ratione desolationis Coloniæ Albæ Ducalis atq. Calculi de Receptis & Expensis Status sui Directorii dictam Coloniam concernentibus sibi sub die Mercurii 5ta Mensis Maji Anno nunc currenti communicatorum, etiam post prorogationem termini, eidem Citato ad respondendum die Lunæ 10ma ejusdem Maji factam non respondentem, sed solis tergiversationibus diffugus & protelationibus allaborantem, inhærendo dispositioni Utriusq. Juris tæ Signatur C. 2 de Confess: in 6to Si de Reate & qui tacuit ff de Interrog: Action: pro confesso & convicto declaravit, & facta declaratione, ante omnia dilationes omnes si quæ datæ sunt amputavit, Protestationes Manifestationes & Appellationes si quæ coram gerebusq. Actis Judiciis & Officiis interjectæ & interpositæ sunt reputavit cassavit & annulavit, Suspensionesq. his in Actis factas & connotatas resolvendo ad decisionem Categoriarum junctim omnium & singularum condescendit. Ac imprimis visis & lectis dictis & depositionibus Testium Juratorum in Contumaciam Citati coram Commissario in Alba Ducali die Lunæ 13tia Mensis Februarii Anno 1744to inductorum & examinatorum, aliisq. visis videndis, & considerandis considerandis, ex quibus quoniam deduxit Ermus Pajowski Citatum Excellentis Velhorn Actori fuisse multum injuriosum eundemq. male tractasse, laboranti fideliter in Colonia Victum & Sustentationem dare & providere noluisse, clavim ad Bibliothecam petentem ut se pro Oratione in Festo S. Joannis Cantii Patriarchæ dicenda præparare posset, non solum non dedisse verum etiam eundem reprehendisse, & verbis inhonestis affecisse, cande

eundem noctu in Festo S. Francisci Confessoris in Anno 1743tio, jam dormientem invasisse, binas fores ad eum securi effregisse, et nisi se fuga per fenestram salvasset, & ad Domum Vice-praepositurale aufugisset, at ibi se per aliquot noctes continuisset flagro percutere intendisse, Vestes, Libros & Lectisternia, hac nocte eidem accepisse, ac illas (: libris & lectisterniis in crastinum remissis :) ad decursum unius Septimanae penes se retinuisse, eademq die S. Francisco sacra levitates & indecentias per contusionem amphorarum & aliarum fictilium rerum, tum explosiones Sclopetorum in residentia sua Directorali exercuisse, eundem Actorem in Festo B. Joannis Cantii Anno eodem 1743tio ex residentia sua in Praesentia hospitum cum scandalo eorundem extrusisse, circa extrusionem Crines ex Capite ejus non paucos evellisse, & alios innocuos homines eadem die, ac signanter Religiosum & Adm Rndum Concionatorem Ordinis S. Pauli primi Eremitae ex Monasterio Lesnensi pro Concione invitatum verbis inhonestis tractasse, & ex Residentia sua expulisse. In absentia Actoris seram pensilem ad habitationem ubi sua olera asservabat securi violenter reserasse, ac olera ejecisse, Eundem Actorem in pervigilio Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis ejusdem ut supra Anni sub tempus Vesperarum in Ecclesia solennium cum scandalo Cleri & populi in ejus propria residentia clausis prius cum ipso foribus, ut ex vociferatione, evulsione Capillorum signis in facie apparentibus & labiis cruentatis, Testibus pro illo tempore a Perillustri & Reverendissimo Praeposito ex Vesperis missis constitit, colaphisasse, capillos evulsisse, ex capite ejus, Ex Arce Celsissimae Principis Radivillae eundo prae tumulentia in fossam profundam cum opprobrio Nominis Academici cecidisse, & in eadem usq ad extractionem per Milites praefatae Arcis factam mansisse, compotationibus & ebrietatibus continuis deditum fuisse, hospitia cum Professoribus, quos ante adventum Excett Gelhorn in Colonia habuit visitasse, eosdem pariter prout et Excett Gelhorn tractasse, colaphisasse, Executorem Innotescentialium Literarum in Ordine ad expediendam ex Delegatione Magnifici Perillustris Clarissimi & Adm Rndi M. Adalberti Micinski U. J. Doctoris & Professoris &c &c. Antecedanei Universitatis Rectoris Commissionem percutere voluisse, earundem Innotescentialium Copias non solum non acceptasse, sed etiam cum obtestinatione Familiae suae dimissas ejecisse, ac postea ad Executorem remisisse. Coram Actis Consularibus Bialensibus tam contra Magnificum supramemoratum antecedaneum Rectorem

quam

7. 3.

quam contra Perillustrem & Reverendissimum Riacuour &c Delegatum ejus, ac contra Illustrem Woszczarski Subdelegatum Reverendissimi Riacuour d. 1ma Februarii Ao 1744to quandam sive Protestationem sive Appellationem interjecto illi Eminentissimi Cancellarii Universitatis Nostrae Nomine imprudenter & per contemptum Authoritatis & Jurisdictionis cui se subesse professus est fecisse. Coloniam in foribus claustris fenestris fornacibus & aliis rebus desolasse. In Villa Rochacze ex Decreto Tribunalis Magni Ducatus Lithvaniae in Censibus retentis recepta succensioni & conflagrationi Aulae per incarcerationem Gyngarorum ac suae converberationis & concussionis, per aggressionem Ecclesiae & Coemeterij Russorum Unitorum cum Spatha & Sclopetis occasionem dedisse, aliaq plurima in Inquisitionibus Juratoriis deducta, ac in Relatione Illustrium Ablegatorum pro Comitiis Grodnensibus, ac simul ex Commissione Magnifici Antecedanei Universitatis Rectoris Visitatorum praefatae Coloniae Albae Ducalis scandala & scelera, quae Cognitioni Fori praesentis utpote Criminalia non subsunt perpetrasse, Executorem Citationum Honoratum Kowalski d. 23 Aprilis Anno Currenti 1745to Citationes binas sibi intimantem in contemptum Jurisdictionis Rectoralis aliquoties colaphisasse, baculo percutere voluisse, incarcerationem minitasse, Citationem sibi intimatam per contemptum cum prolatione Verborum injuriosorum aliquoties proiecisse, Calculum de Perceptis & Expensis Coloniam Albae Ducalis concernentibus facere, tum munimenta ad Villam Rochacze spectantia reddere noluisse, & temere recusasse. In Collegio saepius non pernoctasse, sed per Urbem & Suburbia divagatum fuisse, compotationibus vacasse, et tumulentum ad Judicia venisse, in ijsq clamores & vociferationes insolitas excitasse. Lectionem Philosophicam a tempore Adventus sui Cracoviam adhuc in Januario Anni nunc currentis adusq non legisse, nec eam in Convocatione Facultatis Philosophicae de accipiendis Lectionibus Die videlicet 12 Martii in Festo S. Gregorii Papae ut semper fieri solet expedita, licet protunc Crac. praesens fuerat per se vel per suum Plenipotentem accipi curasse, Disputationibusq se ex turno concernentibus non interfuisse, eoq ipso se inhabilem & non idoneum ad labores Academicos fideliter implendos demonstrasse. Idcirco eundem tanquam Jurisdictioni Ordinariae refractarium ejusdemq Notorium contemptorem, tot Levitatum, inconvenientiarum, scandalorum, injuriarum, violentiarum, ac scelerum patratorem,

Status

Statûs Conditionis ac Juramenti de præstanda Obedientia Magnifico Universitatis Rectori pro tempore existenti, de promovendo Bono Universitatis, ac fideliter laborando præstiti, immemorem, ex Domo Collegii Minoris excludendum, Collegiaturâ privandum, & ex Universitate proscribendum, illiusq Privilegiis & immunitatibus amplius non debere gaudere declarandum, in locum illius aliam Personam habilem et idoneam vocandi facultatem illis ad quos de Jure spectat concedendum, ac prævia Proscriptione, salvam viam Moderno Actori, ejusq Consorti Litis Excellenti Gelhorn in Foro competenti ratione præmissorum, & signanter ratione Munimentorum ad Villam Rochacze spectantium agendi & pro pœnis instandi reservandum esse duxit. Prout Christi Nomine invocato solum Deum & Justitiam præ oculis habendo privat, proscribit, declarat, concedit reservat, hac sua Sententia ad præmissa mediante. Cujus publicationem Officio Collegii Minoris intimare decrevit, ac ut idem Officium suo munere quam primum fungatur injunxit. Præsentibus quibus supra. Tandem ab hac Sententia Citatus ad Quem de Jure appellavit Et Magnificus Dominus Rector refutata appellatione stetit in Decretis.

Sabbato XXV Septembris 1.

Illustris Pałaszowski Plenipotentem constituit

Coram Officio Actisq præsen personaliter constitutus Illustris et Adm Rndus M. Joannes Pałaszowski U. J. Professor, Collega Juridicus &c omnibus quibus melius firmius validius efficacius de Jure forma, via, stylo, potuit ac debuit modis, in omnibus suis negotiis Causis & Proventibus se concernentibus vindicandis in suum verum ac indubitatum Plenipotentem & Mandatarium Clrmum & Excell M. Josephum Deklos Phiæ Drem & Pfrem Collegam Minorem elegit, inscripsit et constituit, dans illi plenam & omnimodam facultatem omnes causas et negotia sua in quovis Judicio agendi promovendi, ac debito fine terminandi. Proventus quosvis se constituentem concernentes vindicandi & de vindicatis quietandi, ac si ipse constituens ageret, promoveret, debito fine terminaret, vindicaret quietaret, si præsens esset omni meliori modo alias in forma Plenipotentiæ amplissima. Præsentibus Universitatis Bedellis

M Joannes Pałaszowski U. J. Pfr mpp

ACTA

Judicii & Officii Rectoralis Universitatis Cracoviensis

RECTORATU VI

Magnifici Perillustris & Adm Rndi Dni D. M. Casimiri Pataszowski Sacræ Theologiæ Professoris, Collegæ Majoris, Eccleziarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracæ Custodis, Cardoviensis Decani, Parochialium S. Stephani Cracæ Præpositi, in Czernichow Cirati, Scholarum Nowodworscianarum Provisoris Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi

RECTORIS

Annô Domini MDCCLV

Commutatione Hyberna

CONSCRIPTA.

Vener

Veneris XXIX Obris

1.

Religiosus in Christo Pater Christophorus à S. Casimiro contra Nobilem Dyaszewski.

Coram Magnifico Domino Rectore supramemorato in termino ex Citatione Verbali comparens Personaliter Religiosus et Adm Rndus in Xto Pater Christophorus à S. Casimiro Carme: lita Discalceatus accusata contumacia Nobilis Michaelis Dya: Szewski Civis & Typographi Cracovien in quantum non compa rentis in et contra eum proposuit. Qua ipse Libri in Mate ria de Penitentia & Confessione vernaculo Idiomate per se Actorem conscripti et in sua Citati Typographia typis im pressi Exemplaria numero centum pro Festo S. Michaelis Archangeli in Anno Currenti se venditurum, et pro divenditis juxta pretium inter se Citatum & modernum Actorem con: ventum pecuniam eodem pro termino Actori redditurum bona fide asseuravit & obligavit, huicusq tamen ejusmodi sua asse: curationi & obligationi non satisfecit, & satisfacere recusat, debita cum Instantia petens ipsum ad satisfactionem Juris medijs stringi & compelli. In presentia Citati conditionate solum se ad divenditionem dictorum Exemplarium obligasse: Si nimi rum intra tempus prefixum Emptor eorum aliquis obvenerit, quo niam vero adusq nullum Emptorem licet adhibita non modi ca cura & solicitudine habere potuit, & vix aliquando habere sperat, idcirco ut Religiosus Actor modernus prefata Centum Exemplaria, a se Citato sibi recipiat, et ea sibi divendat decerni postulantis. In contra Actore nullam conditionem in obligatione Citati intercessisse in Verbo asserente, propter bonum pacis in receptionem 50 Exemplarium consentiente, et ad solu: tionem aliorum 50 intra Sex Menses Citatum stringi in: stante. Et adverso Citato in Instantiam Actoris consentiente. Et Magnificus Dominus Rector auditis partium controversiis pro positis & responsis, cog attento quod Actor 50 supra fati li bri Exemplaria a Citato recipere velit, Citatus quoq reliqua 50 intra tempus ab Actore prefixum divendere se Citatum non abnuat, eidem Citato ad manus Actoris 50 Exemplaria intra triduum reddere, & ut reliqua 50 intra spacium 6 Mensium pretio cum Actore convento divendi curet, & pecuniam in manu ejusdem

ejusdem Actoris reddat injunxit. Prout injungit Decreto Praesenti ad praemissa mediante. Praesentibus me M. Joanne Przypkowski Actorum Judicii praesen Notario et AA Joanne Gajowski, & Jacobo Kowalski Universitatis Bedellis

Fiscalis Officii petit Commissionum per Contubernia & Scholas tempus designari.

Coram eodem Magnifico Domino Rectore comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Officii praesen petiit tempus pro peragendis per Contubernia & Scholas Commissionibus determinari, et DD Commissarios pro ijsdem Commissionibus absolvendis deputari. Et Magnificus Dominus Rector petitam temporis determinationem & Commissariorum deputationem ex rationibus Animum suum permoventibus ad Ovam Juris differendam esse censuit. Praesentibus quibus supra.

Veneris VI Novembris

Fiscalis Officii petit ut in anteriori termino

In termino ex Actis comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Officii praesen coram supramemorato Magnifico Domino Rectore petiit dilationem in termino anteriori factam resolvi, tempus pro Commissionibus in Contuberniis & Scholis determinari, pro ijsdemq juxta puncta a Notario Actorum praesen conscribenda, et per Magnificum Dominum Rectorem subscribenda expediendis, DD Commissarios deputari. Et Magnificus Dominus Rector resoluta dilatione in termino anteriori facta ad Contubernia Jagelonianum, Perillustrem & adm Rndum M. Adalbertum Grzymała Ecclesiae Collegiatae S. Annae Decanum, Ad Jurisperitorum Illustrem & adm Rndum M. Thomam Muszynski U.J. Doctorem S. Nicolai Praepositum. Ad Haerosolymitanum Illustrem & adm Rndum M. Andream Cybulski. Ad Philosophorum Illustrem & adm Rndum M. Josephum Popiołek. Ad Staringelianum Illustrem & adm Rndum M. Antonium Krzynowski Ad Pelonianum Illustrem & adm Rndum M. Adalbertum Goszkowski, Ad Sisinianum Illustrem & adm Rndum M. Casimirum Stęplowski Sacrae Theologiae Professores, Collegas Majores. Ad Scholas verò Arcensem Armum D. M. Josephum Deklos

Ad

Ad B.M.V. in Circulo Crac. tum Sacratissimi Corporis Xti Clarissimum M. Antonium Łotędziowski. Ad Scholam SS. OO. Clarissimum M. Nicolaum Iwański. Ad Scholam S. Annae & S. Stephani Clarissimum M. Stanislaum Kostka Sterka. Ad Scholam S. Floriani & S. Nicolai Clarissimum M. Petrum Filipowski Phiae Dres & Prfres Collegas Minores Commissarios deputavit, ijsdemq tempus opportunum bene sibi visum citra tamen moram determinavit. Qui quidem DD Commissarii Deputati cum sibi assumptis dictas Commissiones juxta puncta a Magnifico Domino Rectore sibi porrecta & manu ipsius subscripta expedire, & inscripturam redigere, atq redactas Magnifico Dno Rectori reddere obligant. Praesenti Decreto ad praemissa singula mediante Praesentibus me M. Joanne Przypkowski Actorum Rectoralium Universitatis Notario HH. Joanne Gajowski & Jacobo Kowalski Universitatis Bedellis.

Lunae XV Novembris

Fiscalis contra Excellentem Ziętarski

Coram eodem Magnifico Domino Rectore ac in publica Causarum Ejus audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Judiciorum praesen accusata Contumacia Excell. Stanislai Ziętarski Phiae Dris Scholae Arcensis Senioris in quantum non comparentis in et contra ipsum proposuit. Quia ipse licet jam in ante monitus fuerit, ut Obligationi suae satisfaceret, continuo in Schola resideret, Studiosis attenderet, & alia Officia Senioris adimpleret, nihilominus monitioni huic contraveniens nec in Schola residet, nec in negligentias Studiosorum tam in Scholasticis quam in Ecclesiasticis Officiis animadvertit, quinimo a multo tempore & signanter a tempore finitarum Vacationum Scholam deseruit, eamq & Studiosos in ipsa manentes nec saltem per alium Substitutum regi curavit, petens ipsum occurendo malo regimini Scholae, & ulteriori Studiosorum dissolutioni, ac negligentiis ipsorum tam in Scholasticis quam in Ecclesiasticis Officiis, de quibus continuo incusant, Senioratu ejusdem Scholae privari, & in ejus locum alium Seniorem qui continuo in Schola resideat, & Officia Senioris juxta necessum suae Obligationis diligenter adimpleat, deputari ac introduci mandari. Citato nec per se nec per quempiam alium comparente.

Et

Et Magnificus Dominus Rector Citatum ultra horam Audientiae expectatum et non comparentem, contumacem reputavit, et attenta Instantia Actoris justa & rationi consona, providendo bono regimini dictae Scholae Arcensis & Studiosorum in Studiis & pietate profectui, eundem Excellentem Zietarski Citatum contumacem Senioratu praefatae Scholae Arcensis privandum, & alium in locum ejus Seniorem qui continuo in Schola resideat, Studiosorum profectui & eorum Officiis attendat & invigilet, aliisq obligationibus suis diligenter satisfaciat deputandum & introduci mandandum censuit, prout privat deputat & mandat praesentis Decreti vigore ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri & adm Rndo M. Adalberto Przymata Sacrae Theologiae Prfre Collega Majore Ecclesiae Collegiatae S. Annae Decano. Et me M. Joanne Przypkowski Actorum Officii praesentis Notario.

Mercurii I Decembris

1. Famati Rozworski & Stachowicz contra Dziedzicki.

Coram Magnifico Domino Rectore supramemorato in termino ex Citatione Verbali legitimè per Bedellum executt comparentes personaliter Famati Lucas Rozworski & Stanislaus Stachowicz Artis Compactoreae Librorum Seniores Cives Cracovienses suo & totius Congregationis Artis suae Nomine in et contra Honoratum Franciscum Dziedzicki Artis Typographicae Socium proposuerunt. Quia ipse contra Privilegia a Serenissimis Poloniarum Regibus Congregationi suae gratiosè concessa Libros per se compingere & compactos vendere, atq Compactori Judaeo saepè saepius dum ipse tempus non habet ad compingendum dare cum gravi damno suorum Actorum audet & praesumit, debita cum Instantia postulantes ne in posterum hoc audere praesumat serio ipsi inhiberi. In praesentia dicti Citati propositionem Actorum quo ad compactionem Librorum tam per se quam per Compactorem Judaeum in rem sui Citati absolutè negantis, sed solum eos in crudo se vendere quod ad Typographos spectat dicentis In contra Actoribus contenta suae Propositionis Testibus fide dignis se probaturos futuro in termino Offerentibus Et Magnificus Dominus Rector auditis partium controversiis Actoribus Testes post Aevam ex rationibus animum suum permoventibus inducere mandavit, et Terminum partibus eousq conservavit. Prout mandat & conservat

vat Decreto praesenti ad praemissa mediante. Praesente supra scripto Notario & Bedellis Universitatis.

Veneris XVII Xbris

Honesta Temprowska contra Hrtum Rafalski 1.

Coram eodem Magnifico Domino Rectore in termino ex Citatione verbali comparens personaliter Honesta Catharina Temprowska in & contra Honoratum Casimirum Rafalski Artis Typographicae Socium proposuit. Quia ipse debitum florenorum 26 grossorum 9 pro Ceresisia Cremato Pane & alijs Comestibilibus ante Annum fere apud se Actricem contractum toties ac toties amicabiliter requisitus reddere non vult & recusat petens ipsum ad restitutionem instantaneam dicti debiti Juris mediis stringi & compelli. In praesentia Citati assertum debitum agnoscentis, causam tam diu protelatae debiti agnitu non persolutionis infirmitatem diurnam propter quam a laboribus Typographicis vacare debuit allegantis, quam primum tamen poterit illum se exsoluturum promittentis. Et Magnificus Dominus Rector attento eo, quod Citatus assertum per Actricem debitum reale agnoscat, illud Actrici in Spatio unius mensis ut exsolvat, idque per duas Rathas, primam post duas Septimanas, alteram in expiratione praefixi temporis sub poenis Arbitrariis injunxit. Decreto praesenti ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri & Adm Rndo M. Adalberto Przymała S. Theologiae Prfre Collega Majore, & me M. Joanne Przypkowski Actorum suorum Notario.

Anno 1746 Lunae X Januarii

Nobilis Starzyński Plenipotentem constituit 2

Coram Officio & Actis praesentibus Rectoralibus Universitt Crac personaliter constitutus Nblis Thomas Starzynski Bibliopola & Civis Vilnensis in Causa depositionis fidelis Testimonii per Famatum Stanislaum Stachowicz Bibliopolam & Civem Crac ratione certarum inconvenientiarum per Honoratum Michaelem Wincza sibi moderno Protestanti perpetratarum coram Officio praesenti protestandi, in suum verum & legitimum Plenipotentem constituit Honoratum Joannem Pajowski Fiscalem Officii praesen dans illi plenam & omnimodam facultatem suprafatum Famatum Stanislaum Stachowicz pro deponendo in Causa praedicta fideli Testimonio ad Judicium Magnifici Domini Rectoris adcitandi, illud auscultandi

tandi & cætera quæ in hac Causa opus erunt attentandi & exequendi alias in forma mandati plenissima - Præsentibus H. Jacobo Kowalski Universitatis Bedello, & Ingenuo Augustino Dąbrowski Scholæ Rhetorices Alumno.

Lunæ XXIV Januarii

1. Senior Scholæ Vielicen contra Officialistam ejusd Scholæ

Coram Magnifico &c Rectore ac in publica Causarum ejus Audientia comparens personaliter Excell ac Doctissimus M. Stanislaus Malecki Phiæ Dr & Prfr Scholæ Vielicen Senior Actor principalis, in termino ex Citatione legitimè ut a tergo ejus apparebat executa incidenti, accusata contumacia Ingenui Laurentii Goszkowski ejusd Scholæ Vielicen Officialistæ inquantum non comparen in & contra eum proposuit Quia Ipse sibi Actori uti Seniori & Directori Scholæ præfatæ Vielicen, in licitis honestis, bonum Scholæ, profectum & pietatem Juventutis institutioni Suæ concreditæ concernentibus, sæpius de præmissis monitus obedire non vult. Cathalogum Alumnorum Scholæ Parochialis aliquoties requisitus reddere renuit. Officiis tam Scholasticis quàm Ecclesiasticis ad quæ obligatur satisfacere negligit, frameatus per Civitatem sine consensu sui Senioris, incedit, personas vagas ad se suscipit, & cum eis non sine scandalo et distractione Discipulorum conversatur. Strenam Trium Regum cum nova Stella distincta a Stella Scholæ ausu frivolo et cum contemptu sui Actoris collectam juxta antiquam consvetudinem sibi Actori in duabus partibus debitam in toto intercipit, camq toties amicabiliter requisitus restituere non vult et temere recusat, debita cum Instantia petens ipsum pro præmissis attentatis pœnis condignis puniri Strenam interceptam sibi Actori restitui demandari, & ne in futurum similia attentare audeat sub pœna amotionis ab Officio Scholæ seriò inhiberi. In præsentia Citati dicti Ingenui Laurentii Goszkowski obedientiam & reverentiam debitam Excell Actori semper se præstare, officiis Scholasticis satisfacere, Ecclesiasticis verò quantum pro temporis opportunitate dicentis, & frameatum se incessisse Tribus duntaxat diebus ex quo ad Nuptias Civis cujusdam Vielicen invitatus fuerat non negantis. Jam vò quod de Strena Anno præsenti collecta Excell Seniori nihil dederit, id se fecisse ex eo, quia etiam Excellens Actor de Strena Anni præteriti nihil sibi Citato contulit, tum quod ad titulorum Personis insignioribus decantandorum compositionem, & ad Stellæ novæ comparationem concurrere noluit, proinde se Citatum cum nova Stella suis sumptibus comparata strenam collegisse allegantis. In contra Actore allegata Citati falsa esse dicente & contenta

suæ

suæ Propositionis fide dignis testimoniis se probaturum futu
ro in termino offerente. Et Magnificus Dominus Rector
auditis partium Controversiis, propositis & responsis, ijsq́ ma
tura deliberatione perpensis & trutinatis, amputatis ulterio
ribus litibus & controversiis ob quas uterq́ tam Actor quàm
Citatus ab Officio Scholæ distraheretur, attento eo quod Ex
cellens Senior plenam Jurisdictionem in Officialistam Scho
læ habere debeat, nec quidquam in ijs quæ Scholam concernunt
attentandum sit Officialistæ inscio Seniore, quatenus Inge
nuus Officialista Citatus semper a nutibus Excell Actoris
uti Senioris in licitis & honestis dependeat, illi plenam obedi
entiam & reverentiam exhibeat, in Officiis tam Scholasticis
quàm Ecclesiasticis semper se diligentem præstet, Cathalo
gum Alumnorum Scholæ Parochialis quoties a Domino Se
niore Scholæ requisitus fuerit eidem reddat, frameatus etiã
occurrente Occasione rationabili sine scitu & consensu Excell
Senioris non incedat, vagos ex quibus distractio Alumnorum
Scholæ oriri posset apud se non foveat, sub pœna amotionis
ab Officio Scholæ prævia delatione Magnifico Domino Recto
ri pro tempore existenti injunxit. Jam verò quòd cum Stella
distincta a Stella Dni Senioris ut ipse libere fassus est
strenatum abiverit, & exinde publicæ dissensionis cum Excell
Seniore occasionem dederit, de collecta strena eidem Excell
Seniori nihil contribuerit, imo ulteriorem collectam de qua
Excell Senior aliquod utile habere potuit, impediverit, pu
nibilem adinvenit, & quamvis majores pœnas meruerit ad mi:
tiores tamen descendendo, quatenus prævia verificatione quan
tum de strena collegit Excell Seniori Actori moderno jux
ta praxim et antiquam consvetudinem duas partes tertia sibi
relicta, de eadem strena collecta restituat, eidemq́ deprecationem
per duos Reverendos Ecclesiæ Velicen Vicarios aut alios
Præsbyteros faciat, & abhinc nullas dissensiones cum Excell
Seniore Actore moderno aut ejus Succedaneo movere audeat,
demandavit, et sub pœna suprascripta inhibuit. Vicissim ut
Excellens Senior cum suo affectu & humanitate prosequatur
censuit. Prout injungit demandat & censet Decreti præ
sen vigore ad præmissa mediante Præsente me M. Joanne
Przypkowski Actorum suorum Notario, et Bedellis Uni
versitatis

Mercurii

1. Mercurii IX Februarii

Honesta Zielinska contra Dziurkiewicz

Coram Magnifico Domino Rectore supramemorato, ac in publica ejus audientia in termino ex Citatione Verbali legitime executi provenienti comparens personaliter Honesta Theresia Zielinska Fundi Kollegiackie dicti Inquilina Actrix principalis accusata contumacia Honorati Adalberti Dziurkiewicz ejusdem Fundi Incolae inquantum non comparentis in et contra eum proposuit. Quia ipse Crucem adamantinam suae Actricis propriam apud Perillustrem olim Federowicz oppignoratam, datis eidem Perillustri olim Federowicz florenis Sexaginta quos Actrix moderna ad residuum debiti apud saepefatum Illustrem Federowicz contracti eidem reddere debebat, ad se receperit, & apud se detinet, de quo jam eidem Honorato Dziurkiewicz stante Rectoratu Perillustris & Reverendissimi Dni M. Joannis Lukini Actrix moderna Actionem intentaverat. In praesentia Citati Crucem praedictam se a Perillustri olim Federowicz exemisse nonnegantis, sed illi non Sexaginta florenos verum Aureos in specie Viginti Tres quos eidem Pbri olim Federowicz Actrix debuerat, et praeterea quod Actrix moderna sibi Citato pro Tela linea florenos nonaginta, pro lignis Tynfones Viginti Octo et insuper alios Tynfones undecim a se citato mutuo acceptos debeat, dicentis Actionem verò sibi Citato nunquam de praemissis institutam fuisse asserentis. Et Magnificus Dominus Rector auditis Partium Controversiis propositis & responsis, eo attento quod Actrix asserat hac in Causa Actionem Citato institutam fuisse, Citatus verò per omnia neget, ut suam assertionem Actrix per productionem Judicati ex Actis Rectoralibus Perillustris & Reverendissimi Lukini extracti in Ova Juris probet, decrevit, et eousq terminum Partibus conservavit. Prout decernit et conservat Decreti praesentis vigore Praesentibus Perillustri et Adm Rndo M. Adalberto Przymata S. Theologiae Professore, Collega Majore, ad Ecclesiam Collegiatam S. Annae Decano, & me M. Joanne Przypkowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Mercurii XVI Februarii

Famatus Zmudzinski contra Excellentem Wat Kanowski

1.

Coram eodem Magnifico Domino Universitatis Studii Generalis Cracovien Rectore comparens personaliter in termino ex Citatione Verbali legitime executt Famatus Antonius Zmudzinski Civis & Pellio Crac accusata contumacia Excell M. Josephi Wat Kanowski Phiae Dris & Pfris inquantum non comparentis in et contra Ipsum proposuit. Quia Ipse sibi Actori septem taleros pretium pro pileo de pellibus Zebelinis secum Actore conventum et appromissum toties amicabiliter requisitus reddere non vult et recusat, petens eundem Citatum ad exsolutionem conventi secum pro dicto Pileo pretii Juris medius stringi et compelli. In praesentia Citati salvis omnibus beneficiis Juris sibi in toto reservatis tum facta solenni Protestatione contra Actorem de injusta vexa narrata respectu emptionis Pilei vera esse negantis, et se pileum de quo nunc agitur vigore duorum Aureorum hungaricalium a se Citato, Actori moderno mutuo datorum detinere asserentis, proindeq ratione indebitae vexae in Casu non deductionis praemissorum objectorum, salva prius restitutione duorum Aureorum Actorem pro poenis ad forum competens per Officium praesens remitti petentis, ac debita cum instantia postulantis. In contra Actorem penes suam Propositionem persistente, et se illam testimonio fide digno probaturum offerente. Ex adverso Citato in testimonium consentiente, et ex sua parte testimonium quod Actorem requisiverit ut ei duos Aureos redderet et pileum suum reciperet admitti petente. Cui Magnificus Dominus Rector auditis partium controversiis propositis et responsis Parti utriq Testes nominare mandavit. In continenti Actor Nobilem Blasium Kuczewicz et Famatum Andream Sowinski Testes ex parte sua nominavit. In quos Citatus consensit, et eosdem etiam pro parte sui nominavit, quos Testes Magnificus Dominus Rector admisit, et juxta Interrogatoria parte ab utraq porrigenda.

porrigenda Officio suo commisit examinandos, terminumq Partibus post Eductas Inquisitiones conservavit. Prout admittit committit & conservat Decreto praesenti ad praemissa mediante Praesente me M. Joanne Przypkowski Actorum Officii Rectoralis Notario & Bedellis Universitatis.

1. Honesta Zielinska petit prorogationem Termini

In termino hodierno ex Actis et conservatione illius sub die Mercurii nona Februarii facta provenienti comparens personaliter Honesta Theressia Zielinska fundi Kollegiackie dicti Inquilina petiit terminum in Causa inter se Actricem & Honoratum Adalbertum Dziurkiewicz dicti Fundi Kollegiackie dicti Incolam in Judicio praesenti mota & vertente ad Septimanas quatuor prorogari ex quo Judicatum anteriori in termino assertum ex Actis Rectoralibus tam cito habere non potest. In praesentia Citati dicti Honorati Adalberti Dziurkiewicz in prorogationem termini consentientis. Et Magnificus Dominus Rector attenta ejusmodi petitione Actricis, & consensu Citati prorogationem petitam ad Septimanas quatuor concessit et eousq terminum Partibus conservavit. Praesentibus quibus Supra.

2 Lunae XXI Februarii

Fiscalis contra VV. Baccalaureos Phiae

Coram Magnifico Domino Rectore supramemorato ac in publica Causarum illius Audientia personaliter comparens Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Officii praesentis accusata contumacia VV. Phiae Baccalaureorum Joannis Kotanski, Laurentii Koczanowski, Clementis Jarmundowicz Bonaventurae Trąbski, Andreae Szopiarski, Stanislai Dobrakowski Pauli Dzidowski, Casimiri Czerwinski, Sebastiani Kruzel, Adami Jagielski inquantum non comparentium in et contra eos proposuit quia ipsi Convocationi per Clarissimum Artistarum Decanum juxta Statuta Facultatis Philosophicae stato tempore editae, & ad valvas Collegii Majoris publicatae adesse Lectiones tempore Quadragesimae per Baccalaureos Phiae legi solitas ex ordine

ex ordine accipere, et ea quæ ad Statum et Conditionem eorum spe
ctant per eundem Clarissimum Artistarum Decanum in illa Con
vocatione intimata & dicta fuerunt audire neglexerunt, debita cum
instantia petens eos pro ejusmodi temere Statutis Facultatis
Philosophicæ contraventione pœnis condignis puniri. In præ
sentia Citatorum suprafatorum & quidem VV Kotański Kocza
nowski Trębski Zabiegalski Czerwinski Kruzel se de dicta
Convocatione nescivisse, V. verò Jarmundowicz tunc infirmitate
pressum fuisse, V. Dzidowski tunc Cracoviâ abscessisse, jam autem
VV. Szopiarski Dobrakowski, Jagielski, habitum pro eadem Convo
catione decentem acquirere non potuisse dicentium. In contra
Actore excusationes Citatorum frivolas esse inferente, ac ut supra
petente. Et Magnificus Dominus Rector auditis Partium pro
positis et responsis excusationes Citatorum frivolas imò nullas
esse, agnovit, ac proinde eos uti transgressores Statutorum & vo
cationis suæ immemores punibiles adinvenit, et quatenus in
instanti Clarissimum Decanum Facultatis Philosophicæ adeant,
illum solenniter deprecentur, pœnam in Statuto assignatam nisi
ipsis per eundem Clarissimum Dominum Decanum condonatum
fuerit reponant, Lectiones gratia sui profectus & exercitii omnes
& singuli accipiant, easq diligenter legant, et in posterum quoti:
escunq a Clarissimo Dnō Decano pro tempore existenti ad absolven:
das functiones munia & Officia se concernentia vocabuntur, et
assignabuntur ei incunctanter pareant, sub pœna amotionis a Condi
tionibus qui eas habent, ac aliarum Utilitatum quibus penes Aca:
demiam fruuntur serio injunxit, prout injungit Decreto præsenti
ad præmissa mediante Præsentibus me M. Joanne Przypko
wski Actorum suorum Notario, et Bedellis Universitatis.

Procurator Clarissimi Dunczewski contra Nobilem Starzynski. 1.

Coram eodem Magnifico Domino Rectore in termino ex Citatione
legitime ut a tergo ipsius apparebat executt comparens persona
liter Excellens ac Nobilis Joannes Mierzwinski Procurator
Clarissimi Stanislai Dunczewski U. J. Doctoris, Geometræ
Jurati Matheseos in Academia Zamoscensi Professoris accu
sata

sata contumacia Nobilis Thomae Starzynski Bibliopolae Pil
nensis inquantum non comparentis produxit Decretum Judicii
praesen 1744 Lunae 9na Mensis Aprilis latum petiit illud
executioni demandari & mandatum jam alias Decretum effectu
ari ac in Expensis novis ad florenos 50 ascendentibus condemna
ri Citato nec per se nec per suum Plenipotentem comparente
Et Magnificus Dominus Rector Citatum ultra horam Audientiae
solitae expectatum & non comparentem contumacem reputavit & pro
secundo ex rationibus animum suum permoventibus pro Ctia Ju
ris adcitari mandavit, et eousq terminum Partibus conservavit
Praesentibus quibus supra

Veneris IX Martii

1. Procurator Clarissimi Dunczewski contra Nobilem Starzynski

Coram Magnifico Rectore supramemorato in termino ex Actis com
parens personaliter Excett Mirzwinski Procurator Clarissimi Sta
nislai Dunczewski U.J. Dris Geometrae Jurati, Matheseos in
Academia Zamoscensi Professoris reproducto Decreto Judicii praesen
petiit illud executioni demandari, ac Citatum Nobilem Thomam
Starzynski in expensis novis ad florenos 50 erogatis condemnari.
Praesente Nobili Krulicki Procuratore Nobilis Thomae Starzyn
ski Citati, pro repositione Decreti Judicii praesen Principalis
Actoris, salvis qi ante omnia de mandato doceri petente. Ex ad
verso literas Speciales sui Principalis producente, et de ratho ca
vente. In oppositum literas productas pro mandato subsistere
non posse cum etiam ad quempiam alium non ad modernum com
parentem ~~[illegible]~~ sint directae dicente, & ut supra petente. Ex adver
so se ad suam comparitionem referente, et ex superabundanti Excett
Kazimirski, cui totum negotium per literas ad praesens productas
a suo Principali commissum etiam in continenti Statu iterum se
offerente. Et contra Mandatum Officiosum ad causas promovendas
requiri duplicante. Et Magnificus Dominus Rector supramemo
ratus auditis partium controversiis propositis et responsis Statuti
onem Excett Kazimirski ad docendum de Mandato Speciali & facul
tate constituendi Procuratorem Causae praesen necessariam adinvenit
Et in continenti idem qui supra Excett Mierzwinski ejusdem cujus

supra Armi Dunczewski Procurator satisfaciendo Decreto Judicii praesentis Excett Kazimirski habentem speciale mandatum & facultatem constituendi Procuratorem causae praesen statuit. Praesente quo supra Nbli Krulicki Nblis cujus supra Starzynski Procuratore. Quoniam modernus Statutus Excett Kazimirski pariter mandatum Officiosum non producit, ideo ut supra productionem Mandati Officiosi instante. In Oppositum quoniam Decreto Judicii praesen per statuitionem Excett Kazimirski satisfactum est, Qui Statutus quoniam Literas ab Actore moderno ad se directas cum facultate constitutionis alicujus ex DD Procuratoribus ad defendendam hujusmodi Causam produxit, literaeq etiam missivae de Jure pro Mandato sufficiunt ideo ut supra pro executione Decreti instante. Et Magnificus Dominus Rector auditis partium controversiis eoq attento quod Literae ad Excett Kazimirski directae manu propria Armi Dunczewski scriptae obligent eundem Excett Kazimirski ut in Caa praesenti aliquem ex DD Procuratoribus constituat, sufficienti Mandato adinvento partibus in Causa procedere mandavit. Decreto praesen ad praemissa mediante, a quo Decreto Procurator Citati ad Quem de Jure appellavit, cujus appellatio refutata, & stando sub tuitione interpositae appellationis juxta Schedam proposuit In praesentia Excett Mirzwinski Procuratoris Armi Dunczewski Actoris, copias Schedae ad Qdam Juris petentis. Et Magnificus Dnus Rector copias petitas concessit, et causam praesentem ex rationibus animum suum permoventibus ad Qvam distulit, et eousq Partibus terminum conservavit. Praesentibus Perillustri Armo & Adm Rndo M. Adalberto Przymała S. Thae Prfre Collega Majore Ecclesiae Collegiatae S. Annae Decano et me M. Joanne Przypkowski Actorum suorum Notario.

Mercurii XX Aprilis

Fiscalis petit Executores constitui post obitum Honorati Rafalski. 1. Testamentaria Laici Typographi

Coram Actis praesen personaliter constitutus Honoratus Joannes Gajowski Fiscalis Officii praesen facta relatione de Obitu sub die hesterna 19 Aprilis Honorati olim Casimiri Rafalski Artis Typographicae Socii sine testamento et dispositione rerum suarum hac vita functi petit Executores & Dispositores morte ipsius rerum de relictarum

relictarum dari & constitui Et Magnificus Dominus Rector audita ejusmodi petitione uti justa et rationi consona eandem Honoratum Gajowski & Honoratum Adalbertum Matraszowski Artis Typographicae Socium Executores praenominati defuncti Casimiri Rafalski dedit & constituit, jisdemq Inventarium rerum morte dicti defuncti derelictarum fideliter conscribere Sepulturam quantum fieri potest honestam procurare, res oppignoratas apud Judaeos vendicare & rationem de Perceptis et expensis coram Officio Rectorali pro tempore existenti reddere injunxit. Praesentibus me M. Joanne Przypkowski Officii Sui Notario & Bedellis Universitatis.

I. Huchrowicz contra Szatańska.

Coram eodem Magnifico Domino Rectore in termino ex Citatione verbali comparens personaliter Famatus Casimirus Huchrowicz Lardonarius Civis Cracovien Actor Causae praesentis petiit Honestam primo voto Rybecka ad praesens Szatańska fundi Kollegiackie dicti Inquilinam ad solutionem Summae restantis florenorum ducentorum sexaginta quinque Polonicalium ad complementum Summae Aureorum Hungaricalium quadraginta novem per Actorem primo olim Marito & ipsimet Citatae in ardua necessitate concreditorum Jurismediis stringi, & refusionem litis expensarum decerni. In praesentia Citatae cum Assistentia Sui Mariti Andreae Szatan ad Causam praesentem per Procuratorem respondere sibi concedi, ex quo Actor per suum Procuratorem Nobilem Plucinski in praesenti Judicio instet, ac causam praesentem suspendi ad Evam Juris petente In contra Actore in petitam per Citatam causae suspensionem & dilationem consentiente. Et Magnificus Dominus Rector petitam dilationem ad Evam Juris concessit, et eousq terminum Partibus conservavit. Praesentibus quibus supra

Mercurii XXVII Aprilis

Executores Clrmi olim Masiorski de munere

Executorio quietantur.

1. Testamentoria post Intestatum

Coram eodem Magnifico supramemorato Universitatis Rectore ac in publica Causarum ejus audientia personaliter constitutus Excellmus & Adm Rndus M. Jacobus Molędzki Phiae Dr & Prfr Scholae S. Floriani Senior, Ecclesiae Archypraesbyteralis B. M. V. in Circulo Cracovien Poenitentiarius & Ingenuus Franciscus Mgsiorski uti et tanquam defuncti Armi olim ac Excellmi M. Stephani Mgsiorski Phiae Dris & Prfris Collegae Minoris Vocati, Contubernii Hyerosolimitani Senioris sine Testamento demortui a praelibato Magnifico Domino Rectore dati et constituti Executores reproducto Inventario tam Peculii parati quam aliarum Supellectilium in vestibus, libris, stanno, & aliis rebus morte supramemorati Clarissimi olim Mgsiorski derelictarum, in praesentia Officii Rectoralis fideliter conscripto, fecerunt rationes, ostenderuntq in Percepta Summam florenorum Polonicalium 1184. g. 7. s. 1. In expensa vero Summam Florenorum 1059 g. 1. s. 1. Superavit Percepta Expensa florenis 125 g. 6. Quas rationes diligenter auscultatas & revisas uti exacte factas et in nulla sui parte suspectas Magnificus Dominus supramemoratus Rector approbavit, easdemq Officio suo subscribendas commisit, suprafatos DD Executores de munere Executorio quietavit, atq restantem Summam 125 florenor g. 6 aliasq res nondum divenditas disposuit. Prout approbat, committit, quietat et disponit. Decreto praesenti ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri Armo & Adm Rndo M. Adalberto Przymata Sacrae Theologiae Prfre, Collega Majore Ecclesiae Collegiatae S. Annae Decano & me M. Joanne Przypkowski Actorum suorum Notario

Veneris XXIX Aprilis

Huchrowicz contra Szatańska

1 Coram Magnifico Perillustri & Admodum Reverendo Domino D. M. Casimiro Pałaszowski Sacrae Theologiae Professore, Collega Majore Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiae ad Cracoviam Custodis, Cureloviensis Decano, Parochialium S. Stephani Cracoviae Praeposito, in Czerniechow Curato, Scholarum Novodvorscianarum Provisore, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Rectore. ac in publica Causarum Ejus Audientia comparens personaliter Famatus Casimirus Huchrowicz Lardonarius & Civis Cracoviensis, Actor principalis resolvendo suspensionem anteriori in termino facta petiit contenta anterioris Instantiae decerni alias Citatam ad responsionem Instantaneam Juris mediis stringi. Et adversa Citata Honesta Szatanska comparens petit ante omnia deductionem Juris petendi decerni. In contra Actor satisfaciendo affectationi partis Citatae reproduxit Inventarium officiosum quo docuit sic restantem Summam ad complementum florenorum Polonicalium Octingentorum Octuaginta duorum sibi proveniri, tum Regestrum Summarum tam stante vita olim a priori Marito quam post fata ejusdem per ipsam met Citatam exsolutarum, ex quibus reproductis petit supra praemissa decerni. In oppositum intulit Citata insufficiens esse jus petendi ex rationibus. Iż Inwentarz Dobr po Nieboszczyku Mężu iey spisany tudziesz Regestr Sum wypłaconych z Dobr Nieboszczykowskich przez Aktora reprodukowany pure nienależy do pozwaney, bo kto te Dobra według Inwentarza po Nieboszczyku Małżonku pierwszym pozwaney na Sukcessorow Jego odebrał, toć y Aktor temu się upominać powinien, Pozwaney zaś

zaś żadney obligacyi ktoraby onę wiązała niepokazuie peten do insufficienti Jure petendi adinvento se liberam a Causa et im petitione Actoris pronuntiari. Et Magnificus Dominus Rector audi tis partium Controversiis quoniam Actor obligationem Citatae non producit, sed solum Inventarium rerum mobilium per Offici um, praetoriale favore Successorum prioris Citatae Maxiti conscriptum, eoq attento quod Citatam post datos ex Officio Tutores Successoribus non probatur esse in possessione rerum derelictarum, restitutionem debiti praetensi ad eam regulari non debere adinvenit Praesentis Decreti vigore ad praemissa mediante Praesentibus Perillustri Clarissimo & Adm Rndo M. Adalberto Grzymała Sacrae Theolo giae Professore, Collega Majore, Ecclesiae Collegiatae S. Annae Cracoviae Decano, et me M. Joanne Przypkowski Phiae Dre ejusdemq et Matheseos Professore, Geometra Jurato, Collega Majore Actorum Officii & Judicii Rectoralis Studii Gralis Uni versitatis Cracovien Notario

Religiosus in Christo Pater Christophorus a S. Casimiro contra Nobilem Dyaszewski.

Coram Magnifico supramemorato Universitatis Cracovien Rectore & in publica Causarum Illius audientia comparens personaliter Religiosus & adm Rndus in Christo Pater Christophorus a S. Casimiro Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Conventus Cras ad S. Michaelem, in termino ex Citatione Verbali in diem hodier nam legitime incidenti accusata contumacia Nobilis Michaelis Dyaszewski Typographi Sacrae Regiae Majestatis, in quantum non comparentis in et contra Eum proposuit, quia ipse Decreto Judicii pra sentis Die Veneris 29 Mensis Octobris Anni proxime praeteriti 1745 in Causa & Actione inter se Actorem ex una, & dictum Citatum partibus ex altera, ratione non divenditionis Centum Exem plarium Libri de Sacramento Poenitentiae a se Actore Idiomate vernaculo conscripti & in ipsius Citati Typographia impressi, pro Festo S. Michaelis in Anno eodem 1745 per dictum Citatum appromissae & assecuratae in eodem Judicio mota, lato, quo mediante ipsi injunctum erat moderno Citato, quatenus Exem plaria 50 Libri suprafati sibi Actori intra triduum restitue ret, & alia 50 Exemplaria intra sex Menses divenderet, contra venit, debita cum Instantia petens ipsum ad satisfaciendum dicto Decreto Juris mediis stringi & compelli, et pro contra ventione

ventione pœnis condignis puniri. In præsentia Citati Nobilis Dyaszewski juxta Decretum 50 Exemplaria Libri suprafati se quantocyus vendere voluisse non postrema solicitudine adhibita, partim Compactores Librorum & Bibliopolas, partim alias Personas tam seculares quàm Spirituales et signanter Adm Rndum Niewiarowski Congregationis Missionis Præsbyterum cognatum suum obligando & petendo ut eundem Librum Seminaristis & alias Præsbyteris commendaret curasse, adusq tamen ob defectum Emptoris juxta prætensum ab Actore pro singulis exemplaribus duorum florenorum pretium nullum vendere potuisse asserentis & super hoc Juramentum offerentis. In contra Actore juramentum Citato super eo quod nullum Exemplar florenis duobus vendiderit, nec adusq vendere potuerit deferri prævia nihilominus deliberatione, & servato jejunio Naturali petente. Et Magnificus Dominus Rector supramemoratus auditis partium Controversiis propositis et responsis, eoq attento quod Religiosus & Adm Rndus in Xto Pater Actor in juramentum Citati consentiat eundem Citatum ad Juramentum super suprafatis punctis emittendum in instanti admittendum esse censuit, prout censet Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Tandem Religiosus & adm Rndus in Xto Pater Actor ut hoc Juramentum a Citato prævia deliberatione & servato Jejunio naturali præstetur institit, ideoq in aliud tempus opportunum sibi benè visum illud deferri petiit, cujus petitioni Magnificus Dominus Rector annuit. Præsentibus quibus supra.

Acta hæc Actorum Judicii & Officii Rectoralis Studii Generalis Universitatis Cracoviensis per me infrascriptum ejusdem Judicii & Officii Notarium fideliter conscripta subsint Deo supremo omnium Judici Justo Forti, & Patienti. Ps. 7. v. 12.

M. Joannes Josephus Przypkowski
Phiæ Dr ejusdemq Regius &
Matheseos Prfr Collega Major
Strzałkovianus Geometra Juratus
Actorum suprainsertorum Judicii &
Officii Rectoralis Universitatis Crac Notarius

Innocentius Papa III.

Ne falsitas veritati præjudicet, aut iniqui-
tas prævaleat æquitati, Statuimus ut tam
in ordinariis Judiciis quàm extraordinariis
Judex semper adhibeat aut publicam si po-
test haberi personam, aut duos viros idoneos,
qui fideliter universa Judicii acta conseri-
bant, videlicet Citationes, dilationes, recu-
sationes exceptiones, petitiones, responsiones
interrogationes, confessiones, testium depos-
tiones, Instrumentorum productiones, Inter-
locutiones, appellationes, renuntiationes, Con-
clusiones et cætera quæ occurrerint, competenti
ordine conscribenda, loca designando, & tem-
pora & personas. &c. &c. &c.

C. Quoniam contra. De Probationibus

Statuta Universitatis de Notario

1. In primo puncto De Notario conclusum est, et unanimi consensu votorum ut de cætero et ex nunc habeatur Notarius in Universitate, ut tandem sine prorogatione eligatur Vir idoneus, qui et actus alios Syndicos valeat exercere ad commodum Universitatis.

Aº 1494 Rectoratu Joannis de Olviecim Sacræ Theologiæ Professoris.

Quantum igitur ad primum de Notario, quibusdam votantibus Bedellos pro Notariis habendos, allegantibus ad hoc consuetudinem et similitudinem Universitatum in Almania, pluribus tamen volentibus et votantibus conclusum erat Notarium idoneum conveniens habend. instituend. et salariand. Itaq. commissum est Dominis Decanis Omnium Facultatum, ut invenirent et Universitati præsentarent prædictum Notarium Virum idoneum et gnarum bene professionatum Juris et causarum notitiam et praxim habentem, peritum ad dandu consilia et fovendas causas coram quibuscunq. Judicibus valentem.

Aº 1500. Rectoratu M. Mathiæ de Miechow Artium et Medicinæ Doctoris.

ACTA
OFFICII RECTORALIS
Almæ Universitatis Cracovien.

RECTORATU XV.

Magnifici, Perillustris et Rndmi Domini M. Joannis Lukini, Utriusq Juris Doctoris et Professoris, Collegii Juridici Senioris Patris, Ecclesiarum, Cathedralis Cracovien. Canonici, Collegiatarum Visliciens. Primicerii, SSm D.m Cracoviæ Cancellarii, Parochialis in Stawkow Præpositi, Contubernii Regio-Jagellonicani Provisoris, Studii Snvlis Almæ Universitatis Cracoviensis pro tunc RECTORIS. Commutatione. Æstiva Anno à Nativitate Domini Nostri JCti Christi

1746.

COMPILATA.

97.

Veneris VI. Maii

Fundatio Jurisdictionis

1. Coram eodem Magnifico ꝗ Rectore pro Tribunali Sedenꝫ et in ejus publica causarum audientia in Hypocausto communi Collegii Juridici Almae Unrstis Cracovienꝫ personaliter comparens in termino ex edicto publico debitè ad valvas Collegiorum executo et publicato Justigator Officii Rectoralis contumaciam omnium et singulorum dictis Literis edicti publici citatorum Jus et Interesse aliquod ad fundationem Jurisdictionis Rectoralis praetendentium, quatenus pro die et termino hodierno non comparentium, nec contradicentium accusavit. et in eorum contumaciam Jurisdictionem praesentem Rectoralem fundari, praelibatum Magnificum Dnum Rectorem Judicem competentem quoad causas et Personas Jurisdictioni suae competentes pronuntiari, Judices Surrogatos, Assessores Notarium Fiscalem constitui et nominari, Causas omnes lites et controversias in iis gradibus in quibus pendent indecisae reassumi, dies, locum et horam formandorum Judiciorum designari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dominus Rector supramemoratus invocato Dei omnipotentis auxilio, attenta termini hodierni legitime incidentis cadentia, omnes et singulos pro die hodierna citatos et non comparentes contumaces reputavit, et in dictam eorum contumaciam, Jurisdictionem suam Rectoralem fundavit, qua fundatâ se Judicem competentem Causis et Personis ad Jurisdictionem suam Rectoralem

Rectoralem spectantibus pronuntiavit, causas omnes & controversias in quibus terminis steterunt indecisae reassumpsit, illisq & aliis de novo occurrentibus disjudicandis dies Juridicos. cujuslibet septimanae non impeditos, nempe dies Lunae, Mercurii & Veneris, horamq decimam antemeridianam Locum vero Hypocaustum commune Collegii Juridici assignavit, Judices Surrogatos, omnes Perillustres Dominos Ex Rectores, Assessores omnes omnium Facultatum Doctores & Signanter Perillustres Stanislaum Kutlinowski, Adalbertum Micinski, J.U. Clarissimum Antonium Laskiewicz Medicinae Doctores, praeterea Illustres Clmos & Adm Rndos MM. Joannem Rypinski, Stanislaum Mamczynski Thomam Muszynski Ecclae S. Nicolai Praepositum, Notarium Illustrem M. Casimirum Jarmundowicz ex Directoratu Posnaniensi rediturum & Antonium Wilkoszowski Utriusq Juris Professores, Fiscalem Joannem Gaiowski, & Jacobum Kowalski Bedellos in solidum constituit. Praesentibus Perillustribus Clmis & Adm Rndis Stanislao Kutlinowski Adalberto Micinski Utriusq Juris Doctoribus Thoma Muszynski U. J. Doctore, Joanne Rypinski, Stanislao Mamczynski Juris utriusque Professoribus, & me M. Antonio Wilkoszowski U. J. Pfre, Ecclae Collgtae SSm OOm Crac: Canonico Actorum Officii Rectoralis constituto Notario, Honoratis Joanne Gaiowski, & Joanne Kowalski Bedellis Universitatis Cracoviensis, & aliis plurimis fide dignis Personis.

98.

99. Lunæ X. Maii.

Grodzinski contra Studiosos.

1. Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Domino M. Joanne Lukini Studii Gnrlis Universitatis Cracoviensis Rectore et in ejus publica causarum audientia personaliter comparens in termino hodierno ex citatione verbali provenienti Famatus Antonius Grodzienski Incola Fundi Wesołoviensis Principalis Actor, contra citatos infrascriptos nempe Ingenuos Adalbertum Maszczykiewicz et Casimirum Kopycinski Studiosos Scholæ Rhetoricæ proposuit de et super eo: Quia ipsi Margaretam filiam suam, de Domo sua Paterna abducere eamq impregnare, et in domo quadam Casimiriæ ad Cracoviam locare, Actorem variis mobilibus spoliare ausi sunt et præsumpserunt, ipsos propterea pœnis condignis puniri, ad reductionem filiæ, rerumq interceptarum restitutionem stringi debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Casimiri Kopycinski citati ex adverso principalis salvisq et præmissaq protestatione se duntaxat una vice in festo S. Adalberti ad Domum Actoris venisse, et ibidem duo congia Cerevisiæ cum aliis Studiosis ebibisse dicentis, semel etiam Casimiriæ in Domum in qua locata fuit Actoris filia transeunter intrâsse agnoscentis, cætera vero contenta propositionis absolute negantis, ac se liberum pronuntiari ab observatione Judicij præsentis postulantis. Ex adverso Actor citatum ingenuum Casimirum Kopycinski stri-

ctum

ctum consortium cum Ingenuo Alberto Muszczyskiewicz habuisse, et adhuc in Autumno Anni praeteriti ad Domum sui Actoris venire solitum fuisse dixit et se ad probandum admitti petiit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus Ingenuum Albertum Muszczyskiewicz pro secundo adcitare mandavit. suspenso negotio principali interim Actorem ad probandam strictam in antecessum Judicialiter allegatam citati comparentis cum Ingenuo Muszczyskiewicz comitivam admisit idq per testes nunc Judicialiter statutos, et inquisitionem expediendam mihi Notario Actorum Officij sui commisit, et terminum proprima Juris conservavit. Praesentibus Perillustribus Clmis et Admo Rndis ~~Dnis~~ M.M. Stanislao Kuthnowski Archidiacono Alberto Micinski Custode Eccle Collgtae Sm Obm Crac, U. J. Doctoribus, Joanne Rypinski Joanne Pałaszowski Eccle Collgtae Sm Obm Crac Canonicis, et Me M. Antonio Wilkoszowski U. J. Professoribus, ejusdem Collgtae Canonico, Actorum Officii Praesentis Notario.

Veneris XXI. Maii.

Idem cum iisdem.

In termino ex Actis et conservatione illius sub die Lunae X Mensis Maii facta provententi comparuit personaliter Famatus Antonius Grodzinski Incola Fundi Wesołowien Principalis Actor, contumaciam Ingenuorum Adalberti Muszczyskiewicz pro secundo citati, et Casimiri Kopyciński

101. pycinski Studiosorum quatenus pro die et termino hodierno non comparentium accusavit, interim dicta et depositiones Testium in Causa cum Ingenuo Kopycinski occasione negatæ Strictæ in Antecessum cum Ingenuo Muszczykiewicz comitivæ, in Officio præsenti examinatorum publicari et Decretum definitivum ferri debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Casimiri Kopycinski Citati ex adverso Principalis Salvis et præmissâ in publicationem dictorum et prolationem Decreti inquantum favorabilis consentientis, aliàs à contrario ad Clarissimos DD Consiliarios Universitatis appellantis. Magnificus Dominus Rector supra memoratus, Ingenuum Muszczykiewicz legitimè citatum contumacem declaravit, et citationem pro tertio contra eundem cum termino octo dierum, ad Valvas Collegiorum intimandam decrevit. Causam verò cum Ingenuo Casimiro Kopycinski Citato suspendit, et publicationem dictorum ac depositionem testium ad eandem octavam distulit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Veneris XXIII. Maii

1 Fiscalis petit dispositionem rerum morte Excellentis Joannis Cantii Jankiewicz derelictarum decerni

Testamentaria Intestati In termino hodierno continuandis causis ac decidendis præfixo comparuit personaliter Honoratus

noratus Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis ac Instigator Officii Rectoralis, facta relatione de fatis ac nuperno obitu Excellentis olim Mgri Joannis Cantii Jankiewicz Phiae Doctoris et Professoris, Contubernii Geloniani Senioris absq testamentaria rerum suarum dispositione mortui, dispositionem rerum illius derelictarum tam Mobilium quàm immobilium, omniumq debitorum juxta Constitutiones Apostolicas et Privilegia ac Statuta Universitatis ad Officium praesens devolutam decerni, et aliquibus viris de gremio Universitatis committi debita cum instantia postulavit. Magnificus Dnus Rector accepta certâ notitiâ et sufficienti informatione quod praefatus Excellens olim M. Joannes Cantius Jankiewicz intestatus ex hac luce decesserit, ante omnia confectionem Inventarii rerum in quacunq specie reperibilium, mihi Actorum Officii sui Notario commisit et demandavit. Ad dispositionem vero funeris vindicationemq Summarum pecuniariarum primae apud Nobilem Hyacinthum Barcz aureorum ducentorum die 9 Aprilis Anno praesenti concessae, alterius pariter ducentorum aureorum die Nona Aprilis Ao currenti 1746 Nobili Antoszowski concessae, et aliarum ubicunq et apud quemcunq reperibilium aliàs cum forma Mandati plenissima vigore Jurium Universitati servientium deputavit ex Officio Illustres Clmos M. Joannem Patuszowski

103. Pałaszowski U. J. Professorem Collegam Juridicum Eccl. Collgtæ Ssm Obm Cracovien. Canonicum, et M. Adalbertum Biegaczewicz Phiæ Doctorem Collegam Minorem Tylicianum Eloquentiæ Professorem Salva de perceptis et vindicatis calculatione opportuno tempore suo coram Officio juxta præscriptum Statuti Universitatis facienda, Decreto præsenti ad præmissa mediante. Præsentibus Perillustribus Clmis et Adm Rndis MM. Stanislao Kutlinowski Alberto Micinski Doctoribus, Joanne Pałaszowski U. J. Professoribus, Antonio Michalski Philosophicæ Facultatis Decano, Alberto Biegaczewicz Phiæ Doctoribus Collegis Minoribus, et me Antonio Wilkoszowski U. J. Professore Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris XXVII. Maii.

1 Grodzinski contra Studiosos.

Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Domino M. Joanne Lukini Studii gnrlis Universitatis Cracovien. Rectore, et in ejus publica causarum audientia personaliter comparens Famatus Antonius Grodzinski Incola Suburbii Wesołoviensis Actor Principalis in termino ex citatione literali pro tertio emanata, et per affixionem valvis Collegiorum executa provenienti contumaciam Ingenui Adalberti Maszczykiewicz Scholæ Rhetoricæ Studiosi de et super eo Quia ipse associato sibi complice facti Ingenuo Casimiro Kopycinski ejusdem Scholæ Rhetoricæ Studioso suo nunc concitato Margaretam filiam

suam

suam de Domo sua Paterna abducere, eamq in prae- 194.
gnare, et inpregnatam in domo quadam Casimiriae
locare Actorem variis mobilibus spoliare ausus
est et praesumpsit, Citati accusavit, et in hujus
modi contumaciam, quod Juris et justitiae fu-
erit, super eum decerni debita cum instantia po-
stulavit. In praesentia Citati salvis omnibus
beneficiis Juris et praemissa solenni protestatione
contra modernum assertum Actorem de fraude ac
dolo, tum de irrealibus in Judicio praesenti expo-
sitis, necnon ratione acsi pro tertio ex Cancellaria
Officii praesentis citationis exportatae, et per eundem
Actorem expracticatae, quoniam Citatus praesens pro
secundo non fuerit personaliter adcitatus, ideo ter-
minum nullum declarari et se liberum pronun-
tiari petens. salva coram quo et ubi de Jure vene-
rit actione cum eodem asserto Actore ratione im-
pictarum calumniarum et sui Citati criminaliter
circumscriptionis sibi reservata. Ex adverso
Actor ad primum negando respondit, ad 2dum
respectu ignorationis citationis se ad relatio-
nem Executoris retulit, et ut supra postulavit.
Magnificus Dominus Rector supramemoratus
reservatis ad finem litis poenis pro contuma-
cia Citati, eidem directe ad propositionem
Actoris respondere mandavit. Appellat ci-
tatus ad quem de Jure, et stando sub tuitione
suae appellationis, nec ab eadem recedendo me-
tu duntaxat amissionis defensarum et non
aliàs nec aliter, quoniam filia moderni

Actoris

105. Actoris excedit annos minorennitatis, et sit capax suam vindicare injuriam saltem cum assistentia moderni Actoris, ideo repetita ut supra protestatione contra assertum Actorem ante omnia Actoratum legitimari petiit. In praesentia Actoris non esse necessariam praesentiam suae Filiae ex eo, quod non tantum pro injuria suae Filiae agit, sed etiam pro dehonestatione suae Domus in vim exceptionis dicentis, et legitimum Actoratum adinveniri flagitantis. Magnificus Dnus Rector supramemoratus ex rationibus animum suum permoventibus necessariam esse personalem comparitionem filiae in assistentia Actoris adinvenit idq in octava et terminum ad eandem octavam conservavit. Praesentibus Perillustribus Clmis et Adm Rndis MM. Stanislao Kutlinowski Adalberto Micinski utriusq Juris Doctoribus Eccle Collgte Sanctae Obm Crac Praelatis, Stanislao Mamczynski Joanne Patuszowski Joanne Rypinski U. J. Professoribus, ejusdem Collegiatae Canonicis et me quo supra Actorum Officij Rectoralis Notario.

Veneris IV. Junii Idem cum iisdem

1. Juxta exigentiam termini hodierni ex actis et conservatione illius sub die Veneris 27 Maii facta provenientis comparuit personaliter Famatus Antonius Grodzinski Incola Suburbii Wesołoviensis Actor Principalis satisfaciendo Decreto Judicii praesentis statuit Judicam Margaretham Filiam suam et petit ab ea relationem excipi, et Citatum ad directe respondendum

respondendum Stringi. In praesentia Ingenui Adal- 106.
berti Maszczyszkiewicz Rhetoricae Studiosi Citati
ex adverso Principalis, Salvis Beneficiis Juris et
praemissa ut in anteriori termino protestati-
one, Siquidem Actor contra Se Citatum criminali-
ter propositionem formavit, ideo providendo Sta-
tûs sui indemnitati, eundem Actorem, quatenus
Se ad poenam talionis inscribat, Stante etiam eo,
quod Sibi Citato bona fama Semper assistat jure
mediante compelli postulantis. Ex adverso
Actor petita partis fieri non debere, ex quo Actor
sit possessionatus, et non agit pro poenis crimina-
libus Sed Civilibus replicavit et ut Supra petiit.
Magnificus Dnus Rector directe respondere man-
davit ad propositionem Actoris. A quo Decreto
Citatus appellavit, et Stando ut supra ac prae-
missa ut supra, Se Citatum ad propositionem
Actoris respondere non posse, ex quo per eundem
Actorem rebus propriis sit spoliatus dixit. In
praesentia ex adverso Actoris praemissa Solen-
ni protestatione spolium negantis, Sed dun-
taxat nonnullas res utpote duo pulvinaria,
Syndonem unam, vestem inferiorem unam,
tria indusia, Substratum unum per uxorem
Actoris in praetensionibus suis pro liquoribus,
ascendentibus ad Florenos decem grossos novem,
decem acceptas esse, & easdem tamen res prae-
via solutione debiti, Citato restituturam offe-
rentis. In contrarium Citatus, ~~quo~~ intulit, quo-
niam Actor agnoscit factum res sui Citati pro-

prias

107. prias detinuisse, ideo Actorem ad restitutionem stringi flagitavit, Quo verò ad assertam pretensionem debiti, locum illi ad praesens non esse, sed respectu illius seorsivam Actionem Actori reservari debere dixit, et ut supra petiit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus suspensa cognitione Spolij, Citato directe ad propositionem respondere mandavit. Tandem Actor accusavit contumaciam Citati non respondentis, et quod Juris est decerni petiit. In praesentia Citati salvis ut supra, et praemissa ut supra contenta propositionis vera esse absolutè negantis. Ex adverso Actor se ad Inquisitiones juratorias testium in Judicio praesenti expeditas retulit, et insuper probando contenta propositionis suae esse vera, Literas missivas ejusdem Citati, ad se Actorem directas, agnitionem totius istius facti in se continentes produxit, quibus inhaerendo Citatum puniri, in expensis condemnari, dotem competentem filiae suae pro illicito facto attentato juxta Juris dispositionem assignari, deprecationem sibi Actori injungi debita cum instantia postulavit. E contra Citatus petita Actoreae partis fieri non debere, quinimo eadem reijci stante eo, quod asserta inquisitio cum quopiam tertio sit expedita, intulit. Quantum autem ad assertam epistolam, copias ejusdem petiit, et aliàs per eandem minime probare, ac ideo inquisitionem decerni postulavit. In oppositum Actore verbo generalia dicente ut supra. Magnificus Dnus Rector supramemoratus de novo Inquisitionem cum Citato Alberto Maszczyski enich

expediendam esse decrevit, suo coram officio coram Illustribus Rypinski N. I. Professore, et me Notario Antonio Wilkoszowski. Praesentibus quibus supra Tandem Actor induxit Testes Famatos Sebastianum Iwanski, Incolam Suburbii Wesołovien., Joannem Pretkowski Incolam ejusdem fundi, Sophiam Łatęcka Civissam Casimirien. Citatus pariter pro sua parte testes in vim relevaminis, videlicet Adalbertum Kruszyna Civem Cracovien., Michaelem Karczewski, et Catharinam Conjuges, et Agnetem Karczewska in assistentia sui Mariti induxit, et eosdem admitti petierunt. Magnificus Dnus Rector Testes ex utraq parte ea in causa admisit. et examen eorum supradictis Illustribus commisit. et terminum ad 1. Juris conservavit.

Mercurii VIII. Junii.

1. Idem cum iisdem. Decretum Proscriptio

In termino hodierno ex actis et conservatione illignis provenienti comparens personaliter Famatus Antonius Grodzinski Actor Principalis in contumaciam citati infrascripti, dicta testium et depositiones eorum publicari, in continenti legi mandari, Decretum ferri, in scriptis promulgari prout aliàs in termino Anteriori, poenasq contra citatum extendi, adhaerendo etiam agnitioni citati in literis missivis ad se Actorem directis, debita cum instantia postulavit. In praesentia Ingenui Alberti Maszczykiewicz in publicationem dictorum ~~cons~~ et prolationem Decreti inquantum favorabilis consentientis. Et quoniam causa praesens pullulat ex verbo dato, ideo

109. Actorem ad Judicium Spirituale hoc in puncto remitti petentis. Magnificus Dnus Rector supramemoratus visis ac lectis depositionibus testium Juratoriis eadem in Causa suo in Officio expeditis, ex quibus tum et Literis Citati missivis ad Patrem Pudicae Margarethae modernum Actorem directis evidenter constat, quod cum eadem Margaretha in reprobum Sensum Citatus datus, conversationes sepissimas idq inhonestas & turpissimas, compotationes crebras, choreas frequentes variis in locis exercuerit, ipsamq Margaretham postposito timore Domini impraegnaverit, factusque est honestis Studiosis petra Scandali, & ut partum futurum coram Patre & hominibus celaret, residentiam Casimiriae ad Cracoviam apud Civem ejusdem Civitatis Sophiam Zatęcka procuraverit, et de Domo Patris noctu abduxerit eandem Margaretham. Ideo Stantibus his & aliis perpetrati facti circumstantiis, tum eo etiam attento, quod Scholam uti Studiosus rarissimè frequentaverit, imo in Schola Parochiali Collegiatae SSm Omnium Cracoviae habitans male sese gesserit prout id clarè ex testimoniis Dominorum Professorum & Seniorum dignoscitur, eundem punibilem esse adinvenit, & ratione tanti facti, & Scandali inter Studiosos eundem proscribendum esse ex albo Studiosorum & Scholis decrevit, & ad quinquaginta plagas instantaneè condemnavit, prout proscribit & excludit & condemnat. Quo verò attinet complicitatem Ingenui Casimiri Kopycinski, quoniam

infamatur per Inquisitiones cum excluso et proscripto Maszczykiewicz eductas, ideo resolvendo suspensionem eundem ad plagas Sexaginta condemnavit, utq Contubernium aliquod inhabitet, Scholam frequentet, conversationes pravas vitet, sub poenis proscriptionis demandavit praesentis Decreti vigore, ad omissa mediante. Praesentibus Perillustri Illustribus Clmis et Adm Rndis M.M. Stanislao Kuthinowski Doctore, Joanne Rypinski, Stanislao Mamczynski, Joanne Pataszowski Professoribus utriusq Juris, et me Antonio Wolkoszowski N. J. Pfre Actorum Officy Rectoralis Notario

1. Sabbati Die XI. Mensis Junii

Interpositio Appellationis ad DD Consiliarios.

Coram Officio et Actis praesentibus Rectoralibus Universitatis Cracovien personaliter comparens Ingenuus Adalbertus Maszczykiewicz Scholae Rhetoricae Alumnus Principalis, omnibus melioribus quibus de Jure, loco via, Stylo firmius valideq ac efficacius potuit ac debuit modis recognovit, Quia ipse appellationem a Decreto Judicii praesentis in Causa inter se appellan ex una, et Famatum Antonium Grodzinski Incolam Suburbii Wesołovien ad praesens appellatum occasione acsi impraegnationis Filiae ejusdem Appellati nomine Margaretae, et quasi abductionis de Domo ejusdem appellati, aliarumq rerum, fusius in Processu ejusd Causae

1 A.A. expressarum parte ab altera sub die Mercurii 8 Mensis & Anni currentium gravaminose lato ad Perillustres Clarissimos & Adm. Rndos Dominos Almae Universitatis Cracoviensis Consiliarios interposuit, seq tuitioni & protectioni eorum Perillustrium Consiliariorum subjecit, & de attentatis & quatenus per eundem Famatum Grodzinski attentandis solenniter imò solennissimè protestatus est. Offerens se hujusmodi appellationem prosecuturum salvo & omni &.

Ex Fundo Kollegiackie

Veneris XVII. Junii

1. Coram Clarmo & Perillustriae Adm. Rdo Dno M. Adalberto Micinski & Studii Gurlis Univtis Crae Judice Surrogato, & in ejus publica causarum audientia personaliter comparens Honorata Teressia Zielinska Actris Principalis in termino ex Citatione verbali contumaciam Honorati Adalberti Dziurkiewicz Incolae Fundi Kollegiackie dicti Citati in quantum non comparentis accusavit. & contra eundem proposuit idq ratione Crucis adamantinae apud olim Piae memoriae Perillustrem M. Mathiam Federowicz S. Th. Professorem oppignoratae sine consensu sui Actricis per Citatum exemptae in residuitate florenorum triginta, & penes se detentae, ipsum ad restitutionem ejusdem Crucis adamantinae Stringi, & Juris mediis compelli debita cum instantia postulavit. In praesentia Citati non triginta florenos Polonicales sed viginti unum aureos

dedisse

dedisse Perillustri Federowicz, ac alias praetensio- 112.
nes plures habere ad Actricem dicentis Et Per-
illustris Clarissimus et Adm. Rndus Dnus M.
Adalbertus Micinski U. I. Doctor et Professor,
Collegiatae SSm Obm Custos, Judex Surrogatus
suspensa interim cognitione Causae praesentis
ex quo Partes inter se variant ratione quanti-
tatis summae, Citato, quatenus Dominos Execu-
tores piae defundi Perillustris Federowicz adeat,
et requirat aliquod vestigium, num extat re-
spectu negotii praesentis demandavit, et termi-
num ad quindenam conservavit Praesentibus
Illustribus Clarissimis et Adm. Rndis Joanne Ry-
pinski, Joanne Pałaszowski, Stanislao Mam-
czynski U. I. Professoribus et me M. Antonio
Wilkoszowski JU. Pfre. Actorum Officii Rectoralis
Notario.

Białecki contra Dziurkiewicz

Coram eodem Perillustri Clmo et Adm. Rndo Dno
M. Adalberto Micinski U. I. Doctore et Pfre
Ecclesiae Collgtae SSm Obm Crac Custode, Judice
Surrogato, ac in ejus publica Causarum audi-
entia personaliter comparens Honoratus Paulus
Białocki Paterfamilias Lapideae Magnifici Dem-
binski Judicis Terrestris Cracovien. Actor Prin-
cipalis in termino ex Citatione verbali compa-
rens personaliter contumaciam Honorati Alberti
Dziurkiewicz Incolae Fundi Kollegiackie Citati,
in quantum non comparentis accusavit, ac in et

1131. contra eum proposuit. Quia ipse sponte sua submisit se recipere pecunias pro duabus metretis hordei ab emptoribus quibus mensuravit actor, et tantum pro una mensura pecunias reddidit, scilicet florenos duodecem et grossos 15. et pro altera mensura solvere non vult imo recusat, ipsum ad solutionem Juris mediis stringi debita cum instantia postulavit. In praesentia citati promisisse quidem solutionem pro altera metreta, sed quoniam pecuniam ab emptore non recepit, ideo ad refusionem illius non teneri dicentis et libertatem petentis. Perillustris Dnus Judex Surrogatus supramemoratus quoniam plena probatio haberi nequit, et occasio damni 12 florenorum et grossorum 15. ex utraq parte causata esse elicitur, ideo utramq partem teneri per medium ad compensandum damnum adinvenit, et quatenus Honoratus Dziurkiewicz florenos sex et grossos 7. actori in triduo solvat demandavit, uti demandat Decreti praesentis vigore. Praesentibus quibus supra

Lunae XX Junii.

Testamentaria Excellentis Rzenczowski

Testatoria Intestati. Coram Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Domino M. Adalberto Micinski Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Illustris Clarissimus et Adm Rndus M. Stanislaus Mamolynski U. J. Professor Ecclae Collegiatae S. Michaelis in Arce Crac Decanus, uti Excellentis olim M. Josephi

Rzenczowski Phiae Doctoris Executor dativus ex 124
Officio praesenti Actor Principalis in termino ex
Citatione verbali, contumaciam accusatâ Excellentis
M. Mathaei Tęprowski Phiae Doctoris Matheseos
Professoris quatenus non reddentis calculum
ex rebus olim Excellentis Rzenczowski Phiae D.
ipsum uti nec per se nec per Plenipotentem
suum comparentem pro die & termino hodier-
no, contumacem reputari debita cum instãa
postulavit. Et Perillustris Dnus Judex Sur-
rogatus Supramemoratus Citatum ultra ho-
ram audientiae expectatum & nec per se nec
per suum Plenipotentem comparentem contu-
macem reputavit, & pro secundo citandum
esse decrevit. Praesente me quo supra Notario

Veneris 1. Julii.

Smolenska cum Nobili Stachowicz Bibliopola

Coram Magnifico, Perillustri et Rndmo Domino
M. Joanne Luleini U. I. D. p Studii Gnrlis Unrstis
Crae Rectore ac in ejus publica Causarum audientia
personaliter comparens Honesta Sophia Smolenska
suo & mariti sui infirmi nomine Actrix Principa-
lis in termino hodierno ex Citatione verbali con-
tra Citatum infrascriptum verbo proposuit de et
super eo. Quia ipse Pro Libris Kleynoty dictis
Florenos 36. grossos decem sibi Actrici debitos sol-
vere non vult & recusat, ipsum propterea ad so-
lutionem juris mediis stringi & compelli debita
cum instantia postulavit. In praesentia No-
bilis Stanislai Stachowicz Civis Bibliopolae Im-

115. rati Cracovien. Citati et adverso Principalis, solutionem pro Libris Actrici in parte praestitisse dicen., et quoniam Libros eosdem divendere n. potest ideo in residuo debito eosdem Libros Actrici se redditurum offerentis et libertatem petens. Magnificus Dnus Rector Supramemoratus attento eo quod ~~Act~~ Citatus Actrici in residuo debito Libros offert. ideo eosdem Libros ad Cancellariam Officij sui comportare Citato Mandavit in termino trium dierum, et ad eundem terminum causam distulit. Praesente me M. Joanne Rypinski U. J. Pbre, Canco Collgtae S.m Obm Crac. Contubernii Jurisperitorum Seniore, Actorum Officij Rectoralis Substituto Notario.

Lunae IV. Julii.

1. Excellens Jarmundowicz resignat Scholam SSmi Corporis Christi seu illius Senioratum. Coram Officio et Actis praesentibus Rectoralibus Universitatis Cracovien. comparens personaliter Excellens M. Jacobus Jarmundowicz Phiae Doctor Scholae SSmi Corporis Christi Casimiriae ad Cracoviam Senior satisfaciendo Decreto Judicij praesentis Scholam praefatam Sacratissimi Corporis Christi illiusque Senioratum quem in hactenus gessit resignavit prout resignat ex nunc et de facto. Salva suo in robore expensa manente, quam de proprio peculio pro quadam ejusdem Scholae reparatione erogavit, suo tempore à quo de Jure vindicanda. Praesente pro tunc Adm Rndo Laurentio Anielski Sacristiano SS. Obm et me M. Antonio Wilkoszewski U. J. Pbre Canco Collgtae SSm Ob Crac, et Actorum Officij Rectoralis Notario.

Veneris VIII. Julii. 116.

Gnosus Strozowski contra V. Wolski M. O. C. 1.

Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Domino M. Joanne Lukeini Studij gnrlis Unrsitis Cracoviens Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Generosus Stanislaus Strozowski Magnificorum Radeckich Aulicus et Mandatarius Actor Principalis in termino ex citatione verbali in diem hodiernam incidenti contra Citatum infrascriptum verbo proposuit de et super eo. Quia ipse Vestimenta Discipulorum suorum Magnificorum Radeckich Vexilliferidarum Palatinatus Belzensis de consensu suo oppignorata eximere non vult quinimo recusat, quamvis ad effectum eximendi eadem vestimenta paratam pecuniam a suis Principalibus transmissam realiter et effectualiter acceperit, ac propterea eundem ad effectualem vestimentorum exemptionem Juris mediis stringi et compelli debita cum instantia postulavit. Praesente Nobili Francisco Borowicz Notario Apostolico Venerabilis Valentini Wolski Minorum Ordinum Clerici Citati ex adverso Principalis Procuratore et Plenipotente prout de mandato coram Officio Administratoriali gnrli Cracoviens recognito plene docuit, Salvis Beneficiis Juris, salva quoq exceptione declinatoria Fori Judicii praesentis in ulteriori tractu Causae opponenda ante omnia de mandato Procurae ad instituendam suo Principali praesentem Actionem doceri petente.

117. Ex adverso Gnosus Actor Contractum inter se Actorem et Venerabilem Citatum factum respectu Mensae et educationis Magnificorum Radeckich Vexilliferidarum Betzensium idq in praesentia Magnifici Laurentii Radecki Vexilliferi Betzensis subscriptum produxit, et exceptionem Citati recei et eundem Citatum ad directe respondendum stringi postulavit. In contrarium supradictus Procurator salvis ut supra omnibus beneficiis Juris non recedendo ab allegata exceptione declinatoria Fori productum Contractum Mandatum Procuratorium non facere dixit et ut supra petiit. Et Magnificus Dominus Rector supramemoratus attento eo quod Citatus sit inscriptus in Album Studentium, Studia tractat, Magnificos Radeckie et alios Scholas Academicas frequentantes informat et in actuali Studio existat, eidem competens Forum praesens adinvenit, Actoremq Generosum Strozowski uti Commissarium Bonorum Magnificorum Radeckich, et nomine Magnifici Laurentii Radecki Vexilliferi Betzensis agentem Actorem competentem declaravit, et Citato directe ad propositionem respondere mandavit. Appellat Citatus ad Quem de Jure et protestatus de attentatis et quatenus attentandis, cujus appellatio est refutata, eodem iterum à refutatoriis appellante, Magnificus Dnus Rector stetit in decisis. Tandem Citatus suprascriptus stando sub tuitione suae appellationis, nec ab eadem recedendo necnon ab allegata exceptione Fori declinatoria dilationem ad conferendum cum

suo Principali ad primam Juris dari sibi petiit, et 118.
per Magnificum Dnum Rectorem cum termini
conservatione obtinuit. Praesente me M. Joanne
Palaszowskei U. J. Pfre in absentia Dni Actuarii
Actus praesentis Notario.

Mercurii XXXI. Augusti

Judaei contra Studiosos rne auctionis pensionis
Coram Magnifico ut supra Rectore, ac in ejus publi-
ca causarum Audientia personaliter comparens In-
fidelis Israel Helslowic Arendator Braxatorij
Prococimensis ac Horti Regii ad Cracoviam Actor
principalis in termino hodierno ex citatione
verbali provenienti contra Citatum infrascriptt.
proposuit de et super eo. Quod ipse solita dari
quota pensionis Judaicae alias Kozubalee dictae
non contentus, majorem justo quotam a se
Actore emunxit, et quietationem sibi Citato ex-
hibitam intercepit, ~~petens~~ ipsum propterea ad
restitutionem tam quotae quam quietationis
interceptae stringi, et ne in futurum similia
attentet Serio ex Officio inhiberi debita cum
instantia postulavit. In praesentia Excellen.
Blasii Kosciensk ei Phiae Dvetoris et Pfris, Scho-
lae Parochialis ad Aedes Sacratissimi Corporis
Christi Casimiriae ad Cracoviam sitae Senioris
Citati ex adverso Principalis contenta propositionis
vera esse absolute negantis. Ex adverso Actor
abbreviando Processum juramentum Citato
defert, In contrarium Citatus copias delati Jura-
menti dari sibi petiit, et per Magnificum Dnum

119. Rectorem ad primam Juris cum termini conservatione obtinuit. Praesente me M. Joanne Rypinski U. J. Pfre. Eccle Collgtae Sm Ob Cracoviae Canonico, Contubernii Jurisperitorum Seniore, in absentia Illustris Actuarii Actus moderni Notario.

Veneris XXX Septembris

1. Infidelis Pinkies contra Excellen Franchi

Coram Magnifico ut supra Rectore et in ejus publica causarum audientia personaliter comparens Infidelis Pinkies, Judaeus Casimirien Actor principalis in termino hodierno ex Citatione verbali contra Citatum infrascriptum proposuit ratione interceptionis pellium vulpinarum ipsum propterea ad restitutionem earundem pellium Stringi postulavit. In praesentia Excellen Mgri Valentini Franchi Phiae Doctoris et Professoris citati ex adverso Principalis interceptionem pellium per se factam absolute negantis, verum per Patrem familias Domus Lapideae Generosi Rychter easdem pelles detentas esse dicentis, quod probando Testes futuro in termino statuturum se offerentis et libertatem petentis. Magnificus Dominus Rector supra memoratus Citato praedictas pelles in Officio suo reponere mandavit intra totum hodie sub poenis arbitrariis, easdemq pelles ad decisionem usq causae in Cancellaria Officij sui haerere debere declaravit Decreti praesentis vigore Praesente quo supra M. Joanne Rypinski in absentia Illis Actuarij Actus praesentis Notario.

Veneris xxv. Octobris

H. Gradkowska cum Typographis

coram Magnifico Rectore, ac in ejus publica causarum audientia personaliter comparens Judica Elisabeth Gradkowska actrix Principalis in termino ex citatione verbali contra Actatos infrascriptos proposuit de e super eo Quia ipsi tanquam Executores ultimae voluntatis Defuncti olim Casimiri Ratatowicz Impressoris Imagines quinque dicto olim Casimiro Ratatowicz per Patrem suum concessas extradere nolunt et recusant, petens extractionem decerni. In praesentia Honoratorum Joannis Gaiowskei Artis Typographicae Socij pro et Alberti Matraszowskei etiam Socij Artis Typographicae nomine comparent, uti excepto non praedicti Casimiri Ratatowicz Actatorum ex adverso principalium imagines praedictas actu existere confitentium et extractionem earum actrici, moderne officium praesens mandaverit offerentium. Magnificus Dominus Rector supra memoratus attento eo quod actrix moderna per testimonium Bobelli Urbis Joannis Gaiowskei probavit proprietatem imaginum, ideo dictas Imagines moderne actrici extradendas esse decrevit. Ratione vero velaminis dicti Kwesta causam ad generalem calen-

121. lationem per dictos Executores praestandam
distulit, et Actrici Actionem pro illo reserva-
vit. Praesentibus Illustribus Perillustri et
Adm. Rndis M.M. Adalberto Micinski, Ioseto
re, Ioanne Rypinski, Stanislao Mam-
czynski Professoribus Juris utriusq. Tho-
mae Muszynski U. I. D. Praeposito S. Ni-
colai et me M. Casimiro Jarmundowicz
U. I. Pfre, Eccle Collgte Ssm Ob. Crac Canonico
Apostolico et Actorum Officij praesentis Notario.

1 Restitutionis contra Decretum Ingenui
Alberti Maszczyszkiewicz Studiosi,
Magnificus Perillustris et Rndmus Dominus
Rector Supramemoratus in Causa resti-
tutionis adversus Decretum Judicij praesentis
ad instantiam Ingenui Alberti Maszczyszkie-
wic Scholae Rhaes Studiosi, contra Fama-
tum Antonium Grodzinski Incolam
Suburbij Wesolovienses originaliter
Actorem, ad praesens Citatum, pro die et ter-
mino hodierno nec per se nec per suum
legitimum Procuratorem comparentem
citationem pro secundo extradendam
esse decrevit. Decreti praesentis Interlo-
cutorij vigore ad praemissa mediante
Praesentibus quibus supra

ACTA ACTORUM RECTORATU XVI.

Magnifici Perillustris & Rndmi Domini M. Joannis Lukini Utriusq Juris Doctoris & Professoris, Collegii Juridici Senioris Patris Ecclesiarum Cathedralis Cracovien Canonici Collegiatarum Vislicien Primicerii, Sanctor Omnium Cracoviæ Cancellarii, Parochialis in Stawkow Præpositi, Contubernii Regio=Jagelloniani Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Rectoris Commutatione Hyemali Anno Domini 1746to conscripta & compilata.

Veneris XXI. Octobris 1.

Nobilis Konopka contra Excellen Małecki

Coram Magnifico ut supra Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Personaliter compareus Nobilis & Spectabilis Albertus Konopka Proconsul Civitatis Vielicien nomine totius Magistratus Vieliciensis Actor Principalis in termino hodierno excitatione literali debite ut apparebat executa provenienti, contumaciam Excellentis M. Stanislai Małecki Phiæ Doctoris, Scholæ Parochialis Vielicien Senioris ad respondendum certis articulis contra se producendis citati accusavit, petens ipsum ad respondendum iisdem stringi. In præsentia Excellen ut supra citati

124. ante omnia de mandato doceri petentis, Ex adverso Actor non esse necessariam productionem ex quo ipse sit Proconsul et Praesidens Civitatis dixit, pro facilitatione tamen negotii, dictum mandatum in ulteriori tractu causae producturum se submisit et ut supra petiit. Magnificus Dnus Rector supramemoratus salva productione Mandati a toto Magistratu per Actorem ꝑ Standa Citato directe ad propositionem respondere mandavit. Tandem Citatus ante omnia de termino doceri petiit, et quoniam copia citationis post occasum solis sibi citato est reddita, ideo terminum nullum esse dixit et reintimationem Citationis decerni postulavit. Ex adverso Actore hora quinta intimatam esse Citationem dicente et ad executionem se referente. Magnificus Dominus Rector attento eo quod Citatus agnoscat die hesterna intimatam sibi fuisse copiam citationis et eandem legisse, ac insuper quod pro termino ex eadem citatione in diem hodiernam ~~eo~~ incidente personaliter comparuit, ideo amputata petita reintimatione directe ut supra respondere mandavit. Appellat Citatus ad quem de Jure, Magnificus Dnus Rector appellationem hujusmodi refutavit. Tandem Citatus stando sub tuitione suae appellationis nec ab ea recedendo, salvis ꝑ ac salva productione Mandati totius Magistratus Vielicien ac praemissa protestatione de indebita vexa, quoniam Articuli non producunt, ideo libertatem a causa et termino sibi dari flagitavit. Ex adverso Actor articulos prima Juris se producturum obtulit, et dilationem ad eundem terminum decerni postulavit. Magnificus Dnus Rector ad secundam Juris causam distulit, et in eodem termino Mandatum a toto Magistratu tum articulos producere mandavit et terminum conservavit. Praesentibus Perillustri

Illustribus Clarissimis et Adm Rudis, MM. Alberto Micinski U. J. Dre Joanne Rypinski Stanislao Manczynski U. J. Professoribus et me Casimiro Jarmundowicz U. J. Pfre, Aplico et actorum Officij Praesentis Notario. 125

Mercurii XXVI. Octobris

Restitutionis adversus Decretum 1.

Coram Magnifico Dno ut supra Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Ingenuus Albertus Muszczyskiewicz actor Principalis in termino hodierno ex citatione literali debite ut a tergo illius apparebat executa provenienti, contumaciam Famati Antonij Grodzinski Incolae Wesołoviensis originaliter actoris, ad videndum et audiendum Decretum Judicii praesentis in Causa inter supra scriptum ad praesens actorem originaliter vero citatum et eundem Famatum Grodzinski originaliter actorem occasione acsi defloratioris Pudicae Margarethae filiae ipsius parte ab altera mott et vertens, sub die Mercurii octava mensis Junij Anno currenti latum ex rationibus justis ac legitimis Judicialiter productis reponi, illudq in puncto extensae poenae exclusionis cassari, factaq repositione et cassatione se actorem modernum ad pristinum statum restitui et circa Privilegia Studiosorum almae universitatis manuteneri, legitime citati accusavit, ac in ejus contumaciam se ad pristinum statum restitui, Decretumq exclusionis reponi debita cum instantia postulavit. Magnificus Dnus Rector supra memoratus in contumaciam citati lectis rationibus nunc Judicialiter productis Decretum exclusionis sub die Mercurij octava Junij anno currenti latum reponen-

1.26. dum esse duxit prout reposuit, Actoremq eundem moder-
num ad pristinum statum restituit. ac interim sub
reincidentia in poenam exclusionis ipsum monuit,
ut se modeste gerat, Scholas frequentet, prava consor-
tia vitet, mansionemq suam ad Scholam aliquam
transferat, sive contubernium, qua in re circumspe-
ctionem Fiscali Officij sui commisit Decreto praesenti
mediante. Praesentibus Perillustribus Clmis et Adm
Rndis Mo M. Stanislao Kutlinowski Alberto Micin-
ski Doctoribus, Joanne Rypinski Professoribus U. G.
Thoma Muszynski Eccle S. Nicolai Praeposito
et me M. Casimiro Jarmundowicz U. G. Pfre Apostolico
et Actorum Officij praesentis Rectoralis notario.

1. Nblis Konopka contra Excellens Małecki

Coram Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica
Causarum audientia personaliter comparens Nobilis
ac spectabilis Albertus Konopka Proconsul et Praesidens
Civitatis Vieliciensis Actor Principalis in termino ex
Actis et conservatione illius sub die sub die Veneris 21.
Octobris facta provenienti Satisfaciendo Decreto Judi-
cii praesentis, Mandatum seu Conclusionem publicam
totius Communitatis Civium Civitatis Vieliciensis, tum
quoq Articulos contra infra scriptum Citatum produ-
xit, et eundemq Citatum ad respondendum iisdem Stoin-
gi debita cum instantia postulavit. In praesentia
Excellens M. Stanislai Małecki Phiae Dris, Scholae
Vieliciensis Senioris Citati ex adverso Principalis
Salvisq ac praemissaq citra agnitionem productae
Conclusionis sive Mandati Copias Articulorum ad
primam Juris dari sibi et concedi petentis. Et per
Magnificum D. Rectorem cum termini conservatione
obtinentis praesentibus quibus supra.

Facultas transcribendi Acta

Coram Magnifico Domino ut supra Rectore ad Causas decidendas pro Tribunali Sedente comparens personaliter Instigator Officii Praesentis productis Actis Judicij praesentis Rectoratu 2do & 3tio Perillustris Clmii & Adm Rndi M. Adalberti Micinskii U.J.D. & Pfris defectuose nimis, nec in forma debita descriptis, imo per omissiones nonnullorum Actuum ac decretorum defectuosis, facultatem eadem transscribendi alicui concedi, defectus ac omnissiones suppleri mandari postulavit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus attenta justa petitione Instigatoris Officij sui, ac revisis iisdem Actis, eadem transcribi, Illustri Actuario actorum Officij sui facultatem concessit, defectusq omnes supplere & actus informes ad formam reducere mandavit. Praesentibus quibus supra. 1

Mercurii IX Novembris

Excell: Molęcki contra Scholares S. Nicolai 2.

Coram Magnifico ut supra Rectore, ac in ejus publica causarum audientia personaliter comparens Excellens & Adm Rndus M. Jacobus Molęcki Phiae Doctor & Professor, Scholae Parochialis ad Aedes Collegiatae S. Floriani sitae Senior Actor principalis in termino hodierno ex citatione verbali provenientem in & contra Vrblem Joannem Dotkiewicz M. O. C. Officialistam Scholae S. Nicolai Citatum proposuit Quia ipse contraveniendo ordinationibus antiquis transmittere Scholares in vias publicas, qui transeuntes Judaeos per Parochiam S. Floriani ad Parochiam S. Nicolai pertrahunt, iisdemq pensiones Judaicas a Judaeis extorquere mandare ausus

est et praesumpsit petens ipsum puniri, et ne simi-
lia in futurum audeat serio et sub poenis prohiberi
In praesentia Citati semel tractum esse Judaeum ex
Cieszyno ad Scholam S. ~~Floria~~ Nicolai per Parochiam
S. Nicolai transeuntem agnoscentis, aliis vero vicibus
id factum fuisse negantis et libertatem petentis
Ex adverso Actor intulit quod pensionem intra fines
S. Floriani Majorowicz dicto extorsit, protunc in Ci-
vitate Clepardiensi consistente, et ut supra institit
Magnificus Dnus Rector attenta Citati agnitione
Judiciali quod a dicto Judaeo viginti quatuor gros-
sos ultra alios grossos sex quos ab eodem Judaeo
per prius accepit. Ideo eosdem 24 grossos Actori
reddere intra totum hodie mandavit. Interim in-
hibuit ne similia praejudicia Scholaribus S. Floriani
et ne ad vias publicas avertendorum Judaeorum gra-
tia dimittat Scholares suos idque sub poenis arbitra-
riis. Praesentibus Perillustri Illustri ac Adm
Rndis MM. Alberto Micinski Collgtae Ssm Ob Custode
U. I. Doctore Stanislao Mamczynski Collgtae S. Micha-
elis Decano U. I. Professoribus et me quo supra
Actorum Officij Rectoralis Notario

Dyaszowski contra Siarkowski

Coram eodem Magnifico Perillustri et Rndmo Dno
Rectore ac in ejus publica causarum audientia
personaliter comparens Nobilis Michael Dyaszowski
Typographus Crac Actor Principalis contumaciam
Inhibiti infrascripti super eo, ne ipse quovis quae-
sito colore aut praetextu per se vel per subordinatas
personas Librum Dziennik maly, in praejudicium
Juris sui Actoris typis suis cudere aut recudere au-
deat et praesumat idque sub poena quinquaginta Im-
perialium, quatenus pro die et termino hodierno non

comparentis accusavit, petendo eandem Inhibitionem suo in robore conservari. In praesentia Nobilis Rosae Siarkowska pro Dominico Marito suo comp. Citato comparentis rem Judicatam ea in Causa in Officio Rectorali intercessisse in vim exceptionis dicentis et libertatem petens. Magnificus Dnus Rector supramemoratus, quoniam Nobilis Rosa Siarkowska sine assistentia Mariti sui comparuit, Citatio vero ad manus ipsiusmet Nobilis Siarkowski devenit. ideo Citato personaliter, vel per legitimum Procuratorem comparere mandavit ac interim Inhibitionem suo in robore conservavit. Praesentibus Perillustri Illustribus Clmis ac Adm Rndis Adalberto Micinski Doctore, Joanne Rypinski Stanislao Mamelynski Joanne Pałaszowski U. J. Professoribus et me M. Casimiro Jarmundowicz Actorum Officij Rectoralis Notario.

1. Poznanski contra Matyaszkiewicz

Coram eodem ut supra Mfco Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Honoratus Poznanski Socius Artis Typographicae Actor Principalis in termino ex citatione verbali provenienti in et contra Nobilem Josephum Matyaszkiewicz Artis Typographicae Socium Citatum ex adverso principalem ratione debiti tredecem florenorum Polonicalium proposuit, et solutionem decerni postulavit. In praesentia Citati Octo florenos se debere Actori agnoscentis, reliquum negantis et Spatium ad Solvendum justum sibi ad festum SS. trium Regum dari postulantis, Magnificus Dnus Rector Solutionem decrevit et Spatium duorum Mensium ad Solvendum concessit. Praesentibus quibus supra et me quo supra Actorum Officij praeter Notario.

130.

Lunae XIV. Novembris

1. Fiscalis cum Executoribus Excellen. Jankiewicz

Coram eodem Magnifico quo supra Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Instigator Officij Praesens Actor principalis in termino ex Citatione legitime ut à tergo illius apparebat executa provenienti contra Citatos infrascriptos verbo proposuit de et super eo: Quia ipsi Decreto Judicii Praesentis mediante plenam et omnimodam rerum omnium morte et obitu Excellentis olim Joannis Cantij Jankiewicz Phiae Doctoris et Pfris Contubernii Geloniani Senioris derelictarum et Summarum quarumvis pecuniariarum dispositionem consecuti, Summam quadringentorum Aureorum Hungaricalium manualibus binis Submissionibus Excellenti olim Jankiewicz ad exolvendum obligatam, nunc demum ad Universitatis dispositionem uti post intestatum juxta Specialia Privilegia Unitis devolutam vindicare non curant et differunt, ipsos ad vindicationem ejusdem Summae Juris mediis Stringi et compelli debita cum instantia postulavit. In praesentia Illustrium Joannis Patuszewski U. J. Professoris, Eccl. Collegiae Ssm Oem Canonici et Clarissimi M. Adalberti Biegaczewicz Phiae Doctoris et Pfris, Collegae Minoris, uti Excellentis olim Joannis Cantij Jankiewicz dativorum et Officio Praesenti Executorum Citatorum ex adverso Principalium paratos se esse Summam eandem vindicare dicentium: Sed quoniam nondum tempus repetitionis ejusdem Summae juxta contenta Submissionum venit, ideo adveniente tempore se praemissa

facturos offerentium. Magnificus Dnus Rector 131
supramemoratus promptitudinem Citatorum appro-
bavit, et summam eandem adveniente debito tem-
pore à Debitoribus omni meliori modo vindicare
mandavit. Praesentibus quibus supra.

Libertas à munere Executorio Execu- Testamentaria S. Herka
torum Illustris olim Ignatii Herka

Coram Magnifico Rectore ad causas reddendas
pro Tribunali sedente ac in ejus publica audien-
tia, personaliter comparentes Illustres Clmi et
Adm Rndi M.M. Casimirus Steplowski Collega
Major et Clemens Herka Collega Minor Philoso-
phiae Doctores ac Professores, Illustris olim M.
Ignatij Herka Collegae Majoris ultimae volunta-
tis Testamentarij Executores suo et suorum Co-
executorum nomine productis rationibus Perce-
ptarum et expensarum et massa pie defuncti Testa-
toris sui quomodocunq collecta factt. easdem
approbari et se a munere Executorio liberos pro-
nuntiari debita cum instantia postulaverunt,
Magnificus Dnus Rector supramemoratus visis
et lectis regestris perceptorum et expensorum per
dictos comparentes nunc Judicialiter productis
perceptam generalem ad summam 3426 flore-
norum Polonicalium grossorum duorum, expensam
verò pro funere suffragiis tum aliis necessariis
expensis ac debitis ad summam 3344 florenorum
Polonicalium grossorum sex ascendentem conti-
nentibus et enuntiantibus, eadem approbavit,
Illustres ac Adm Rndos ac Generosos Executores à

132. munere executorio quietavit et liberos dimisit. Restantem quoq ultra expensas pecuniam florenorum 46 grossorum 26 et aliam quamcumq ex vindicandis colligendam, ad pios usus et in suffragium animae Illustris Testatoris per dictos Illustres Executores sine onere reddendae rationis ordinandam disposuit. Decreto Praesenti mediante Praesentibus quibus supra.

1. Nblis Dyaszowski contra Siarkowski

In termino hodierno ex actis et conservatione illius sub die Mercurii nona Novembris facta provenienti comparens personaliter Nobilis Dominicus Siarkowski, Civis Typographus et Bibliopola Juratus Cracoviensis. in termino ex actis satisfaciendo Decreto anteriori in puncto personalis comparitionis, Inhibitionem Officij Judicij Praesentis ad instantiam Nobilis Michaelis Dyaszowski praetensi Actoris ratione non recusionis seu typis impressionis Libri dicti Dziennik maly emanatam ex quo res Judicata intercessit relaxari, et producto Decreto Judicij praesentis ratione ejusdem ipsius libri lato, Actorem incompetenter agere declarari, eidemq Actori Nobili Michaeli Dyaszowski perpetuum silentium imponi debita cum instantia postulavit. In praesentia Nblis Michaelis S. Typographi Civis Crac Actoris Principalis Privilegia Serenissimorum Regum Poloniae Michaelis Anno 1672 et Augusti II. Anno 1701. emanata producentis, et penes ea

se manuteneri & inhibitionem non debere relaxari 133.
quinimo in suo robore conservari petentis. Magnificus Dnus Rector Supramemoratus viso Decreto Judicij praesen. Anno 1745. die Mercurii duodecima Mensis Maii lato, quo mediante Citatus praesens Nobilis Dominicus Siarkowski ratione impressionis ejusdem Libri de quo ad praesens agitur liber ab impetitione Actoris praesentis declaratus erat, quoniam dubium est, utrum hic idem liber & non alius permissus erat ad imprimendum dicto Citato, an alius in Privilegiis Actoris expressus, docere mandavit, & in eum finem comportationem libelli Dziennik dicti per utramq partem faciendam ad effectum confrontationis decrevit, & ad confrontationem ac revisionem Illustres Stanislaum Mamczynski & Joannem Palaszowski Utriusq Juris Professores deputavit, & ad ferendum Decretum, Octavam assignavit Praesen. quibus supra.

Veneris XVIII. Novembris 1.

Nblis Dyaszowski contra Siarkowski

Coram eodem Magnifico Domino Rectore, ac in publica illius audientia personaliter comparens Nobilis Michael Dyaszowski Typographus Crac: Actor Principalis in termino ex actis & conservatione illius provenienti contumaciam Nobilis Dominici Siarkowski Typographi & Bibliopolae Jurati Cracovien. Citati ex adverso Principalis quatenus pro die & termino hodierno non comparentis accusavit, ac in illius contumaciam expedita revisione libellorum Dzien-

nisi juxta anterius Decretum, quoniam iidem libelli dzienniki większe sunt ejusdem tenoris et impressio eorundem libellorum suae Typographiae juxta Privilegia in anteriori termino producta ad serviat, ideo non obstante Decreto Judicii Rectoralis per Citatum producto, se Actorem penes dicta Privilegia conservari, et inhibitionem in suo robore conservari debita cum instantia postulavit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus in contumaciam Citati pro die et termino hodierno non comparentis Decretum tulit, in Cancellaria Officii sui Rectoralis publicandum Praesentibus Illustribus Clmis et Admo Rndis MM. Stanislao Mamczynski Joanne Pałaszowski utriusq Juris Professoribus. et me suprascripto Aplico et Actorum Officij Plenno Notario.

Lunae XXVII. Novembris

1. Nobilis Dyaszowski contra Siarkowski

Coram eodem Magnifico Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Michael Dyaszowski Typographus Cracoviensis Actor Principalis in termino hodierno ex citatione debite ut apparebat executa provenienti petita sua ut in anteriori termino facta renovavit, et Decretum jam alias latum publicari debita cum instantia postulavit. In praesentia Nblis Dominici Siarkowski Typographi et Bibliopolae Jurati Cracoviensis Citati ex adverso principalis se ad suas defensas in terminis anterioribus factas referentis, et quoniam

bona fide in fundamento Decreti Rectoralis impressionem libelli controversi inchoavit, ideo facultatem finiendi eundem libellum sibi concedi petiit, in futurum vero se submisit ab impressione dicti libelli supersessurum et Privilegiis Actoris non praejudicaturum. Magnificus D. Rector Supramemoratus auditis Partium controversiis, visis Privilegiis hujusmodi per Actorem productis eundem penes haecce Privilegia manutenuit. Quoniam vero Citatus impressionem libelli controversi bona fide in fundamento Decreti Rectoralis inchoavit, ideo praecavendo Citati indemnitati inchoatam impressionem libelli controversi finire permisit, et in hoc puncto Decretum Rectorale manutenuit. In futurum vero, ne Citatus impressionem dicti libelli et aliorum in Privilegiis Actoris contentorum attentet decrevit idq sub poenis arbitrariis et aliis in Privilegiorum tenore contentis. Praesentibus Illustribus Clmis et Adm Rndis M. Stanislao Kutlinowski U. J. Doctore, Collgtae Ssmi Obm Archidiacono Joanne Rypinski ejusdem Collgtae Cracoviae Canonico, et me Casimiro Jarmundowicz U. J. Professoribus, Ecclesiae Collgtae Ssmi Obcanco Apostolico et Actorum Officij Rectoralis Nrio.

1 Senior Scholae Corporis Christi cum Seniore Scholae S. Floriani et aliis.

Coram Magnifico Domino ut supra Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Excellens M. Blasius Ko-

136. Scinstei Phiae Doctor et Professor, Scholae Parochialis ad aedes SSmi Corporis Christi Casimiriae ad Cracoviam sitae Senior, Actor Principalis in termino ex Citatione verbali provenienti in et contra Excellentem M. Jacobum Molęcki Phiae Dnum et Pfrem Collegam Minorem Vocatum Scholae Parochialis ad aedes S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam sitae Seniorem Citatum ex ex verso Principalem proposuit de et super eo, Quia ipse immemor juramenti, quo se obstrinxerat nunquam proprio motu injuriam suam vindicaturum, die 23 Mensis Novembris Studiosos aliquot ex sua Schola immisit ad Suam Parochiam, alias ad Hortum Regium, et ibi Studiosum ex sua Schola pro recipienda pensione Judaica à Judaeis advenis missum captivare, illumq ad Scholam S. Floriani publicè ducere, ibidemq sine ulla causa nihil ad eum Jurisdictionis habens plagis gravissimis verberare permisit, et sibi contra Jura Unstis justitiam administrare praesumpsit, ipsum propterea poenis condignis puniri et ne similia in futurum attentet, serio inhiberi debita cum instantia postulavit. In praesentia Citati suprascripti captivationem et verberationem Studiosi agnoscentis, et ex rationibus, quod ipse Nocturno tempore ac etiam de die pensionarios Judaeos infestavit, et in Hospitiis stantes invasit, ipsos etiam per vias publicas euntes molestavit, ab iisq pensiones Suae Scholae Sancti Floriani debitas violen-

ter extorsit, propria authoritate quietationes
ipsis de percepta incompetenter pensione Judaica Kolubalee dicta obtrusit, & super his omnibus Excellens Actor à Le Citato requisitus, talia illi facere non inhibuit, quinimo permisit in prejudicium sui Citati, licite eundem ad Le perducere, & castigari demandasse ut pote publicum grassatorem dicendo & libertatem petentis. Ex adverso Actor memoratus contrapensionem Citati acceptat, Et quoniam idem Excellens Citatus contra jura administravit sibi justitiam, et non est una Parochia Sed est Parochia Eccle collgta Stm Obm Studiorum eundem abduci curavit & verberavit, Ideo eundem ut supra puniri postulavit. In contrarium Citatus se ad probandum super excursione Studiosorum ex Schola actoris in vias publicas, & extorsione pensionum à Judeis per Parochiam S.ti Floriani euntibus admitti petit. In oppositum Actor non debere Citatum ad probandum admitti, eo quo de excursionibus Studiosorum non est ad presens actio, dixit & ut supra penas decerni postulavit. Magnificus Dnus Rector supramemoratus auditis utriusq partis ad controversias, quoniam de facto res est, Ideo amputata petitione admissionis ad probandum super excursionibus Studiosorum & aliis protensionibus Decretum tulit prima facie publicandum, & terminum ad publicandum

 pro eadem prima Juris conservavit. Praesentibus quibus supra.

Veneris 11. Decembris

1. Excellens Koscinski cum Molęcki

Coram eodem Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Excellens M. Blasius Koscinski Phiae Doctor et Pfr. Scholae Parochialis ad Aedes SSmi Corporis Christi Casimiriae ad Cracoviam sitae Senior Principalis Actor, in termino ex actis et conservatione illius sub die Lunae 27 Novembris his in actis connotata provenienti petiit Decretum latum in causa occasione demandatae per infrascriptum Citatum captivationis Studiosi ex Schola SSmi Corporis Christi ad exigendum pensionem Judaicam Kozubalec dictam ad Hortum Regium immissi, ejusdemque deductionis ad Scholam S. Floriani ibidemque converberationis mota et vertente publicari, illudque post factam publicationem debitae executioni demandari. In praesentia Excellentis M. Jacobi Molęcki Phiae Doctoris et Pfris, Scholae Parochialis ad Aedes S. Floriani sitae Senioris Citati ex adverso Principalis in publicationem Decreti inquantum pro sua parte favorabilis consentientis. In praesentia quoque Excellentis M. Ambrosii Buszydłowski Phiae Doctoris Linguae Gallicae Professoris Scholae Parochialis SSmi Obmi Cracoviae Senioris ad Causam Praesentem, ratione pensionum Judaicarum

intra fines Suæ Parochiæ ab actore & Citato usur- 139
patarum Intervenientis, et punctum ex Complanatione Authentica, Actis Officii præsentis inserta inter Almam Universitatem Crac. & Synagogam Judæorum Casimiriensium adhuc Anno 1724 initæ producentis & se Suamq Scholam SSm Obm circa Jura sua & Signanter circa jus exigendæ pensionis Judaicæ intra fines suæ Parochiæ manuteneri petentis. Ex adverso Actor suprascriptus Copias Puncti prædictæ Compositionis seu Complanationis ad Dvam sibi dari petiit. Magnificus Dnus Rector supra memoratus Interventionem prout de Jure admisit, ac interim suspensa publicatione Decreti copias petitas Actori ad octavam concessit & terminum conservavit Præsentibus quibus supra

Lunæ V. Decembris 1.

Mfcus Rutkowski contra Siarkowski.

Coram Magnifico Jnt supra Rectore ac in ejus publica causarum audientia personaliter comparens Nobilis Franciscus Borowicz Notarius Aplicus uti Magnifici Casimiri Rutkowski Pincernæ Plocens. Actoris Principalis Procurator in termino hodierno ex citatione verbali contra Citatum infrascriptum verbo proposuit super eo: Quia ipse non veritus pœnas contra infrascripta attentando quendam famosum libellum cum Summa Magnifici sui Principalis læsione & ignominia in sua Typographia absq permissu Rectorali, vel Rndmi

140 Ordinarij Censoris Librorum clandestinè imprimere, taliterq Magnificum Actorem in honore intaminato summopere lædere cursus est & præsumpsit. ipsum ob talem temerarium cursum pœnis in Jure descriptis puniri, ad comportationem omnium exemplarium impressorum ipsiusq Originalis prævio corporali juramento super comportatione fideli stringi, eademq exemplaria cum suo Originali comburi mandari, Deprecationem solennem suo principali per personas qualificatas in dignitateq constitutas faciendæ injungi debita cum instantia postulavit. In præsentia Nobilis Dominici Siarkowski Bibliopolæ & Typographi Jurati Cracovien. Citati ex adverso Principalis impressionem libelli memorati in sua Typographia factam esse ad instantiam Nobilis Francisci Placidi Architecti, & cujusdam Rudi ac Religiosi Patris Lukiezii de Ordine Teatinorum nomine Celsissimi Principis Episcopi Cracovien. pro impressione urgentium, & se Citatum de nulla mala suspicione scripti certificantium agnoscentis, Et quoniam Author ipse est præsens Cracoviæ, ideo eundem adcitari mandari, se vero liberum ab impetitione Magnifici Actoris pronuntiari peten. In præsentia quoq Fiscalis Officij præsen., ad causam præsentem intervenientis petitisq Magnifici Actoris adhærentis. Et quoniam Citatus contra statuta & Privilegia Unitis necnon contra Mandata Rectoralia eaq publicata libellum quendam absq permissu Rectorali imprimere præsumpsit, ideo eundem Citatum pœnis condignis puniri, & alias obsigillationem Typographiæ decerni postulan. Ex adverso idem qui supra Procurator Actoris, agnitionem Citati acceptavit

ptavit et pro pœnis ut supra institit, et ante omnia 141.
comportationem dictorum libellorum ad officium Pœnis
impongi postulavit. In contrarium Citatus nullum
penes se exemplar habere, sed omnia exemplaria
Authorem ad se ex Typographia inscio se Citato
una cum originali recepisse, quæ quidem exempla-
ria duntaxat quadraginta octo fuisse intulit, et ut
supra pro libertate institit, et se liberum a comportatio
ne declarari petiit. Magnificus Dominus Re-
ctor Interventionem Fiscalis prout de Jure admisit,
scriptum seu libellum productum, utrum sit læsivus:
vel læsivum honoris Magnifici Actoris examinare man
davit, ad quem effectum Perillustrem Albertum Micin-
ski U. J. Doctorem et me Notarium Actorum Officii sui
deputavit, et se pro prima Juris de contentis libelli in-
formare mandavit. Quo vero attinet petitam com-
portationem tam exemplarium quàm ipsiusmet Ori-
ginalis, quoniam Citatus nullum ex dictis exemplari
bus penes se hærere, sed authorem omnia ad se acce-
pisse unà cum Originali, et hujusmodi exemplaria
non plura quàm quadraginta octo typis impressa
fuisse allegat, allegationi vero simplici fides dari
nequit, ideo eandem allegationem corporali jura-
mento comprobare prima Juris Citato mandavit
et terminum conservavit. Præsentibus Perillustribus
Clmis et Adm Rndis, M. M. Stanislao Kutlinowski
Adalberto Micinski Doctoribus Joanne Rypin-
ski Joanne Pataszowski Professoribus U. J. et me
Suprascripto Aplico et Actorum Officii Rectoralis Notario

Veneris, 1x Decembris

Magnificus Rutkowski cum Siarkowski 1.
Coram Perillustri Clmo ac Adm Rndo Domino M.

142. Adalberto Micinski U. I. Doctore et Pfre Ecclesiarum Collegiatae Stm Obm Cracoviae Custode, Parochialis in Lubertyca Curato, Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Franciscus Borowicz Notarius Apostolicus, uti Mfci D. Casimiri Rutkowski Pincernae Plocen. Actoris Principalis Procurator in termino ex Actis et conservatione illius accusata contumacia Nobilis Dominici Siarkowski Typographi et Bibliopolae Jurati Crac. Citati ex adverso Principalis quatenus non comparentis nec Decreto Judicij Praesentis satisfacientis petiit relationem de contentis famosi libelli recipi, et reproducto eodem famoso libello, eum cum summa laesione Actoris impressum esse declarari, Et quoniam Citatus hujusmodi impressionem contra Statuta et Privilegia Universitatis sine consensu Rectorali attentavit, ideo inhaerendo dispositioni Juris et Signanter Constitutioni Illmi olim Martini Szyszkowski Epi Crac. in Constitutionibus Diaecesanis cap. 56. titulo De Impressoribus et Bibliopolis contentae in fundamento Conciliorum Tridentini et Lateranen. latae Citatum exercitio impressionis Librorum ad annum privari et Solutionem quadraginta Aureorum piis locis applicand. Stringi, deprecationem Solennem Magnifico suo Principali faciendam injungi postulavit. In praesentia Citati Satisfaciendo Decreto Judicii praesentis juramentum injunctum paratum se praestare offerentis, Magnificus Dominus Rectoris Perillustris Judex Surrogatus supramemoratus Citatum ad juramentum admisit, quo Judicialiter juxta rotam in anteriori termino praescriptam expleto, eundem a Comportatione tam Originalis quam impressorum libellorum liberum pronuntiavit. Tandem Procurator Actoris inhaerendo ut supra suae instantiae

petiit ut supra. In praesentia Justigatoris Officii ad 143
causam praesentis intervenientis petitis actoris adhaerentis
et quoniam sine permissu Rectorali cum laesione ali-
quarum Personarum, et cum multis erroribus libellus
impressit, ideo pro poenis contra eum decernendis in-
stantis. In praesentia cujus supra Citati se ad su-
am justificationem in termino anteriori datam
referentis, et insuper testimonium authoris praefati
libelli manu ejus propria scriptum et subscriptum
in supplementum suae justificationis producentis
et libertatem petentis. Perillustris Clarissimus
et Admodum Rndus Dnus Judex Surrogatus supramemo-
ratus auditis Partium propositis et responsis tum quo
que audita relatione mei Actuarij Officii praesentis
de contentis libelli, quod in eo aliquarum Personarum
utpote Nobilis ac spectabilis Magistratus Cracoviensis
et Quartualiensium ejusdem Urbis juratorum laesiones
quaedam contineantur, ac Magnificum actorem libellus
iste in parte tangit, eoq attento quod hujusmodi
libellum sine consensu, permissu et expressa approba-
tione imprimere attentavit taliterq contra dispo-
sitionem Synodalium Diaecesis Crac. Constitutionum
ac etiam prohibitiones Rectorales in Mandatis ty-
po exprimi et publicari solitis contentam, ac ex-
pressas ~~ideo~~ processit, ideo punibilem adinvenit.
Et licet pro hujusmodi attentata sine approbatione
impressione juxta praescriptum dictarum Constitu-
tionum Synodalium majores poenas utpote occlu-
sionem Typographiae et suspensionem ab exercitio im-
primendorum librorum mererek: habito nihilo-
minus respectu non pridem factae conflagrationis
Domus ejusdem Citati, tum quoq quod Citatus ad
usus Diaecesis actualiter labores Typographicos exercet,

144. ad mitiores descendit, decrevitq quatenus idem Citatus pro præmisso ausu marcas quinquaginta ad pium usum per Officium suum applicandas in quindena, idque sub pœna occlusionis Typographiæ vel aliis arbitrariis. Solvat & in Officio præsenti reponat, Magnificus Actori, & Rectori deprecationem per personas condignas statui eorum congruas intra triduum sub iisdem pœnis faciat, & ne similia in futurum attentare præsumat & nihil quidquam sine permissu & approbatione seu subscriptione Rectorali aut Rndmi Censoris Ordinarii imprimat Seriò inhibuit, prout decernit & inhibet. Ratione vero rehabitionis ab authore libellorum ac ipsius Originalis exemplaris tum læsionis in iisdem libellis attentatæ Salvam actionem Magnifico Actori cum Nobili Francisco Placidi authore libellorum prout de Jure reservavit. Decreto Præsenti ad præmissa mediante. Appellat Citatus. Sed appellatio ejus est refutata Præsentibus Perillustri & Adm Rndis MM. Stanislao Kutlinowski Doctore Joanne Rypinski Professoribus utriusq Juris, & me M. Casimiro Jarmundowicz N. J. Pfre, Aplico & Actorum Officij Rectis Nrio.

Mfcus Radecki cum Vbti Wolski M. O. C.

1. Decretum Proscriptionis

Coram eodem ut supra Perillustri Clmo & Adm Rndo Dno Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Magnificus Laurentius Radecki Vexilliferides Betzensis Actor Principalis contumaciam Venerabilis Michaelis Wolski M. Ordinum Clerici, Lectionum Publicarum Auditoris per Bedellum Unttis legitime Citati quatenus Decreto Judicij Præsentis sub die Lunæ 12 Mensis July Anno currenti, ex Seriis controversiis lato non parentis

nec satisfaciens nec pro termino hodierno per se aut suum legitimum Procuratorem comparentis accusavit, et in talem illius contumaciam prædictum Decretum Judicij præsentis inter se actorem et memoratum Citatum occasione rerum, vestimentorum et aliûs supellectilis Magnificorum Radecleich, nimirum sui actoris et Germanorum suorum distractarum et oppignoratarum, non exemptionis, tum quoq ratione prætensionis ad summam 530 florenorum ascendentium, nec in toto nec in parte pacificatarum, prout fusius in anterioribus terminis latum debitæ executioni demandari pœnasq in eodem Decreto appositas effectuari debita cum instantia postulavit Perillustris Clmus et Adm Rndus Dnus Judex Surrogatus supramemoratus Citatum ultra horam audientiæ expectatum et nec per se nec per legitimum Procuratorem comparentem contumacem prout meritò erat, suadente justitia reputavit, et in eius hujusmodi contumaciam pœnas in allegato superius de actu specificato Judicij præsens Decreto comminatas effectuavit, Citatum uti immemorem Juramenti sui de præstanda Rectori obedientia ex albo Studentium proscribendum esse duxit prout proscripsit, et amplius privilegiis et libertatibus Studiosorum Unitis Crac non posse nec debere gaudere declaravit, Literasq Proscriptionis ex Cancellaria Officij Rectoralis in forma solita extradendas esse et more solito ad valvas Collegiorum Majoris et Juridici per affixionem publicandas decrevit, locum insuper standi in Civitate Cracoviens adjacentibusq illi suburbiis juxta tenorem Privilegiorum Serenissimorum Regum abhinc non posse habere sententiavit. prout proscribit declarat decernit et sententiat Decreto præsenti ad præmissa mediante Præsentibusquibus supra

Mercurii XIV. Decembris
Seniores Scholarum inter se.

1. Juxta exigentiam termini hodierni ex actis et conservatione illius his in actis connotata provenienti coram eodem Mfco prout supra Rectore comparens personaliter Excellens M. Ambrosius Buszydłowski Phiæ Doctor, Linguæ Gallicæ Professor. Scholæ Parochialis ad ædes Ecclesiæ Collegiatæ SSm Obm Cracoviæ sitæ Senior Principalis Interveniens contumaciam Excellens M. Blasii Koscinski Phiæ Doctoris et Professoris, Scholæ Sacratissimi Corporis Christi Senioris Principalis Actoris in quantum non comparens nec quidquam ad communicationem sibi in termino anteriori Punctum Complanationis inter Almam Universitatem, et Synagogam Judæorum Casimiriensium initæ dicentis aut excipiens accusavit petens exactionem pensionum Judaicarum ab advenis Judæis per fines Parochiæ Eccl.æ SSm Obm extra mœnia Civitatis Cracoviensis sitæ transeuntibus sibi suæq Scholæ competere declarari et eam favore dictæ Scholæ SSm Obm more aliarum Scholarum decerni. In præsentia Excellens M. Blasii Koscinski Actoris Principalis excipiendo in et contra assertum prædictæ complanationis Punctum per Excellens Intervenientem Judicialiter productum et sibi Actori communicatum, eandem Complanationem seu verius illius Punctum non debere attendi nullumq robur habere declarari ex rationibus et quidem

1ma Quod Excellens prædictus Senior ab actu Complanationis factæ inter almam Universitatem et Synagogam Casimiriensem ex se ac etiam ex suis Antecessoribus nunquam fuit ac est in possessione gabellæ, nulloq perceptionem illius probat et justificat documento.

2da Quia omnes Excellentes Seniores Scholarum intra mœnia Civitatis Cracoviensis consistentium et extra Parochias suas habentium in vim pensionis Judaicæ

aromata bis in anno à Judæis percipiunt, quæ nullus extra muros habitans Senior ad hanc usq differentiam temporis percipiebat & percipit. 3tia allegatam per Excellens Intervenien complanationem mediante Celsissimo Principe Janussio Korybutt Palatino Cracovien factam nihil posse operari ex quo generalibus terminis sit conscripta, dubiumq magnum pariat, quibusnam specifice Scholis de Jure sit debita exactio pensionis Judaicæ egeatq sua interpretatione, jamq est actu interpretata partim consuetudine perantiqua in percipiendis gabellis tam per Antecessores quàm per se ipsum in prætensa Parochia, quæ consuetudo juxta c. Cum dilectq de consuetudine optima est legum interpres, partim quod Excellens Interveniens memoratæ Scholæ Ssm Obm Senior nudis tantum complanationis verbis, scilicet przez ktorą Farę lub przechodzic lub przeiezdzac będą attendat, & non declaret intentionem arbitramenti suæ complanationis, quod quidem ex can: Humanæ Aures 22. q. 5. non debet considerare verba ut nuda, sed intentionem & voluntatem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni l. Scire etiam § aliud ff De excusat. Tutor. potiusq à verbis legis sive quod pro lege habetur recedendum, quando experientia manifestum est aliud sensisse, quàm id quod verba significant juxta c. Præterea De verb. signific. quod ad præsens luculenter deducitq prætensa Jura Excellens Intervenien comprobatt, aliter quàm verba allegata complanationis sonant. Partim quod est maximum & efficacissimum quod Magnificus olim M. Martinus Kurowski Sæ Thæ Doctor & Pfr pro tunc almæ Universitatis Rector verba complanationis generalia (: ut mens Commissionis erat :) interpretatus est per restrictionem coarctando scilicet ad solas Scholas

S. Floriani, S. Nicolai et Sacratissimi Corporis Christi prout docent excerpta Synagogis in Palatinatu Cracoviensi sitis hujusmodi complanationis in forma authentica extracta manu ejusdem Magnifici Martini Kurowski Rectoris prælibati subscripta, sigillo majori almæ Universitatis Cracoviensis communita, in quibus quidem excerptis appositæ dictio = Signanter Scholæ S. Nicolai S. Floriani et Almi Corporis Christi restringit Scholas intra mœnia existentes, taliterq plenè declarat verba Complanationis atq sic generi per speciem derogatur. 4ta Quod sicut Ecclesia contra Ecclesiam in percipiendis decimis prescribit justa obtinentiam Juvium, ita pariter dato non concesso si quid Juris ad percipiendum prætensas gabellas habuit Excellens Senior Scholæ Almi Corporis: quæ quidem gabellæ justa Vespasianum Kochovium sunt census et decimæ pauperum Studiosorum: illud per contrarios actus prescriptum fuisse ac esse nam a tempore immemorabili semper percipiebant et immediate per Antecessores Bojarskei et Jacobum Jarmundowicz prælibatæ Scholæ Almi Corporis Christi Seniores, ac se ipsum et quidem cum justo titulo percipiuntur. 5ta Quod si perciperet exactiones Judaicas, magna exinde sequentur inconvenientia, orientur inter Excellentes Seniores novæ factiones, quæ potius secundum Juris regulam sunt restringendæ. Prætenderet enim et Senior Scholæ S. Stephani easdem gabellas ex Parochia sua extra mœnia civitatis sita, quas utiq ad hæc tempora usurpabant sibi nec usurpant, daretur que occasio altercationum dissensionum, invasionum rixarum inter Studiosos cum summa angustiatione Seniorum Scholarum et officij presentis molestia. Daretq denique magnum paradoxum et murmur omnibus Judæis in Palatinatu Cracoviensi existentibus,

qui habito sat expresso extracto complanationis ex cancellaria Rectorali Universitatis Cracovien. tribus Scholis inservienti ad viginti septem annos et his non completis, novum aliquid emergeret. 6ta quod non alio fine concessa exactio gabellarum studiosis nisi ad subleyandam pauperiem et sustentationem eorum, qui modus sustentandi multò facilior conceditur alumnis manentibus in Scholis intra mœnia Civitatis Cracovien. Nam alii Litanias ad portas Ecclesiarum, alii ad imagines Lapideorum decantando, cæteri sufficientes conditiones tenendo, alii alio prope modo conquirunt sibi victum, deinde nullam molestiam habent in addendo lectiones et alias Scholas, illi verò omni hoc destituti modo versantur inter minus habentes et nihil dentes, hoc plurimo de provisi beneficio alantur alantur et sustentantur in decus Universitatis et futura obsequia Ecclesiarum dicentis. Proinde idem punctus protensionem Excellen. Intervenientis reiici, ac ipsi Excellenti Intervenienti silentium perpetuum imponi, lege ac quam Scholam Smi Corporis Christi circa jus ac possessionem exactionis pensionis Judaicæ Judaika dicta manuteneri. In principali vero negotio cum Excellen. Matcejei citato suspensionem publicationis Decreti definitivi in termino antevio facti resolvi debita cum instantia postulantis. Magnificus Dnus Rector supramemoratus decidendo controversiam inter Excellentes Blasium Kozeinskei Scholæ Smi Corporis Christi Seniorem Actorem, et Ambrosium Buszytowskei pariter Scholæ Parochialis Sm Obm Seniorem ratione exactionis intra fines Parochiæ suæ Judaicæ pensionis Korubale dictæ Intervenientem. Licet quidem idem Excellens Buszytowskei Extracto punctj complanationis inter totam

150 Universitatem Cracovien. et Synagogam Judaeorum Casimiriensium Anno Domini 1724 initae et conclusae intentionem suam deduxerit sub generalibus praedictae Complanationis terminis Scholam etiam suam quo ad exactionem dictae pensionis a Judaeis per Parochiam Ecclesiae Collgtae SSmi Obm, extra muros Civitatis Cracoviensis transeuntibus colligendae contineri, nihilominus attento eo, quoniam Actor Excellens Kosciuski authentico documento deduxerit Magnificum olim Martinum Kurowski S. Thae Doctorem pro tunc Universitatis Cracovien. Rectorem, praedictum Punctum Complanationis memoratae quo ad Judaicae pensionis exactionem in Anno 1726. ad tres duntaxat Scholas, nimirum SSmi Corporis Christi, S. Nicolai et S. Floriani restrinxisse, iisdemq exactionem pensionum Judaicarum competere declarâsse. Ac insuper clarè docuerit Excellen. Intervenientem in vim compensationis pro dicta pensione Judaica Aromata bis in Anno à Synagoga Judaeorum Casimirien. solere percipere [: quae Aromata ipse Actor non percipit :] nec dictus Interveniens ex antecedaneis suis possessionem perceptionis hujusmodi Judaicae pensionis probaverit, prout in contra Excellens Actor se et antecedaneos suos Seniores Scholae SSmi Corporis Christi in usu ipsius extitisse nemine id negante asseveravit, Proinde eundem Actorem circa usum exigendae à transeuntibus Judaeis pensionis manutenendum esse duxit prout manutenuit. Excellenti verò Intervenienti ratione ejusdem exactionis ad determinium usq praedictae Complanationis silentium imposuit. Quo vero attinet Principale negotium ocasione captivationis et converberationis Studiosi ex Schola SSmi Corporis Christi

per Excellen. et Ad.m Rud.m Molęcki Seniorem Scholae S. 151
Floriani in praejudicium actoris attentatae, ante
omnia suspensionem publicationis Decreti in anteriori
termino factam resolvit, et attenta aquitione Citati
Judicialiter in actu primo, aliàs circa causae introdu-
ctionem factâ, ac etiam eo in consideratione habito,
quod idem Excellens Citatus contra suum juramentum
quo se injuriam propriam motu suo nunquam vin-
dicaturum obstrinxerat, processit, ac ipse solus vin-
dictam de dicto Studioso sumpsit, ipsum plagis
gravibus castigavit, ideo eundem punibilem adinve-
nit, et quatenus praefato Studioso in compensationem
doloris in spatio trium dierum quinque florenos enu-
meret, et Excellentem Actorem per duos Professores de-
precetur decrevit idq sub poena dupli. Reliquas ve-
ro poenas pro transgressione juramenti meritas
de benignitate Judicii sui condonavit, et ne similia
in futurum attentet inhibuit. Studiososq tam Actoris
quam Citati sibi vicissim ne impedimenta faciant, ac
ne in fraudem in vias publicas excurrant, et praetere-
untes Judaeos pertrahant serio et sub poenis arbitrariis
prohibuit. Salvam nihilominus viam Excellenti Citato
agendi de excursione Studiosorum Scholae SSmi Cor-
poris Christi in vias publicas et aliis injuriis contra
Actorem in Officio suo reservavit prout reservat De-
creti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesenti-
bus Illustribus Clmis et Adm Rudis M. Adalberto Micin-
ski U. J. B. in Luberzyca Curato SSm Ob Custode, Joan-
ne Rypinski SS Ob Canco, Stanislao Mamczynski S.
Michaelis in Arce Cracovien. Decano et me M. Casimiro
Jarmundowicz Utriusq Juris Professoribus Aposto-
lico et Actorum Officij Rectoralis Nrio. Canco SSm Ob Crac.

152. Illustris Pałaszowski contra Rypinski

1. Coram eodem Magnifico Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Illustris Clarissimus et Adm Rndus M. Joannes Pałaszowski utriusq Juris Professor, Collgtae Sm Obm Cracoviae Canonicus Actor Principalis in termino ex Citatione debite ut a tergo illius apparebat executa provenienti contra Citatum infrascriptum verbo proposuit de et super eo. Quia ipse aliquoties amicabiliter requisitus calculationem de perceptis nomine sui Actoris quibusdam summis pecuniariis ad tria et ultra millia ascendentibus sibi Actori debitis facere ñ vult ac recusat, ipsum propterea ad faciendam hujusmodi calculationem tam de perceptis quàm expensis si in quantum aliquae fuere in rem sui Actoris expositae, alias ad restituendum summas praedictas integras et totales Juris mediis stringi et compelli debita cum instantia postulavit. In praesentia Illustris Clmi et Adm Rndi M. Joannis Rypinski U. J. Pfris Eccle Collgtae Sm Obm Crac Canonici, Contubernii Jurisperitorum Senioris Citati ex adverso Principalis salvis et praemissa protestatione promptitudinem omnem ad faciendam calculationem offerentis, et quoniam hoc negotium est inveteratum, quod brevi tempore expediri nequit, ideo justum spatium nempe ad primam Juris post Epiphaniam anno futuro sibi concedi petentis. Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus petitam dilationem ad effectum faciendae calculationis Citato concessit et terminum pro eadem die ~~concess~~ conservavit. Praesentibus quibus supra

Veneris XVI Decembris. 153.

Illustris Kruzel. ex remissione Consistorii. 1.

Coram eodem ut supra Magnifico Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Honoratus Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis Illustris et Adm Rndi Alberti Kruzel Eccl Collgtae Sm Obm Crac Canoni Curati in Tłuczania Actoris principalis Mandatarius in termino ex Citatione verbali, adhaerendo Decreto Remissionis Judicii gnrlis Conrij Cracovien Testem Venerabilem Sebastianum Kruzel A A LL. et Phiae Baccalaureum jam alias in Judicio Consistoriali gnrli Cracovien in Causa ex Actoratu in Causa Generosi Hołownia Piotrowski occasione aesi contraventionis verbali Contractui super quasi vendendis Decimis de Bonis Brodła et Mirow collectis ad Eccl Tłuczanen spectan inito pro parte ejusdem Illustris Kruzel sui Principalis inductum et admissum statuit, eundemq in Judicio Praesenti uti in foro suo competen super Interrogatoriis porrigendis examinari, sive testimonium Juratorium ab ipso recipi et ad Judicium Gnrlis Consistorij Cracovien in occluso Rotulo remitti debita cum instantia postulavit. Magnificus D. Rector supra memoratus Testem inductum uti Jurisdictioni suae subjectum admisit, eundemq examinari super Interrogatorijs porrigendis Praevio Corporali Juramento de dicenda veritate mandavit, ac ipsius examen in occluso rotulo ad Judicium Conrij gnrlis Crac remittendum esse decrevit Praesentibus quibus supra. et Excellente Antonio Michalski Syndico.

Lunae XIX Decembris

1. Decretum Proscriptionis Studiosorum.

Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Honoratus Joannes Gaiowski Famatae Reginae Wigurzyna Civissae Cracoviensis Viduae derelictae Actricis Principalis Procurator et Mandatarius in termino ex actis et conservatione illius accusata contumacia Citatorum infrascriptorum, Dicta et depositiones testium inter se Actricem et eosdem Citatos in Causa occasione Domus suae Principalis nocturnae invasionis ibidemq excitati tumultus et violentiarum, et innocuae hominum varii status infestationis prout latius in propositione originali sub die Mercurii XVI. Decembris continetur in Judicio praesentis motti et vertentis publicari, et ex iisdem Decretum Definitivum ferri debita cum instantia postulavit. In praesentia Nobilis Warszowski petitis Actricis adhaerentis et pro Decreto instantis, In praesentia quoq Fiscalis pariter Decretum ferri petentis et in convictionem Citatorum Decreta Judicij praesentis annis anterioribus contra eosdem lata tum testimonium Excellentis Senioris producentis et admitti flagitantis. Magnificus Dominus Rector supramemoratus dicta et depositiones testium publicavit, ex quibus in continenti lectis idq ex voluntario et libero assensu Ingenuorum Blasij Maszczyskiewicz et Francisci Goldzinski studiosorum Citatorum, in publicationem Dictorum et prolationem

Decreti in quantum favorabilis consentientium quo- 155
niam luculenter constat Citatos Domum Lapideam
Actricis Famatae Reginae Wigurlyna invasisse,
tumultus ibidem insolitos ultra mediam noctem
excitasse, tranquilitatem publicam violasse,
arma secum detulisse, homines innocentes eti-
am quendam Adm Rndum Henig Presbyterum
levius quidem Nobilem vero Warszawski et alios
in depositionibus descriptos gravius vulnerasse,
vestibus Honestum Antonium Piatkowski Artis
Sutoriae Socium spoliasse, Multum in damnum
Actricis, in terram profudisse, Vitra ac alia va-
sa vitrea malitiose concussisse, Generosum Szcze-
panowski cum frameis evaginatis persecutos fu-
isse, ad duellum omni Jure prohibitum Aulicos
provocasse, aliasq inconvenientias plurimas
contra Statum Studiosorum perpetrasse, nec in
antecessum aliquoties monitos resipuisse, Scho-
las sine profectu ullo specie tenus frequentasse,
Ideo uti ~~vagos~~ ~~et~~ invasores, et tumultuarios proscri-
bendos esse ex albo Studiosorum decrevit pro-
ut proscripsit et omnibus Privilegiis Studioso-
rum tam comparentes modernos Blasium Ma-
szczykiewicz et Franciscum Goldzinski, quam //
Casimirum Kopycinski privavit, nec ipsos jux-
ta Privilegia locum in Civitate Cracovien et Sub-
urbiis ejus habere debere declaravit: de quo No-
bili ac Spectabili Magistratui Cracovien et Sub-
urbiorum Praesidibus denuntiandum esse duxit,
Insuper utrumq illorum ad sumendas poenas cor-
porales centum plagarum in instanti, condemnavit.

156. Ac praeterea damnificatis nimirum Famatae Wigurzyna Actrici damna, et dolorem Reginae Sękarska propinatrici tum quoq Famato Piątkowski proportionaliter ex rebus eorum mobilibus tum et vestibus superioribus in instanti sequestratis compensare mandavit. Excellentem Seniorem Scholae Ssm Obm, quoniam justam rationem dedit quod Schola nullam clausuram habeat liberum a poenis pro hac vice pronuntiavit, monendum tamen esse duxit prout monuit, ut diligentius regimen Scholae teneat modestiae et diligentiis Studiosorum attendat, alias pro illis in casu aliquo responsurus Praesentibus Perillustri Illustris, Clarissimis et Adm Rndis MM. Adalberto Micinski U. I. Doctore Collgtae Ssm Obm Custode Joanne Rypinski Joanne Pałaszowski U. I. Professoribus et mesuprascripto Actorum Officii Praesentis Notario.

Anno Domini 1747

1. Jovis V. Januarii

Oblata Literarum pro Clmo Łuczynski

Coram Officio et Actis praesentibus Rectoralibus Universitatis Cracoviensis constitutus personaliter Excellens M. Franciscus Łuczynski, Phiae Doctor Matheseos Professor, Senior Contubernii Sisiniani obtulit ad acticandum actisq Praesentibus inserendum Privilegium introcontentum Sae Rae Mtis cum praerogativa Ordinarij Mathematici Regij et Secretariatus Sae Rae Mtis sibi gratiose collatum, petens illud ad acta

presentia suscipi et ingrossari. Officium presens
attenta petitione justa ovationi consona Privile-
gium memoratum sanum salvum ac illesum subsi-
gnatum et sigillatum suscepit et ad acta Plentia
ingrossari fecit tenoris sequentis = Augusto
III. Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ Vothy-
niæ, Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenscia Severiæ
Czerniechoviæq necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ
et Princeps Elector. Significamus presentibus literis
Nostris quorum interest universis et singulis, per-
tinere ad providam et circumspectam Regiarum gra-
tiarum dispensationem tantum de sinu munifi-
centiæ suæ largiri, quantum uniuscujusq; virtutis
et meritorum implorat mensura. Quare cum Excel-
lens ac clare doctus M. Franciscus Lucynski in
alma Universitate Cracoviensi Artium liberalium
et Philosophiæ Doctor, Matheseos Professor, Contu
bernii Sisiniani senior per claras sublimesque
ingenii dotes ac exactâ in Matheseos peritiâ Nobis
per Consiliarios Nostros commendatus fuerit, visum
Nobis est ut eundem in numerum actualium No-
strorum Matheseos Professorum ac Secretariorum
Regiorum adscriberemus et coopstaremus uti
quidem presentibus literis Nostris adnumeramus
adscribimus et cooptamus, eumq; pro reali Ma-
thematico ac Secretario Aulæ Nostræ declaramq.
Dantes et concedentes eidem plenariam salubta-
tem omnibus juribus prærogativis quibus cæteri
actuales Mathematici et Secretarii Nostri de Lege,
vel antiqua consuetudine gaudent et fruuntur,

158. gaudendi et fruendi aliaq munia ejusdem Characteris Personas concernentia obeundi. Quod ad Notitiam omnium quorum interest praesertim vero Clarissimis et Excellentibus Almae Universitatis Academiae Cracovien. Rectoribus, omnium Facultatum Doctoribus Professoribus Magistris Baccalaureis, aliisq Subselliis ac Officiis Spiritualibus ac Saecularibus deducentes, mandamus, quatenus eundem Excellentem M. Franciscum Łuczynski ab hinc pro vero et actuali Nostro Prfre Matheseos ac Secretario Aulae habeant, nominent et agnoscant, eiq de Loco Juribus praerogativis hoc munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datum Varsaviae die quinta Mensis Decembris Anno Domini Nullesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto Regni vero Nostri decimoquarto Anno — Augustus Rex. Locus + Sigilli. — Officium Mathematici Aulici una cum Secretariatu Excellenti M. Francisco Łuczynski Artium Liberalium et Phiae Doctori Matheseos Professori in alma Universitate Cracoviensi confertur. Joannes Kłosowski Canonicus Cathedralis Praemyslien. Praeptus Solecensis. S. R. M. et Sigilli Regni Secretarius. = Pro cancellariatu Illmi et Rndmi Domini Michaelis de Granus Wodzicki Decani Cathed. Crac. abbatis Wachocen. Sigillatum. Praesente me quo supra Actorum Officij Rectoralis Notario, et Bedellis almae Universitatis.

Lunae 1a Januarii

Fiscalis contra Venerabilem Cholewinski I.

Coram Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Smo M. Adalberto Micinski U. I. Doctore et Professore Ecclesiarum Collgtae SSmi Obm Cracoviae Custode. Parochialis in Luborzyca Curato Judice. Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Instigator Officij Actor principalis in termino hodierno ex citatione Literali debite ut a tergo illius apparebat executa provenienti, contumaciam Venerabilis Sebastiani Cholewinski Minorum Ordinis Clerici. Scholaris Almae Universitatis ad dandas rationes justas et legitimas cur se ad dispositionem rerum mobilium morte et obitu Gnosi olim Samuelis Wieyski derelictarum ingessit tum quoq ad producendum Inventarium rerum ac Testamentum si quod in Scriptis inveniri, pro die et termino legitime incidenti hodierno, debite citati accusavit, petens contra eum quod Juris est decerni. In praesentia citati se ad dispositionem rerum piedefuncti Generosi Wieyski ingessisse vigore Literarum missivarum Magnificae Annae Szczepanowska Vexilliferae Czerniechoviensis et eo nomine funus procurasse et Inventarium rerum conscripsisse in praesentia Adm Rndi Waryski Vicesacristiani Ecclae B. M. V. dicentis ac idem Inventarium ac Literas missivas producentis et libertatem petentis. Perillustris Dnus Judex Surrogatus supramemoratus visis ac lectis Literis

160. missivis Magnificæ Szczepanowska dispositio
nem rerum morte Generezi Wieyski derelictarum
citato præcommittentis, Citatum se legitime in-
gessisse declaravit, salva calculatione de derelictis
rebus coram quo de Jure facienda Præsentibus
Illustribus Clarissimis et Adm Rndis MM. Stani
slao Kutlinowski Doctore, Joanne Rypinski
Stanislao Mamczynski Professoribus utriusque
Jure et me suprascripto Actorum Officii Rectoralis Nrio.

1 Excellens Małecki contra Konopka

Coram eodem Perillustri Domino Judice Surrogato
ac in ejus publica causarum audientia personaliter
comparens Nobilis Joannes Rafałowicz Notarius
Apostolicus Excellentis M. Stanislai Małecki Phiæ
Doctoris, Scholæ Parochialis Vieliciensis Senioris Ci
tati Principalis Procurator in termino ex actis in
diem hodiernum provenienti Contumaciam Nobilis
ac spectabilis Magistratus Vieliciensis uti et tanquam
Actoris Principalis terminum non attentantis,
accusavit, et quoniam in termino præfixo non
comparuerunt, Citatusq paratus fuerit ac sit ad
puncta illorum contra se in terminis anterioribus
porrecta respondere, videturq actio esse vexatoria
Ideo libertatem à termino et causa suo Princi
pali dari debita cum instantia postulavit. Peril-
lustris Dominus Judex Surrogatus supramemo
ratus attenta cadentia termini hodierni, et contu-
macia Actorum pro eo non comparentium, Citatum
liberum a termino pronuntiavit. Præsentibus quibus supra.

Veneris XIII. Januarii

N. Siarkowski contra Socios Artis Typogra 161. 1.

Coram Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Domino ut supra Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Dominicus Siarkowski Typographus et Bibliopola Cracovien. juratus Actor Principalis in termino ex citatione contumaciam Joannis Gaiowski Senioris Francisci Dziedzicki et aliorum Sociorum Artis Typographicae in Causa occasione recusationis susceptionis puerorum suorum ad Metricam Sociorum artis Typographicae Citatorum ex adverso Principalium, Privilegium artis suae mediante Decreto Judicij Plen. produci in punctum non producentium accusavit, et ideo contra eos mandatum ad producendum idem Privilegium decerni postulavit. In praesentia Citatorum copiam collationatam Privilegii producentium, et quod Pueros Actoris ad Metricam Sociorum Artis Typographicae suscipere nequeunt quatuor rationes porrigentium et admitti peten. Ex adverso Actor in vim exceptionis contra productas rationes dixit, et quidem ad 1mam. quod de lege praesentandorum Congregationi toti puerorum ignoravit. ad 2dam quod reconciliatio totalis intercessit. ad 3tiam quod praeferibiliores quidem sunt Socii artis Typographicae pueris, sed quoniam ipsi sunt rixosi, negligentes, inconstantes odiosi contendentes potibusq nimium indulgentes, ideo se malle fovere pueros inscriptos et approbatos ut pote animadversioni et disciplinae ac justo rigori subjectos,

162. Ad 4tam omnem ab Citatus suspicionem oppositam tolli per id, quod pro omni facto, et attentata quod absit alicujus Scripti illiciti et inhonesti impressione sit ipse modernus actor ad respondendum in omni foro obligatus ~~ad~~ intulit, et susceptionem puerorum suorum demandari postulavit. Perillustris Clarissimus et Adm Rndus Dnus Judex Surrogatus supramemoratus suspensa negotii principalis decisione, quoniam de susceptione seu admissione puerorum agitur illis vero et signanter Michaeli Rogowski attentata colaphizatio Honesti Josephi Chrząstowski Socii actualis Artis Typographicae, et Antonio Swiradowski alteri puero ablatio rubricellarum et temerarius recessus a Domino suo obiciundi, ideo necessariam esse objectorum ex una parte probationem ex altera purgationem adinvenit, et partibus testes inducere mandavit. Tandem partes et quidem Actorea ratione percussionis Franciscum Poznanski Socium Adamum Bugayski et Stanislaum Pueros Artis Typographicae. Citata vero ratione ablationis rerum Franciscum Poznanski et Paulum Bugayski induxerunt et admitti eosdem petierunt. Perillustris Dnus Judex Surrogatus supramemoratus testes inductos admisit et eosdem in Cancellaria Officii Praesentis examinare mandavit, et terminum ad ferendum Decretum diem Lunae post octavam assignavit Praesentibus Illustribus Clarissimis et Adm Rndis M. Stanislao Kutlinowski Doctore, Ecclesiae SSmae Oo Archidiacono Stanislao Mamczynski S. Michaelis Decano, Joanne Pałaszowski SS Oo Canco, Professoribus U. J. et me quo supra Notario.

Socii Artis Sutoriæ cum Studiosis 163.

Monentur Sutores ut armis non utantur. 1.

Coram eodem Perillustri ut supra Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparentes Honesti Ludovicus Wilhelm, & Medardus Kokiel Socii Artis Sutoreæ Actores principales in termino ex citatione verbali in & contra Ingenuos Thomam Grzybowski & Joannem Gramkowski studiosos ex Schola S. Floriani Citatos proposuerunt de & super eo. Quia ipsi sibi actoribus invitantibus Hospites ad nuptias cujusdam Lorificis, & modestè se gerentibus sine ulla ratione Spathas receperunt, & ligulas sericeas duas vi & violenter abstulerunt, propterea ipsos puniri & restitutionem ablatorum decerni petierunt. In præsentia Citatorum supra scriptorum, Spathas se Actoribus recepisse ex ratione quod arma Opificibus ob evitandos tumultus deferre prohibitum est agnoscentium, & quoniam de consensu Officij Præsentis deferendi arma Actores non docent ideo illos incompetenter eadem arma portasse declarari & pro pœnis ad Seniores Contubernii Sutorum remitti petentium. Perillustris Dominus Judex Surrogatus supramemoratus auditis partium controversiis arma seu Spathas duas per Citatos Actoribus interceptas & in Officio Præsentis repositas Veddere Seniori Magistro Contubernii Sutorum per Bedellum mandavit, eundemq Seniorem monendum esse duxit ne Sociis Artis Sutoriæ arma deferre permittat idq propter tumultus evitandos, Citatos etiam ne simulta attentent monuit. & ut ligulas

 Sericeas Actoribus per manus Bedelli in instanti reddant demandavit. Praesentibus quibus supra

Martis XVII. Januarii.

1 Illustris Sattszewicz Protestatz contra Golczewski Coram Officio et Actis plenis Rectoralibus Universitatis Crac constitutus personaliter Illustris Clarissimus et Adm Rndus M. Laurentius Soltszewicz S. Th. Pfr. Matheseos Ordinarius Canonicus S. Floriani Collega major Sanus p accepta primâ notitiâ de clandestina reimpressione Calendarii sui pro Anno currenti 1747 operâ et labore sui lucubrati, in Typographia Leopoliens conficto titulo Typi Unrstis Cracoviens per Nobilem Golczewski Civem Typographum Leopoliens in praejudicium et grave damnum sui recognoscentis attentatâ, in suum verum et legitimum Plenipotentem constituit Clarissimum et Excellens M. Stanislaum de Lazy Dunczewski U. J. D. Matheseos et Ill. Pfrem Facultatis Juridicae in Unte Zamoscens Decanum constituit dans illi plenam et omnimodam facultatem de praemissis cum dicto Nobili Golczewski Jure agendi, damnum repetendi vel de illis mediis pacis cum eo paciscendi transigendi ipsum de Satisfactione praestita quietandi, alias in forma mandati plenissima cum facultate etiam alium in locum sui substituendi Praesentibus Bedellis universitatis

Lunae XXIII. Januarii

2 Nblis Siarkowski cum Sociis artis Typographicae Coram Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Dominum

Al. Adalberto Micinski U. J. D. & Pfre Ecclesiarum Collegiatae SSm Obm Custode, Parochialis in Luborzyca Curato 7 Judice Surrogato, ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Dominicus Siarkowski Typographus & Bibliopola Juratus Cracovien. Actor principalis in termino hodierno ex actis & conservatione provenien. productis depositionibus testium ad earundem lecturam descendi & ex illis Decretum definitivum ferri debita cum instantia postulavit. In praesentia Joannis Gaiowski Senioris Artis Typographicae Francisci Dziedzicki Subsenioris Francisci Jankiewicz & Josephi Kresztowski Sociorum Artis Typographicae, ratione recusationis susceptionis ad Metricam Sociorum Artis Typographicae ~~Soc~~ Puerorum Actoris Citatorum ex adverso principalium in lectionem Inquisitionum & prolationem Decreti in quantum favorabilis consentientium. Perillustris Dominus Judex Surrogatus supranominatus lectis Inquisitionibus testium Juratorum formaliter examinatorum, quoniam ex ipsis patet ex levitate & quodam familiari joco percussionem Honorati Kresztowski per Michaelem Rogowski factam intercessisse, & eandem per deprecationem in praesentia Nobilis Siarkowski uti Domini Typographiae elisam & pacificatam fuisse, ideo exceptionem Senior. Congregationis artis Typographicae contra Michaelem Rogowski oppositam evacuatam esse declaravit. Quo verò ad personam Ingenui Antony Swiradowski Pueri Actoris quoniam ex iisdem ipsis Inquisitionibus fuga ipsius partim ex metu, partim ex levitate ac inductione cujusdam Chmielowski

166. evenire eruit, alia vero objecta non plene ac sufficienter probantur ideo oppositam similiter contra eam exceptionem subsiste, non posse, nec ipsi obesse quin in metricam Seniorum seu Sociorum Congregationis Artis Typographicae suscipiatur, decere declaravit. Quo vero attinet negotium Principale ratione denegationis Inscriptionis puerorum Actorum per Seniores Artis Typographicae, attento eo quod Citati contra Privilegium procedentes post lapsum duarum septimanarum ab adventu dictorum puerorum ad Typographiam Actoris, pro inscriptione eorum non institerunt, prout instare debuerunt, quinimo per suam conniventiam eosdem apud Actorem in Arte Typographica alios per Annum alios per duos prope Annos erudiri passi sunt, et per hoc labores illorum ratificasse praesumuntur, Ideo non obstante dictorum Citatorum contradictione et exceptione dictos pueros omnes tres ad metricam Sociorum Artis Typographicae suscipere et eorum nomina ac cognomina inscribere, praevis tamen Literis legitimi Ortus et testimoniis honestae conversationis tum aliis de Jure et consuetudine circa Inscriptionem et susceptionem servari solitis requisitis, mandavit. Nihilominus quatenus Nobilis Actor praeter dictos tres pueros, Socios duos Actuales Artis Typographicae foveat injunxit, et Sequestrum super pecunia ex Officio praesens emanatum relaxavit. Decreto suo mediante Praesentibus Illustribus Clmis et Adm Rndis MM. Stanislao Kutlinowski Auctore Joanne Zypinski Stanislao Mamczynski, Joanne Pałaszowski Professoribus U. Juris, et me quo supra Notario.

Sabbato XVIII. Februarii

Cor Illustris Mamczynski Plenipotent constituit. 1

Coram Officio et actis praesentibus Rectoralibus personaliter constitutus Illustris Clarissimus et Admodum Rndus M. Stanislaus Mamczynski J. U. Pfr. Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis in arce Crac Decanus, discessurus ex mente et permissu Almae Universitatis ad Aulam Primatialem Celsissimi Principis Illmi Excellmi et Rndmi Dni. Christophori Antonij de Stupar Szembek Dei et Aplicae Sedis Gratia Archiepiscopi Gnesnen. Legati Nati, Regni Poloniae et M. D. Luth. Primatis Primiq Principis, Abbatis Commendatarii Tynecen. plenipotentes suos inscripsit et constituit Perillustres Clmos et Adm Rndos Adalbertum Micinski U. J. Doctorem Adalbertum Grzymała Sae Th. Pfrem, Casimirum Jarmundowicz J. U. Antoninum Zołędziowski Doctorem Phiae et Professores, ad omnia negotia et causas ac obtinenda quaeque Unttis Beneficia quemlibet eorum in solidum alias in forma plenissima Praesentibus Unttis Bedellis.

Lunae VI. Martii

Excellens Lipiewic constituit Procuratores 2.

Coram Officio et actis praesentibus Rectoralibus Unrstis Cracovien. constitutus personaliter Excellens et Adm Rndus M. Andreas Lipiewicz Phiae Doctor Matheseos Professor suo et totius Scholae Mathematicae nomine de expressa Seniorum ejus mandato ad Causam inter inter Excellen. M Antoninum Kocikowski et Mathaeum Temprowski Phiae Dres Matheseos Professorem occasione ignominiosae

168. concussionis dicti Excellen. Temprowski per praefatt Excellen. Antonium Koeikowski attentatae in Judicio praesen. mota et verten. sive movenda et vertenda Procuratores suos Generosos Carolum Jaworski et Bernardum Herka Notarios apostolicos, Fori Spiritualis Advocatos constituit, ad agendum et defendendum poenas urgendum et alia pro exigentia negotii faciendum Praesentibus Excellente Stanislao Ziorkiewicz Phia Dre et Pfre et Joanne Gaiowski Bedelho Unist.

1. Nobilis Sosnicki cum Collegis Minoribus

Coram Magnifico Perillustri et Rmo Dno M. Joanne Lukini U. I. Dre et Studii Gnrlis Unistis Cracovien. Rectore ac in ejus publica Causarum audientia perstr comparens Nobilis Thomas Sosnicki Arendator Fundi Gramatyska suo et Consortis suae nomine Actor Principlis in termino hodierno ex citatione literali et Inhibitione incidens ac provenien. accusata contumacia Clarissimorum Praepositi Consiliariorum totiusque Communitatis Professorum ac Magistrorum Collegii Minoris citatorum inquantum pro die et termino hodierno non comparentium Inhibitionem contra eosdem super eo. Ne ipsi quovis praetextu quaesito colore et ingenio, directè vel indirectè tacite vel expressè per se vel per alias quasvis submissas et subordinatas personas. suprascriptos Actores in possessione certi fundi Grammatyska nuncupati ad Cracoviam penes Lobzow siti vigore Contractus seum citatis seu inhibitis inito per dictos Actores possessi, ex quo Actores ad mentem ejusdem ante medium Annum de expiratione seu potius rumatione de tenuta avisati non fuerint, Contractuique praeallegato in tempore

satisfaciant, prout et ad præsens rathaᵐ solvi solitam sibi
Citatis solverint seu solvendam obtulerint, ac stantibus
prætensionibus ex prædicto Contractu pullulantibus in
rem fundi erogatis a tempore possessionis suæ fati
fundi habitis in seorsiva scheda productis intertur-
bare, molestare, inquietare, Contractum cum quopi-
am alio respectu ejusdem fundi mire audeant et
præsumant, idq tamdiu quousq per Nos Judiciumque
Nostrum Rectorale super præmissis cognitum præsenq
Inhibitio relaxata non fuerit, sub pœna trecentarum
Marcarum in specie irremissibiliter extendenda, ex
Cancellaria Officii Rectoralis emanatam et debite ut ap
parebat executam seu intimatam in suo robore con-
servari debita cum instantia postulavit. In præ-
sentia Clarissimi et Adm Rndi M. Antoni Woycie-
chowski Phiæ Dris et Pfris Collegii Minoris Præpositi
totiusq Communitatis Magistrorum Collegii Minoris
Citatorum ex adverso Principalium salvisq et præ-
missa protestatione contra Actores de indebita impe-
tione ac evocatione ad Judicium præsens, petita Par-
tis non debere fieri ex eo. Quod licet si scierint Acto-
res in anno et mense currentibus eisdem Contra-
ctum super fundo Grammatyka dicto exspirasse, nul-
lum tamen recursum ad Clarissimum Præpositum
sive pro recipiendo novo Contractu, sive pro aperi-
enda mente sua, quod amplius nolint Contractum
recipere fecerunt, quinimo dum idemmet Clmus
Præpositus (: penes quem gubernium Domus extat :)
Illustrem Angielski Canonicum Colltæ Sæ Annæ Cracovien
pro amico ad Actores miserit, nihilominus Actores
nullam resolutionem finalem, utrum velint reci-
pere Contractum dederunt, quinimo solis nonnisi imag-
inariis prætensionibus habitis eundem missum Amicum

Acto. expedierunt, talitery se comparentes liberos estare
cuicung Contractum super fundo prefato dare. Et
licèt florenos triginta quasi pro Quartuali cinerum
Clmo Proposito ipsemet Nobilis Sosnicki furore in-
census obtrudebat, attamen cum nullum recursum
pro recipiendo in futurum Contractu prefati Nōles
Sosnicke fecerunt, eundem Clarissimum Præpositum
obtrusam quotam nec debuisse nec potuisse peresse-
re dicentibus, Inhibitionem uti spoliativam rela-
xari, Actores pro injusta vexa puniri, & deocupati
onem fundi decerni petentium. Ex adverso citatos
se Actores de non tenuta fundi mediante Contracta
ante medium annum avisare sese obligasse, & quo-
niam in tempore utili ad mentem Contractus se Actor.
non avisarunt, consequenter possessionem Actorum
acceptarunt etiam ex eo, quod se Actores eodem Contra-
ctu semper proprios possidendi fundi declararunt,
prout ex eodem Contractu deducitur. Tum quod proro
gatio Contractus per citatos in elusionem sui finieda-
ta Anni, dieig sit facta replicarunt, ut supra pro
conservatione institerunt. — In contrarium
quoniam ex superabundanti Citati moderni utre
spective Clarmus Prōptus Amicum ad explorandam
mentem Actorum, utrum velint Contractum recipere
miserunt, prout ex testimonio ejusdem Amici consta
quid proditur, quæ facere non tenebantur, Acto-
res verò tantô beneficiô abusi nullam resolutionem
dederunt Amico misso, proinde se comparentes ci
tatos liberos estare ad dendum Contractum cuicung
Et quoniam Actores ad præmissa nihil dicunt,
ideo ad deocupandum ut supra stringi petunt.
Quantum verò ad apertas productas pretentiones
quæ respiciunt triennium primum, quoniam

post expirationem primi triennii nullam de illis mentionem A. 71.
Comparentibus modernis, Actores fecerunt, beneficiumq
a comparentibus obtinuerunt, quod majorem summam
non exigebant pro triennio secundo ideo ejusmodi prae-
tensione obstante praetensione reiici. Quantum vero
ad alias assertas praetensiones secundi triennii, quo-
niam Actores sese Contractu obligarunt, quod nullam
defalcationem praetendent, ideo iisdem ad praesens lo-
cum non esse declarari petierunt. In oppositum
quoniam juxta Contractum de non tenuta in tem-
pore utili se actores non avisarunt, nec aliquas quie-
tationes de praetensionibus habeant, ideo ad respon-
dendum iisdem praetensionibus stringi petunt. In contra
Citatos semper paratos fuisse ad dandum in futurum
Contractum Actoribus et ad praesens paratos esse cum
justis et possibilibus conditionibus, sed quoniam ipsi-
met Actores contractum recipere renuunt ideo ut supra
petierunt. Quantum vero ad quietationes de assertis
praetensionibus easdem dare non fuisse obligatos cum
Actores nullas praetensiones pro illo tempore sibi Citatis
exhibuerunt, et ad exhibitionem vigore Contractus non
tenentur, ex quo sine ulla defalcatione fundum se pos-
sessuros obligarunt. Magnificus Dominus Rector
supramemoratus Inhibitionem in suo robore conserva-
vit, Et quoniam Citati paratos se offerunt Actoribus
Contractum pro futura tenuta fundi Grammatyka
dare Ideo Actoribus pro obtinendo eodem Contractu si
eundem habere optant viam liberam recurrendi reser-
vavit, Et interim ad discutiendas praetensiones ab
Actoribus porrectas ne Citati per processus a suis
Lectionibus et Officiis abstrahantur Illustres Joannem
Patasiowski U. I. Pfrem et me Notarium Actorum Officij
sui deputavit cum facultate combinandi et decidendi.
Et ut hoc negotium intra octavam expedialis decrevit,

172. et terminum conservavit, appellant Citati a puncto conservatae Inhibitionis ad quem de Jure alias ordine Academico. Sed Magnificus Dnus Rector eandem appellationem refutavit. Praesentibus Perillustri Illustribus Clnus et Adm Rndis MM. Adalberto Micinski Doctore Joanne Rypinski Joanne Batasiowski Professoribus utriusq Jure et me quo supra Notario.

1. Kocikowski contra Tęprowski

Coram Magnifico quo supra Rectore, ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Excellens M. Antonius Kocikowski Phiae Doctor Contubernii Hierosolymitani Senior Actor Principalis in termino ex citatione verbali productis Articulis contra Excellens Tęprowski Philosophiae Doctorem Matheseos Professorem Citatum eundem ad respondendum iisdem juris mediis stringi postulavit. In praesentia Citati ex parte Perillustris Provisoris ejusdem Contubernii Consiliarii Salvis ac praemissa solenni protestatione de interceptione Actoratus inhaerendo suae manifestationi coram Legali Excellente Franchi die Lunae 13 Feb. quam producit factae, salvaq reconventione contra Actorem respectu injuriarum personalium ac laesionum sibi per Actorem illatarum copias assertarum praetensionum ad primam Juris sibi dari petens. Ex adverso Actor pariter copias manifestationis sibi concedi postulavit Magnificus Dnus Rector petitas ab utrinq copias utriq Parti concessit ad primam Juris et terminum conservavit Praesentibus quibus supra

Lunae XIII Martii

2. Tęprowski cum Kocikowski

Coram Magnifici Domini Rectoris Judice surrogato

Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Domino M. Alberto 173.
Micinski U. I. Doctore et Professore Collgtae Ssm Obmi
Cracoviae Custode et in ejus publica Causarum audien-
tia personaliter comparens Excellens M. Matheus
Tęprowski Phiae Dr Matheseos Pfr. in Contubernio
Hierosolymitano ex parte Perillustris Provisoris
Consiliarius Originaliter citatus Salvis pro prae-
missa contra excellentem Actorem de laesiva sui per
articulos in anteriori termino productos sibiq communi-
catos circumscriptione protestatione, eaq repeti-
ta iterum. quod parem sibi professorem circumscripse-
rit in termino hodierno ex actis provenienti con-
tumaciam ejusdem Actoris ad praesens Judicialiter com-
parentis et causam suam non attentantis accusavit
ipsum in objectis succubuisse declarari, poenas condi-
gnas pro illicita sui Iure Actoris suiq Comprofesso-
ris concussione ac illata per totamq Civitatem Cra-
coviensem sparsa infamia totum Statum Facultatis Phi-
losophicae ac Matheseos Professorum perstringens pu-
niri aliàs pro tanto ausu eundem ante omnia Officio
Semioratus privari, imo ad tollendam infamiam
etiam de Universitate proscribi, poenasq corporales
ubi de Jure venerit ex ipso expetendas sibi reser-
vari debita cum instantia postulavit. In praesentia
Excellens Kocikowski Actoris originaliter Salvis
quoniam Citatus ad articulos sibi communicatos non
respondet, ideo ad respondendum eundem stringi postulavit
Ex adverso Citatus originaliter praemissa solenni protestatione
de tergiversatione et subterfugiis à Causa, quoniam
Actor in Judicio praesenti ad stans causam attentare
renuebat, non teneri ad respondendum, intulit, alias
praemissa solenni protestatione de calumniosissima
sui per praetensos articulos circumscriptione, salvisq

174 majoribus pœnis ratione majoris læsionis sui honoris
per hujusmodi circumscriptionem contra ipsum expe-
tendis, repetitaq solenni protestatione contra Actorem
de interceptione Actoratus, quod devoluta ad Perillum
Provisorem Contubernii Caus â Pleuti, non expectataq
finali resolutione illius, ut quodammodo colorisata
illius aesi excusatio majorem in Judicio Pleus posset
habere fidem, idem Actor pro adcitando se recursum fe-
cerit, salvaq reconventione contra ipsum respectu
læsionum et qualificatarum injuriarum cum gravi
alumnorum illius Contubernii scandalo suiq contemptu
sibi illatarum faciendæ; quoniam Actor se verius male
volus sui accusator competenti titulo, ex quo sit Consi-
liarius ex parte Perillustris Provisoris non vero alu-
mnus ut studiosi vocari consueverunt se citatum
spoliavit, ideo non teneri ad respondendum assertis
illius prætensionibus nisi eodem titulo sibi competenti
addito intulit. In contrarium Actor titulum Con-
siliarii esse Citato accidentalem nec ad causam fa-
cientem, ac proinde n̄ esse additionem necessariam
ipsius ad Pleus replicavit. In oppositum Citatus
præmissa protestatione de ademptione competentis
tituli, quoniam Actor non negat se ~~est~~ Citatum esse
Consiliarium, ideo se in toto Processu scribe debere
Consiliarium duplicavit. — Perillustris Clmus et
Adm Rndus Dnus Judex Surrogatus supra memoratus
attento eo quoniam Citatus constitutus est Consilia-
rius Contubernii Hierosolymitani ex parte Perills
Provisoris, nec de ademptione istius tituli privati con-
stat, nec tempus electionis Consiliariorum pro sequen-
ti Tri Semestri supervenit, ideo salva per totum Pro-
cessum istius tituli Citato retentione, directè re-
spondere mandavit. — Tandem Citatus repetitis

ut supra protestationibus quoniam Copia duntaxat quaedam non vero articuli Judicialiter producti seu assertae praetensiones sunt sibi communicatae, potuerunt q. iidem Judiciales producti articuli per actorem fabricari, alterari immutari addi vel minui, ideo eosdem originales articulos productos cum copia sibi communicata confrontari debere declarari, sive hujusmodi originales communicari ad primam Juris mandari flagitavit. In praesentia Actoris quoniam Citatus in anteriori termino duntaxat copias articulorum petebat, ideo ejusmodi copiae fuerunt eidem communicatae. Quantum vero ad confrontationem petitam eidem locum non esse, cum sibi Actori liberum sit materiam articulorum ante responsionem Citati, et circumstantiam facti sufficientius describere dicentis et ut supra petens. Perillustris Dominus Judex Surrogatus petitam confrontationem ad primam Juris concessit Citato et terminum conservavit. Praesente Perillustri Chmo et Adm Rndo M. Stanislao Kutlinowski U. I. Dre et Pfre Eccle Collgtae SSm Obm Crac. Archidiacono et me quo supra Actorum Officij Rectoralis Notario.

1. Mercurii XV. Martii.

Kocikowski cum Temprowski

Coram eodem quo supra Magnifici Domini Rectoris Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum Audientia personaliter comparens Excellens M. Antonius Kocikowski Phiae Doctor Contubernii Hierosolymitani Senior actor Principalis in termino hodierno ex actis proveniens Contumaciam Excellens M. Mathaei Teprowski Phiae Doctoris Matheseos Professoris, in Contubernio Hierosolymitano ex parte Perillustris Provisoris constituti Consiliarii Citati ex

176. adverso Principalis quatenus pro die et termino hodierno non comparent et ad articulos sibi communicatos non respondentis accusavit, et in ejus contumaciam quod Juris est decerni postulavit. In praesentia Citati Salvis inhaerendo protestationibus in terminis anterioribus factis tum Manifestationi coram Actis Notarii Publici 13 Februarii alias postridie post illatam sibi injuriam factae, partique communicatae excipiendo contra assertos articulos Actoris dicentis et quidem ad primum juxta Schedam. In praesentia Fiscalis Officii Rectoralis ad causam praesentem interveniens quoniam articuli 18. 19. per Excellentem Seniorem contra Excellentem Tesprowskei Judicialiter ad praesens lecti non servatâ reverentiâ Judicij praesentem sunt morosi, ideo pro non servatâ in Judicio modestia pro poenis contra Actorem respectu hujusce morositatis instantis et easdem poenas contra illum decerni petentis. Ex adverso Actor quantum ad allegata partis Citatae quoad legitimationem Actoratus, se Actorem uti Seniorem ac Superiorem ad quem spectat et pertinet super omnes sub Jurisdictione sua existentes honestatem modestiam ac observantiam in toto legum Contubernalium ut custodiant et observent attendere, agere consequenter actorem esse legitimum dixit. Quantum verò ad allegationem quod eundem de non pernoctationibus non monebat, eandem esse irrealem, cum partim per se eandem moneret, partim etiam de praemissis Perillustri Provisori deferret. Quantum verò ad alia allegata quoniam in nullo sunt fundamento constituta ideo eadem reiici, et ad respondendum directe stringi.

Quantum verò ad interventionem Fiscalis eam esse 1.7.
inattendibilem, ex quo modernus Actor vigore
Legum Contubernalium de honestate agit. Per illus
et Adm. Rndus Dominus Judex Surrogatus auditis
Partium controversiis quoniam articuli 2dus, 8vus,
9nus et reliqui usq ad 19num inclusive ad Cau-
sam Plenam non quadrant, suntq inveterati et præ-
posterè ad Judicium Plenus per Actorem odio litis ut
præsumitur illati, ideo eosdem ad præsens non ha-
bere locum declaravit. Nihilominus Fiscali re-
spectu eorundem articulorum contra utrumque
tam Actorem quam Citatum Salvam Actionem re-
servavit, etiam eorum pro quibus interventionem
fecit. ad reliquos vero Actoris Articulos Citato re-
spondere mandavit. Tandem Actor qui supra
accusata contumacia Citati ad articulos 1mum
3tium 4tum, 5tum 6tum 7mum non respondentis
petiit eundem ad respondendum Stringi. et man-
datum quodvis necessarium relaxari. In præ-
sentia cujus supra citati Salvis ut supra juxta
Schedam respondentis — Præsente Procura-
tore Illustris Clarissimi et Adm. Rndi M. Lau-
rentii Satszewicz Ordinarii Scholæ Matheseos
Professoris ratione ignominiæ in persona
Excellentis Temprowskei Comprofessoris Scholæ
Matheseos per concussionem factam attentatæ
interveniente. et quoniam Actor eandem con-
cussionem non negat, quinimo per puncta
in Judicio præsenti producta eandem attentas-
se fassus est, ideo pro pœnis ratione factæ
ignominiæ Scholæ Matheseos, instante, alias
‡ Nobili Carolo Jaworski Nrio Aplico

178. pro tollenda hujusmodi ignominia pro proscri
ptione Actoris ex Universitate instante. In
praesentia quoque Fiscalis Officij Judicii prae
sens ad causam praesentem ex ratione Scanda
li per Excellens Seniorem causati, quod pa-
rem sibi Comprofessorem concutere ac flagro
converberare praesumpsit, Studiosis seu Alumnis Con
tubernii exhibiti intervenientis eundemq Excellens
Seniorem pro hujusdi Scandalo, et quod non facto ad
Superioritatem, si quam ab eodem Excellens Teprowski
illatam sibi habebat injuriam recursu, plurimum
sibi super personam illius tanto magis Officio Consiliari
atus ex parte Perillustris Dni Provisoris fungens au-
thorizavit, ex quo attentatam qualificatam percus-
sionem Excellenti Seniori in suis articulis non negat,
puniri, salvo processu ulteriori inter eosdem quo
ad alias praetensiones petentis ac pro extensione pae
narum instantis. Ex adverso Actor se ad proban-
dum Articulos admitti petiit. Quantum vero ad
reconventionem quo ad communicationem asser-
tarum literarum Missivarum Generosi Janicki
ad communicationem earundem se Actorem non
fuisse obligatum. Quantum vero ad assertas inju-
rias ultra Protestationem specificatas, specificari,
alias vero reconventiones assertarum injuriarum,
in protestatione calumniosissime descriptarum
veras esse negavit. Quantum ad interventionem
per Nobilem Carolum Jaworski Notarium Aplicum
quasi per Illustrem Saltszenic factam, eidem
ad praesens locum non esse, partim quod man-
datum ab universa Schola Mathematicorum non
non producit, partim quod Schola Matheseos

non sit distincta à Facultate Philosophica, nihilq per se ultra Facultatem operari posse, partim quod totum negotium à probationibus dependeat. Quantum ad interventionem Fiscalis eidem pariter locum n̄ esse ex præmissis rationibus contra Interventionem ex parte Nobilis Jawors lei quasi Procuratoris Illustris Saltszewicz oppositis. Ex adverso Procurator Scholæ Matheseos interventionem vigore mandati coram actis officii Plenæ nomine totius Scholæ Matheseos factam ad quod se refert replicat, et quoniam temerarie negat, ideo eundem ratione temerariæ negationis puniri, et pro pœnis ratione ignominiæ illate instat. In contrarium Citatus, præmissa de temeraria negatione ac salvis majoribus pœnis se ad probandum contenta suarum reconventionum admitti, et quoniam Causa præsens stantibus interventionibus ad Plenæ factis respectu qualificati scandali, suiq Citati gravis percussionis vertitur, quod scandalum et factum nonnisi per alumnos Contubernii Jurisdictioni Actoris subiectos probari potest, quorum in perhibendo testimonio uti sub metu Jurisdictionis Senioralis manentium contra justitiam pugnare eædem depositiones in sua fide vacillarent, aliàs iidem testes pejerare possent, tantò magis cùm iidem testes sint jam per Actorem instructi ac ultranee se ad testificandum ingerentes, ideo ad tollendum metum iisdem testibus, amovendumq tantisper in populo sparsum scandalum, ac ne causæ aliquod præjudicium generetur Actorem ad decisionem causæ Plenæ ab officio Senioratus ac Studij Dialectices suspendi, et regimen alicui viro probo committi petiit Perillustris

180. Dominus Judex Surrogatus reconventiones Citati ac pariter partem utramq ad probandum admisit. Quo vero ad interventionem Scholae Mathematicae nomine illatam, illam ex ratione quod Mathematici sunt de corpore Facultatis Artistarum, Illustris vero Decanus ejusdem Facultatis cum Facultate praefata Artistarum non intervenit. non esse admissibilem declaravit. Interventionem vero Fiscalis ad reservatam contra utramq Partem Decreto superiori actionem, remisit. Quantum attinet illationem Citati rne Suspensionis Actoris ab Officio Senioratus Contubernii et Studio Scholae, illam ex rationibus animum suum permoventibus pro insubsistenti sententiavit. Et testes ab utrinque pro ~~pro~~ prima Juris adcitare et inducere mandavit Appellat Citatus ad quem de Jure, pariter etiam Procurator Scholae Mathematicorum appellat ad Quem de Jure, sed appellationes eorum ~~Magi~~ Perillustris Dominus Judex Surrogatus refutavit. Praesentibus quibus supra

Lunae XX Martii

1. Religiosus Perzynski contra Executores Excellentis olim Zaczynski

Testamentatoria. Coram Mfco quo supra Rectore ac in ejus publica causarum audientia comparens personaliter Nobilis Joannes Rafałowicz Notarius Apostolicus Adm Rndi ac Religiosi Patris Theodori Perzynski S. Th. Magistri Ordinis Carmelitarum antiquae observantiae Actoris Principalis Procurator in termino hodierno ex citatione literali de-

ut apparebat executa provenienti contra citatos in- 181.
frascriptos verbo proposuit. Quia ipsi de fortuna
et rebus derelictis post fata Excellentis olim M. Sta-
nislai Rzączowski Phiae Doctoris et Pfris ex ordi-
natione Magnifici Sui Rectoris ad suam dispositi-
onem devolutis et acceptis nihil sibi Actori uti su-
pradicti Excellentis Rzączowski Consanguineo dare
et consignare volunt, ipsos propterea ad dandam
aliquam fortunae particulam stringi debita cum
instantia postulavit. In Praesentia Excellentis
Mathaei Sęprowski Phiae Doctoris suo et Illustris
M. Stanislai Mamczynski N. I. Pfris Coexecuto-
ris sui ex Officio Praesenti dativi Citat~~orum~~ ex adver-
so Principalium salvisq et praemissa de indebita
vexa ante omnia de mandato doceri, et aliàs sal-
va productione mandati Actorem ante omnia de
legitima suorum superiorum assistentia doceri
petens Ex adverso Procurator Actoris mandatum
futuro in termino tum et consensum suorum
superiorum se productorum obtulit, et Citatos
ad respondendum propositioni stringi postulavit.
Magnificus Dominus Rector supramemoratus
quoniam neq Procurator Actoris de mandato, neq
ipse Actor de assistentia suorum superiorum
seu de consensu eorum ad agendum dato docent,
sed Actoris Procurator utrumq se modo primum
in futuro termino productorum submittit, ideo
submissionem illius approbavit, et tam con-
sensum quàm mandatum pro secunda Juris
producere mandavit et terminum conservavit, Prae-
sentibus quibus supra

182. Nblis Lier contra Excellens Lipiewicz

NB Pro contumacia pœnæ decernuntur.

1. Coram Magnifico quo Supra Rectore ac in ejus publica Causarum Audientia personaliter comparens Nblis Joannes Lier Mercator Civis Cracoviens Actor Principalis in termino ex citatione literali pro tertio emanata et debite ut apparebat executa provenienti contumaciam Excellentis Michaelis Lipiewicz Phiæ Dris, Scholæ Parochialis B. M. V. Senioris ad Judicium Plens de et super eo; Quia ipse Actori quadraginta quinque Florenos Polons debitos multoties amicabiliter requisitus solvere n vult et recusat, legitime citati, et nec per se nec per suum legitimum Procuratorem comparentis accusavit, et in hujusmodi illius contumaciam petit. Solutionem decerni et mandatum quodvis necessarium ex Cancellaria Officij sui relaxari mandari debita cum instantia postulavit. Magnificus Dominus Rector Supramemoratus citatum ultra horam audientiæ expectatum et non comparentem contumacem prout merito reputavit, et contumaciam illius ter citati pro lite contestata declaravit Debitum florenorum 45. Nobili Actori intra spatium unius mensis solvere mandavit sub pœnis arbitrariis in casu renitentiæ decernendis. Pro affectata verò contumacia ad duos Actus Præsidentiales in Philosophia absolvendos eundem Citatum condemnavit, et præsens Decretum tam dicto Citato, quam Illustri Decano Artisticæ Facultatis intimare mandavit Decreti Plens vigore mediante Præsentibus quibus supra

H. Cepigowski cum Gnosa Kossowa 183.
ratione depositionis testimonii

1. Coram eodem quo supra Magnifico Perillustri et Rndmo Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Famatus Mathias Cepigowski Civis Casimiriensis Actor Principatis in termino hodierno ex Citatione, testes nimirum Vblem Casimirum Paszkowski Scholae SSmi Corporis Xsti Officialistam, Sebastianum Trąbski et Michaelem Bukowiecki Citatos in Causa sibi per Generosam Mariannam Kossowa in Officio Consulari Casimiriensi ratione contentorum in Processu sibi intentata induxit, et eosdem admitti, ad interrogatoria porrecta examinari mandari dictaq eorum ac depositiones in occluso rotulo ad Officium Consulare Casimiriense remitti debita cum instantia postulavit, Accusata contumacia Generosae Mariannae Kossowa pro termino hodierno ad excipiendum si quid habet contra testes inductos avisatae seu citatae per Bedellum Offey Praesens, non tamen comparentis. Magnificus Dominus Rector Almae Universitatis Cracoviensis supramemoratus testes per Actorem inductos in contumaciam Magnificae Mariannae Kossowa ad excipiendum contra eos, et ad auscultandum eorum juramentum non comparentis, admisit et eosdem juxta porrecta Interrogatoria examinare praevio corporali de dicenda veritate juramento atq illorum examen in occluso rotulo ad Officium Consulare Casimiriense remittere mandavit Praesentibus quibus supra et me quo supra Notario.

184.

Martis XXI. Martii

1. Oblata Privilegii Pictorum & Decreti Stephani Regis

Coram Officio & Actis præsen. Rectoralibus Unr̄sitis Cracovien. constituti personaliter Nobiles & Eximii Viri Dominicus Maria Mangini Florentinus Christophorus Lisowski & Josephus Komoniecki Artis Pictoriæ Magistri suo & totius Congregationis Pictorum in Urbe Cracovien. nomine, obtulerunt ad ingrossandum Privilegium Sæ Regiæ Mtis Serenissimi Augusti III. Poloniarum Regis feliciter nunc regnantis, alterius Privilegii almæ Universitatis Cracovien. eidem Congregationi dati approbatorium seu confirmatorium de Datum Varsaviæ die quinta Men. Xbris anno immediate elapso 1746. petentes illud, pariter & Decretum Serenissimi olim Stephani Regis favore Magistrorum artis Pictoriæ Anno 1583. Cracoviæ feria tertia post festum S. Bartholomæi Apostoli proxima latum ad acta præsentia Rectoralia suscipie ingrossari. Officium præsens Rectorale attenta ipsorum justa petitione dictum Privilegium ac Decretum Serenissimorum Regum actis præsen. inserenda suscepit, Originalia vero ipsa suprascriptis Exhibitoribus reddidit, qui de redditis Officium præsens quietaverunt. = Privilegii de quo supra fit mentio tenor est talis = Augustus III. Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Mazoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volchyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smolensciæ, Severiæ Czerniechoviæque necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector. Significamus præsentibus literis Nostris quorum

interest universis et singulis harum notitiam habitu-
ris, exhibitas esse Nobis Literas Congregationis Artis
Liberalis Pictoriæ per Universitat Academiæ Cracovien-
sis omnium Scientiar- et Artium Liberalium Matris,
præfatæ Congregationi Artis Liberalis Pictorum collatas
cum approbatione Articulorum adinvicem conscriptor-
atq cum admissione ad omnia et libertates Personis Uni-
versitatis Cracovien- servientes, manu Magistri Casi-
miri Patassowski Sacræ Theologiæ Professoris Stu-
dii generalis Universitatis Cracovien- præsentanei
Rectoris, de unanimi consensu totius Universitatis
subscriptas et sigillo munitas. Supplicatum est
Nobis per certos Consiliarios Nostros, ut eas dem
Literas authoritate Nostra Regia approbare et
confirmare dignaremur; quarum quidem Lite-
rarum tenor sequitur est q talis = Magister
Casimirus Patassowski, Sacræ Theologiæ Professor,
Collega Maior, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti
Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonicus, Cur
lovien- Decanus etc. Studii generalis Univer-
sitatis Cracovien- Rector = Universis et sin-
gulis quorum interest, aut quomodolibet in fu-
turum interesse poterit notum facimus: Quomo
do coram Nobis Judicio q Nostro Rectorali persona-
liter comparentes Egregii ac Honorabiles Do-
minicus Maria Mangini, Andreas Egger,
Lucas Ortowski, Joannes Albrykiewicz, et ce-
teri inferius specificati ac in Instrumento Ar-
ticulorum manibus suis subscripti Artis libe
ralis Pictoriæ Magistri sive ex totius Congre
gationis suæ nomine produxerunt condito-
nes seu articulos infrascriptos, per omnes et
singulos Magistros Socios et Alumnos Artis Pi-

ctoria observandos, eosdemq in omnibus punctis
et nedibus universis approbavi et ratificavi, volum
authoritatis et perpetuæ firmitatis habere declarari,
Decretumq super eo fieri postulantes, quorum
quidem Articulorum seu Statutorum tenor sequi-
tur et est talis = Nos infrascripti Artis liberalis Pi-
ctoriæ Magistri cupientes antiquis moribus congre-
gationem nostram artis liberalis Pictoriæ in bono
ordine conservare, eandemq Congregationem Privile-
giis Sacræ Regiæ Majestatis prædem institutam, de-
inde calamitate temporum et vicissitudine rerum
penitus extinctam ad pristinum statum restituere,
infrascriptos Articulos ex antiquis Privilegiis Congre
gationi prædictæ Artis liberalis Pictoriæ servien-
tibus descriptos, recurrendo ad almam Universi
tatem Inclytæ Academiæ Cracoviensis ubi omnium
Scientiarum et artium Liberalium Magistram re-
curvimus, ut inter alias Scientias et artes libe-
rales locum habere possimus, utq Congregatio-
nem Nostram in gremium artium Liberalium
suscipiat exposcimus, et pro meliori Congrega-
tionis Nostræ Ordine, hos Articulos per omnes
Pictores nunc et pro tempore existentes perpe-
tuo observandos volumus. Primò Ad Congrega
tionem Nostram non prius Magister futurus Ar-
tis Pictoriæ sive Socius sive alumnus vel puer,
ad eandem artem applicandus suscipiatur, ni-
si prius Literas recommendatorias bonæ
conversationis produxerit. Secundo Ut sit Fi
dei Orthodoxæ Romanæ et de Hæresi non suspe-
ctus. Tertio Magister sive Socius Artis Pictoriæ
peritus non debet operam alteri præripere

neq suscipere, nisi priori pro præstitis laboribus Sa- 187
tisfiat à Conductore. Quartò Nemo audeat ratione
Picturæ Contractum facere ad Artem Pictoriam exer-
cendam præter Pictores in Congregatione contentos
non tantum in Urbe Metropolitana Cracoviensi sed
etiam in loco septem milliaribus ab urbe distante.
Aulici verò Pictores propter commodum suorum Dr-
minorum, imagines tantum libere pingant, et se non-
ingerant ad alias picturas extra Curiam Domini,
sui, nisi eandem Congregationem amplectantur.
Quintò Quod si Socius ejusdem Artis Pictoriæ in
Magistrum vocari voluerit, prius Artis suæ do-
cumentum, videlicet specialem picturam bonæ
Artis demonstrare tenebitur, idest aut imaginem
Crucifixi Domini Nostri Jesu Christi agonizantis,
aut Beatissimæ Mariæ Virginis unigenitum in
sinu portantis, aut Sanctum Georgium equo insi-
dentem, quam imaginem sub uno titulo propter de-
monstrationis perfectæ Artis elaboratam circa
Universitatem pro memoria relinquendam Magi-
stri prius recognoscere debebunt, recognitisque
seu expeditisq votis suis, pluralitate servata
liberis, Rectori Magnifico eundem Neomagistrum
præsentare, et in album Congregationis prævia ap-
probatione et consensu Rectoris Magnifici inscri-
bere tenebuntur, hoc adjecto quod sub titulo Ar-
tis Pictoreæ complecti debeant, non tantum
coloribus variis pingentes, sed omnes argenteis
sive aureis plagulis, vel foliis per artifices
Goldslagerii dictos elaboratis operantes, sive
auri vel argenti pigmenta exercentes. Dein-
de viduas Maritis defunctis derelictas, à benefi

188. cio Artis pictoriæ per Socios ejusdem Artis exercendæ (: quodsi voluerint :) non amovendas esse volumus. Sexto Alumnos ad artem pictoriam aspirantes quilibet Magister suscipere potest propria authoritate, non tamen in Socium creare, nisi accedente omnium Magistrorum consensu et consilio, qui alumnus ad alium Magistrum deserto priori, transire non potest, sed si male tractatus, aut sufficientiâ non fuerit provisus, ad alium Magistrum seniorem suam injuriam prius deferre debet vel in casu denegatæ tutelæ, ad Rectorem Magnificum Universitatis recursum facere potest. Septimo Nemo Magistrorum alteri ejusdem Artis Magistro Socium vel alumnum avocare, quovismodo ex prætextu audeat, vel in Operis licitatis & contractu pactis supplantare præsumat, salvo tamen pretio ad libitum Conductoris reservato, ita, ut si prius aliquis Magistrorum conventus fuerit, & excessivam laboris sui mercedem proposuerit, non tamen contractum iniverit, licitum erit alteri eandem Operam suscipere. Octavo Nemo Sociorum vel alumnorum operam aliquam seu imaginem pingere vel divendere audeat sine consensu sui Magistri, eò magis Magistrū suum deserere minimè licebit, nisi ex justis & legitimis rationibus, in Congregatione proponendis Nono Itis omnibus Articulis prout Magistri, Socii, & Alumni omnes & singuli parere debent ita, ut super contravenientes pœnam

centum marcarum ad cistam et necessitat congre-
gationis tum ad pia opera per medium applican
da, vel alia pœna pro exigentia Rei vel facti arbi
travia extendentur. Decimo Locum congrega-
tionis privatæ apud Senioren per totam Congrega-
tionem liberis votis eligendum, et per Rectorem
Magnificum Universitatis approbandum esse
volumus. Quo verò ad creandum Magistrum et cogni
tionem operis modo quo supra per Magistrum
authorizandum exigendi seu pingendi in Lectorio si-
ve loco alio per Rectorem Magnificum Universitatis
designando exposcimus. Undecimo ad augendum
cultum Divinum in Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ
Ministerium S. Lucæ Patroni Nostri sumptibus Congre-
gationis Nostræ procurare spondemus, et quolibet
Anno Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro defunctis
Confratribus procurare debemus, cui omnes Magi-
stri Socii et Alumni adesse debebunt sub multa
grossorum viginti Polonicalium. Ad extremum in omni-
bus causis personalibus Judicium Rectoris Magnifici
agnoscimus, eidemq; parere, et judicato satisfacere de-
claramus. In aliis verò causis utpote fundi Fori
competens agnoscimus. Cum præpeditoribus quibus-
vis in aliena Jurisdictione existentibus non aliter
processum formare volumus nisi cum assistentia
Rectoris Magnifici servato Reifero. Nos verò uti Al-
mæ Academiæ Universitatis Cracoviensis incorporati non
aliud Forum agnoscere volumus, nisi Rectoris Ma-
gnifici Almæ Universitatis Cracoviensis Datum Crac-
oviæ die secunda Mensis Januarii Anno Domini
millesimo septingentesimo quadragesimo quinto.
Dominicus Maria Mangini Florentinus Joannes
Albrykiewicz Polonus, Lucas Ortowski Polonus, And

190 Cencler manu propria, Gabriel Dorayski Polonus, Bonaventura Batkowski Polonus, Joseph Komoniecki Polonus, Krzysztof Sikorski Polonus, Stanisław Rzepka Polonus, Joannes Hodynski Polonus. Wawrzyniec Brocki Polonus, Michał Zielenski Polonus, Martinus Stachowicz Polon.s, Andr. Drozenski Polonus Piotr Papucinski Polonus, Krzysztof Lisowski Polonus. Jan Klimecki. Nos itaq M. Casimirus Pałaszowski Sæ Theologiæ Pfr. Studii Generalis Universit.s Cracovien.s Rector Supplicationi ejusmodi uti justæ et æquitati consonæ annuendo eandem Congregationem Pictorum uti Artis Liberalis Virorum ad Statum Artium Liberalium de consensu ejusdem Universitatis admisimus et libertates Personis Universit.s Servien.s concessimus, Statuta præfata sive articulos in omnibus punctis approbamus ratificamus ac per omnes et singulos observanda declaramus, Decretumq super eo tulimus. Præsentibus Perillbus Clarissimus et Adm. Rndis M. Stanislao Filipowicz S. Th. Præsentato Collega Majore, Ecclesiar.s Collegiatar.s S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonico, Curelovien.s Scholastico, Parochialium in Przemykow et Igołomia Præposito, Universit.s Cracovien.s gr.rli Procuratore, M. Adalberto Grzymała Sæ Thæ Pfre, Collega Majore Ecclesiar.s Collegt.r Sæ Annæ Decano, S. Georgii in Arce Cracovien.s Custode, Parochlis Zielonecen.s Curato, atq M. Joanne Przypkowski, Phiæ Dre, Matheseos ejusdemq Astronomiæ in Collegio Minori Pfre, Collega Majore vocato, Strzałkoviano Geometra jurato Actorum Rectoralium Notario, necnon Honoratis Viris Universitatis Bedellis Joanne Gaiowski et Jacobo Kowalski, In quorum fidem præsen.s Literas sigillo Universit.s

communiri iussimus Datum in Collegio Majori Residentia 126.
Nostra Rectorali Anno Domini millesimo Septingentesimo
quadragesimo quinto Die Veneris decima quinta Mensis
Januarii. Magister Casimirus Pałaszowski Sae Th. Pfr
Studii Gnrlis Universitatis Cracovien. Rector manu
propria. Locus Sigilli Universit. Cracovien. Nos
itaq Supplicationi prædictorum Consiliariorum No-
strorum nomine eorundem Pictorum ad Jura et liber-
tates Universit. Scholæ generalis Cracovien. Susce-
ptorum, uti artis liberalis Virorum benigne annu-
entes, præfatas Literas in omnibus punctis, articu-
lis, nexibus authrtte Nra Regia approbamus et ra-
tificamus perpetuo et in ævum valituras Quod
omnibus quorum interest præsertim vero Generoso
Capitaneo Nostro Cracovien., et Magno Procuratori ac
Vice procuratori Arcis Nostræ Cracovien. nunc et
pro tempore existentibus ad notitiam deducentes
mandamus, quatenus eosdem Pictores, quos in Pro-
tectionem Nostram recipimus circa ordinationes,
articulos ad præsens per Nos confirmatos conser-
vent et manuteneant, conservariq ac manuteneri
nulla habita facultate vel mandato
directe a suo Principali reimprimendi sa-
tendaria, eadem reimprimere presumpsit,

 quod nunquam practicabili exemplo dolo aperto et malo procedendo, non expresso nomine et cognomine sui Principalis, quibus semper in suis Lucubrationibus clare et specifice utitur, easdem Lucubrationes reincudi mandavit, quiquidem suspectus in praemissis progressus, non obstante saepe allegata recognitione cujusdam Nobilis Woyszwito semper Citatum reum facti probat, quibus motivis Judicium Plenus inductum justitiae consonam promulgavit sententiam. Quantum ad ultimam allegationem quod habitis literis per Nobilem Woyszwito consignatis ad reimprimenda Calendaria Citatus processit, manumque veram sui Principalis non noverit, eandem assertam rationem iam fuisse in Processu causae allegatam, et per subsecutum Decretum elisam: et dato quod asserta ratio Citati sit vera, non tamen ipsum ab Actione intentata eliberare potest, ex quo modernus Citatus ratione facti per semetipsum attentati ad praesens convenitur, suusque Principalis cum ipso Actione rei persecutoria procedit, Citatus vero de Jure ad assertum Evictorem suum Nobilem Woyszwito salvum recursum habet. Quod vero manum sui Principalis Citatus non noverit, hoc allegatum contra Citatum pugnare, ex quo eo magis, quod manum ignoraverat praemissum factum impracticabile nunquam attentare debuerat, ac ideo rejectis illius allegatis

irrealibus Decretum Judicii Plen. executioni de- 227.
mandari, et in novis expen. ad florenos quin-
quaginta ascendentibus Citatum condemnari
et mandatum executivum ad parendum Decreto
Judicii Plen. jam alias emanatum effectuari
debita cum instantia postulante. Ex adverso
Actor Nobilis Thomas Starzynski se ad suas
rationes retulit, et quod de fabricatione Lite-
rarum super impressione calendariorum per
Nobilem Woyszwiło factam, nullam notitiam
habuerit, nec ad eandem aliquomodo influxe-
rit, nec manum Clarissimi Dunczewski no-
verit, ast bona fide in fundamento Contractus
verbalis et assecurationis Citati de consignan-
dis sibi bis millenis Calendariis et duntaxat
quingentis receptis ad impressionem proces-
serit replicavit, et se super praemissis ad
juramentum admitti petiit. In contrarium
Actoris ad praesens Citati Procurator pariter
se ad suas exceptiones retulit, et insuper quo
niam Citatio Judicii Plen. de Anno 1742
die 9 Novembris emanata, quam Citatus ad
praesens ad tollendum Decretum et principa-
le motivum ejusdem Decreti obtrudit, sit ad
causam Plen. non quadrans, utpote ad in-
stantiam cujuspiam tertii scilicet Fiscalis
Officii Plen., tum in causa alia, videlicet,
non procurationis censurae Ordinarii Astro
logi super imprimendis juxta jura Almae
Unrstis Calendariis peti solitae, allegatio

228. quoq quod manum sui Principalis non noverit, jam fuerit in Processu causæ allata & per subsecutum Decretum Judicii Præsentis elisa, Ideo locus juramento obstante Decreto Judicij Præsentis, ad quod reponendum nullas modernus comparens legitimas adducit rationes, non esse declarari & rejectis iisdem rationibus standum esse Decreto decerni cum extensione sequestri super quibuscunq & ubicunq reperibilibus mercimoniis flagitavit. In oppositum Citationem primariam ratione damnorum & præjudiciorum ex reimpressione Calendariorum consequenter in causa Præsenti emantam esse duplicat, & ut supra pro repositione Decreti instat. Magnificus Dominus Rector supramemoratus Decretum tulit, quod se secunda Juris publicaturum declaravit. quâ tandem adveniente, Partibus in Judicio præsentibus, & pro publicatione instantibus Decretum jam aliàs latum publicavit de tenore tali == Magnificus Dominus Rector supramemoratus auditis Partium pr controversiis propositis & responsis ac insuper lecto toto Processu ejusdem causæ eoq mature trutinato Licet quidem Originaliter Citatus ad præsens vero Actor Nobilis Starzynski pro repositione Decreti definitivi Judicii Præsentis die Lunæ 9 Mensis Martii Anno 1744 subsecuti ejusq in subsistentia aliquot rationes

adduxerit et ex iisdem praefatum Decretum reponi petierit, perpensis nihilominus iisdem rationibus tum quoque oppositis contra easdem Partis adversae exceptionibus, replicationibus aliisq in hac Causa productis et reproductis documentis. Et imprimis attento eo, quoniam ex officiosa relatione positae Citationis Judicii Plenae Nobili Starzynski coram Actis Conrij Vilnen die Venerae 24 Mensis Maii Anno 1743. recognita Honestum Joannem Siwicki Sacellanum Eccl. Sanctae Trinitatis Vilnae fuisse legitimum executorem et Officio Conrij Vilnen bene notum elicitur, Ex recognitione quoq Officiosa Nobilis Woyszwito coram Actis praelibati Consistorii Vilnen die Martis 14 Mensis Maii Anno Dni 1743. facta constat literas aesi manu propria Clmi Dunczewski Scriptas ad dictum Nobilem Woyszwito directas totaliter confictas, fabricatas et falsas, consequenter Punctum de quodam Contractu aesi inter Actorem modernum Nobilem Starzynski et Clarissimum Dunczewski super duobus millibus Calendariorum ~~ini~~ inito enuntians in iisdem literis confictis fabricatis et falsis ad Acta Consistorii Vilnen die Jovis 18 Aprilis Anno 1743. per oblatam porrectis, appositum fabricationis et falsitatis vitio laborare. Per Citationem etiam Authenticam ex Cancellaria Officii Plenae die 9 Mensis Novembris Anno 1742 ad instantiam Fiscalis Offici Rectoralis Universitatis

230. Cracovien. emantam nunc primum Judicialiter
productam, Actorem repositionis Nblem Starzyn
skei in eo, quod ipse dictam Citationem prima
riam à quodam Religioso Carmelita sibi consi
gnatam habens, parando defensas ad causam
necessarias, statim ad Nobilem Woyszwito re-
cursum fecit, et recognitionem illius super con-
fictione literarum coram Actis Conrii Vilnen.
ex motivo ejusdem primariæ Citationis factam
obtinuit, relevari non posse deducitur ex
ipsomet Actu recognitionis Nblis Woyszwito
coram Actis Conrii Vilnen. Anno et die prout
supra inscripta, cum expresse dictus Nblis
Woyszwito memoratum Nobilem Starzynski
non ab impetitione Fiscalis Officij Rectoralis
respectu non petitæ ab Ordinario Astrologi
juxta Statuta et Jura Universit. Judicior.
Astronomicor. censuræ et approbationis ut
in primaria Citatione, sed ab impetitione
et onere litis respectu reimpressionis Calen-
dariorum operâ et arte Clarissimi M. Sta-
nislai Dunczewski Actoris Originalis com-
positorum et Incubratorum, per eundem
Clarissimum Professorem dicto Nobili Sta-
rzynski ad Judicia Rectoralia Universit.
Cracovien. intentatæ, ut in Secunda Origi
nali Citatione die 24 Maii Anno 1743.
per Honestum Siwielei legitime executa
continetur, evincere voluisse confessus est,

~~quae~~ eadem vero confessio acsi praestandae evictionis 231.
ab onere litis die Martis 14 Maii Anno 1743tio
facta litem ipsam à Citatione sub die modo pri-
mum 24 Maii anno eodem intimata et execu-
ta initium sumentem anticipare non potuit.
Eo denique in consideratione habito, quod No-
biles Kolierowski et Łyszczarski nomine
praerecensiti Nobilis Starzynski in Judicio
Plenario comparentes Procuratores documen-
ta ex actis Conrii Vilnen. deprompta, ut-
pote Literas et recognitionem Nobilis Woy-
szwiło in forma authentica et probanti Sibi
transmissa Judicialiter produxerunt, diffi-
cultatem rehabitionis literarum originalium
arte et dolo malo Nobilis Woyszwiło confictarum
circa consignationem Calendarii ad nuprimen.
ad Typographiam Collegii Societatis Jesu Vil-
nen. in vim exhibitionis consensus Authoris
datarum proxime post Decretum in junctae
productionis opposuerunt, aliasque defensas
Sibi ab Actore communicatas intulerunt,
per hujusmodique defensarum illationem et
documentorum productionem legitimos Man-
datarios se esse demonstrarunt, Proinde
ex praemissis rationibus non esse reponi-
bile decretum adinvenit, adeoque standum
esse eidem Decreto Judicii sui utpote con-
formi justitiae declaravit illudque debitae
executioni demandandum esse duxit, et prae-
tenso per Nobilem Actorem juramento, ex quo

232. sit præpostere post rem judicatam Matum non esse locum censuit. Et quatenus eidem Decreto Nobilis Thomas Starzynski tam quo ad negotium principale quam quo ad Marcas pœnales, ad negotium quidem principale intra triginta dies, jam verò ad marcas intra octo dies satisfaciat, idque sub rigore proscriptionis et aliis gravioribus pœnis in casu renitentiæ decernendis mandavit. Expensas litis novas eidem Nobili Starzynski in quantum Decreto acquieverit, condonavit, et ad effectum paritionis Mandatum quodvis necessarium extradendum esse decrevit. Salvam nihilominus præfato Nobili Starzynski cum Nobili Woyszwiło Actionem ubi et coram quo de Jure reservavit. A quo Decreto Nobilis Starzynski appellavit ad Quem de Jure, et quoniam fama fert de subsecutis fatis Clarissimi Dunczenski prætensi Actoris ideo de nullitate termini hodierni tum de attentatis et quatenus attentandis protestatur. Magnificus Dominus Rector ex quo appellans non specificavit Judicem ad quem appellavit, appellationem illius refutavit, Nobili Starzynski iterum à refutatoriis appellante, Magnificus Dnus Rector stetit in Decretis. Præsentibus Illustribus Clarissimis et Admodum Reverendis MM. Stanis Joanne Rypinski Contubernii Jurisperitorum Seniore Collgta Stm OO. Canonico Joanne Pałaszewski Collgta Stm Obm Crac Archidiacono U. J. Professoribus et me suprascripto Aplico et Actorum Officij Pro Notario

113 Fuit appellatio ad Nuntiaturam quæ confirmavit et remisit pro executione ad Rectorem

Lunae XVII. Julii.

Instigator cum Excellen. Maychrzycki 1.

Coram Magnifico p. Domino Rectore ac in illius publica Causarum audientia personaliter comparens Instigator Officii actor principalis in termino ex adcitatione provenien. contumaciam Citati infra scripti accusavit, et in eius contumaciam productis dictis et depositionibus testium, illas incontinenti legi et ex iisdem Decretum ferri debita cum instantia postulavit. In praesentia Excellen. Thomae Maychrzycki Phiae Doctoris et Pfris Contubernii Philosophorum Senioris Citati ex adverso principalis in publicationem dictorum Testium, et prolationem Decreti in quantum sibi favorabilis consentien. aliàs a Contrario ad Perillustres Clarissimos Dominos Consiliarios Universitatis se appellaturum offeren. Magnificus Dnus Rector Supramemoratus visis et lectis in praesentia Partium dictis et depositionibus Testium juratorum, ex quibus quoniam deducitur Citatum Excellen. Maychrzycki saepe saepius in Contubernio non pernoctâsse, pluries profundis noctibus ultra horam in Statutis designatam ad idem Contubernium venisse, etiam saepe saepius de die extra Contubernium commoratum fuisse, et Studiosos desideria sua signanter ad subscribenda per eum ad Rndmum Capitulum gratia recipiendae pro alumnatu Starczoviano pecuniae testimonia habentibus praestòn. fuisse taliterq. exercitia Scholastica cum suis commensalibus et examen memoriae illorum

234. intermisisse, Convocationes & Visitationes fieri debitas pluries omisisse, ad easque plerumq impotatus venisse, nec de Libris diligentiarum & profectu Studiosorum inquisivisse, taliterq occasionem de se male suspicandi Juventuti concreditæ præbuisse. Familiam Contubernalem per retentionem Septimanarum & quartualium injuriasse, nec post fata per Illustris olim Kutlinowski ab illo aliquoties per anterius monitus mores suos non emendasse, absentias de die & pernoctationes extra Contubernium non veritus pœnarum rigorem continuasse. Proinde ex his & aliis animum suum permoventibus rationibus ipsum uti inutilem solum Deum Sanctamq justitiam præ oculis habendo amovendum esse ab Officio Senioratus Contubernii Philosophorum decrevit, & ut ex Contubernio in Octava migret Mandavit. alium Professorem in fundamento dispositionis & Conclusionis totius Universitatis Anno 1721. die 7 Novembris factæ ad regendum idem Contubernium substituit, Nihilominus ipsi Citato per hoc ad ulteriores ascensus in Facultate & Universitate, si inquantum vitam & mores suos emendaverit iter non præclusit, & de Senioratu aliquo alius Contubernij vel Scholæ providendum esse declaravit, prout declarat hoc suo Decreto definitivo mediante. Præsentibus Illustribus Clmis & Admodum Rdis Joanne Rypinski Canonico Joanne Pałaszowski Archidiacono Ecclæ Collgtæ Sm Omnium Cracoviæ Juris utriusq Professoribus, & me suprascripto Aplico & Actorum Officij Rectoralis notario.

Mercurii IX Augusti 235

Famata Piotrowska cum Rndo Juszkiewicz 1.

Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Dno ut supra Rectore, ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Famata Salomea Piotrowska in assistentia Conjugali Famati Bartholomaei Piotrowski Mariti sui Civis et Lutoris Crac Actrix Principalis in termino ex citatione debite ut apparebat executi provenien in et contra Adm Rndum Hyacinthum Juszkiewicz Phiae Baccalaureum Altaristam in Ecclesia Parochiali in Lanckorona Citatum ex adverso Principalem proposuit de et super eo. Quia ipse se Actricem nullo habito praetextu et causa justa enormiter baculo concutere et converberare prout fusius Obductio per Bedellum die 7 Men et Anni curren facta obloquitur ausus est et praesumpsit. ipsum propterea puniri, ad compensationem doloris stringi et alia quae Juris et Justitiae fuerint decerni postulavit. In praesentia Citati suprascripti se Actricem duntaxat quatuor vicibus baculo ex ratione objectionis ignominiosorum verborum percussisse ex impatientia agnoscentis. Quantum ad aliam percussionem circa oculum eandem non à se sed à quopiam alio nimirum à Honorato Andrea Chorzela Cive Mercatore Cracovien attentatam fuisse et de hujus modi percussione Actricem actionem dicto Honorato Chorzela in Judicio Advocatiali Cracovien instituisse dicen et libertatem peten. Ex adverso Actrix acceptat agnitionem Citati quoad percussionem sui quatuor

236. vicibus ad Scapulas. quantum attinet percussionem ad oculum ex meliori reflexione eam non à Citato sed à Famato Chorzela fuisse factam dixit, ideo ab illa in Judicio praesentis supersedet, pro percussione tamen sui agnita Citatum prout supra puniri petit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus licet quidem Citatus, quod deliberate Actricem nihil mali sperantem percusserit, graviores poenas meruerit, quoniam tamen contra confessos mitius proceditur, ideo attenta confessione Citati Rndi Juszkiewicz percussionem Actricis agnoscentis visa quoq obductione per Bedellum ictuum lividorum in corpore Actricis inflictorum ad mitiores poenas condescendit, et quatenus Citatus in compensationem doloris Actrici intra triduum Marcas decem enumeret, deprecationem quoq eidem Actrici per duos Cives Cracoviensis intra idem triduum faciat, et Recollectiones Spiritus apud PP Reformatos per tres dies absolvat, et de absolutis testimonium Judicio praesentis exhibeat mandavit, et ut in futurum a similibus passionibus statum spiritualem dedecentibus utpote charactere sacerdotali insignitus abstineat, sub poenis arbitrariis inhibuit. Ad effectum vero paritionis praesenti Decreto Literas executoriales sub poena dupli relaxavit. Praesentibus Illustribus. Joanne Rypinski N. I. Pfre Thoma Muszynski S. Nicolai Ecclae Praepto Joanne Palaszewski N. I. Pfre et me suprascripto Aplico et Actorum Offey Rectoralis Nrio Collgtae SSmi Oom Canonico Glaussiensis Dcano

Mercurii XXX Augusti

1. Instigator cum Executoribus Illris Federowicz

Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Instigator Officii Actor principalis in termino hodierno ex citatione literali debite ut apparebat executa provenien contumaciam Testamentaria Illustris Clarissimi et Adm Rndi M. Andreae Cybulski Sae Thae Pfris Collegae Majoris, Collegiatae S. Floriani Canonici uti Testamenti et ultimae voluntatis Illustris olim Clarissimi et Adm Rndi M. Mathiae Federowicz S. Th. Pfris Collegae Majoris S. Floriani Custodis Prosovicen Praepti Collgtae Sae Annae Cancellarii Executoris ad dandum Calculum de peculio et rebus ~~tam~~ mobilibus quam ~~immobilibus~~ debitis Summisq quibusvis pecuniariis officiose inscriptis, rebusque aliis tam in Collegio quam Beneficio renanen et relictis primo post fata et obitum sui suprascripti Testatoris Illustris Federowicz ac deinde post fata et obitum Illustris olim Clarissimi M. Joannis Smolenskowski M. Ol. Phiae Doctoris Collegae Minoris Ecclae Collgtae S. Annae Canonici (: cujus testamenti ac ultimae voluntatis idem ipse suus Testator Illustris Federowicz Executorem gessit, :) in quacunq specie reperibilibus tum quoq ad docendum juxta Statuta Universitatis de earundem rerum utriusq Testatoris dispositione alias in casu n doctionis et non dationis calculi ad viden et audien ipsum juxta Statuta puniri legitime citati et nec per se nec per suum legitimum Procuratorem pro termino hodierno comparen

238. accusavit, & in hujusmodi contumaciam quod Juris est contra eum statui & decerni debita cum instantia postulavit. In praesentia Citati supra scripti Satisfaciendo Officio suo, Testamentum Inventarium Rerum, Codicillos, inscriptiones Perceptas omnes tam ex Collegio quam Beneficiis tentis collectas similiter & expensas tam per Illustrem olim Coexecutorem suum M. Mathaeum Kolendowicz Sae Mae Pfrem quam per se Comparent factas producentis, & quietationem de munere Executoriali per Officium praesens sibi dari, seq liberum pronuntiari postulantis. Quo vero ad calculationem de munere Executoriali post Illustrem olim Smolukowski dilationem ad conquirenda documenta & regestra dari sibi & concedi flagitantis idq ad octavam. Ex adverso Actor copias Productorum ad quindenam dari sibi petiit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus actori petitas copias productorum ad quindenam concessit, similiter in alia Cathegoria dilationem petitam ad Octavam Citato dedit & terminum utrumq conservavit, interim ut tam Actor sit paratus ad respondendum sive excipiendum, quam Citatus in conquirendis & comportandis pro futuro termino munimentis & documentis, mandavit Decreto praesenti mediante. Praesentibus quibus supra

1 Idem cum Executoribus Perills Kolendowicz

Testamentaria P. Mathiae Kolendowicz

Coram Magnifico Perillustri & Reverendmo Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia

personaliter comparens Instigator Offici Actor prin-
cipalis in termino hodierno ex Citatione literali de-
bite ut apparebat executa provenienti, contumacia
Illustris Clarissimorum ac Adm Rndorum Necnon
Excellentis M.M. Andreae Kolendowicz S. Doctoris
Collegae Minoris, Thomae Maychrzycki Phae Doctoris
Testamentariorum et M. Andreae Cybulski
Sae Thae Pfris Collegii Majoris Collegarum dativi additq Executor.
seu additi ab Officio pro Tem Executorum Citatorum Prin-
cipalium in quantum Testamentum, Codicillos, Rege-
stra perceptorum et expensorum Inventarium re-
rum in quacunq forma et specie tam in Collegio
quam in Beneficiis incorporatis et non incorpora-
tis Universitati reperibilium item frumentorum
et summarum pecuniariarum morte et obitu Per-
Illustris et Adm Rndi olim M. Mathaei Kolendo-
wicz Sae Th. Doctoris et Pfris Collegae Majoris Eccle
Collgtae S. Floriani ad Cracoviam Decani, Parochia-
lis in Zebrzydowice Praepositi Testatoris sui derelic-
tarum non producentium nec quidquam in
termino hodierno inferentium accusavit, et in
dictam eorum contumaciam, pro mandatum quod
vis necessarium ad comparendum et directe
respondendum contra illos ex Cancellaria Officij
sui relaxari debita cum instantia postulavit.
In praesentia Citatorum Testamentum Codicillos
Regestra perceptorum omnium et expensorum
ac Inventaria rerum tam in habitatione Perillu-
stris Testatoris sui quam in Beneficijs existentium
producentium et de liberos a munere Executori-
ali declarari ac quietari postulantium

240. Ex adverso Actor non esse plenam et sufficientem productionem ex quo non producuntur Inventaria rerum in Beneficio Zebrzydoviensi derelictarum frumentorum, ac Anni gratiae Testatorem suum concernentes dixit, et sufficientiorem comportationem ac productionem per Judicium Plenus demandari postulavit. ~~Magnifi~~ Ad praesens autem productorum copias dari sibi et concedi idq ad quindenam petiit. Magnificus Dominus Rector supramemoratus productorum Testamenti Codicillorum et Regestrorum perceptarum et expensarum Actori copias ad quindenam concessit, et sufficientiorem comportationem rerum derelictarum in quacunq specie reperibilium, tum Inscriptionum Chirographorum Debitorum quorumvis Citatis pro eodem termino faciendam decrevit et terminum conservavit. Praesentibus quibus supra, et me suprascripto Actorum Officij Plenus Nrio

Mercurii XIII. Septembris

1. Nobilis Gałeczczyna cum Mri Pałaszowski,

Coram Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Domino M. Adalberto Micinski Utriusque Juris Doctore et Pfre, Ecclesiarum Collgtae Sm Obm Crac Custode Parochialium in Luborzyca et Koniusza Curato Judice surrogato ac in ejus publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Adalbertus Mysłowski Nobilis Apoloniae Gałeczczyna Viduae derelictae ac Illustris et Adm Rndi Joannis Wierzbicz Eccle Collgtae Sm Obm Crac Canonici

Actorum Principalium Procurator in termino hodierno 241.
ex citatione literali debite executa provenienti contra
Citatum infrascriptum proposuit, quia ipse suis Princi
palibus aureos Hungaricales numero viginti quin-
que titulo mutui contractos reddere non vult, et re-
cusat, aliàs producta submissione Citati, eandem
approbari, ac Citatum ad solutionem stringi debita
cum instantia postulavit. In Praesentia Illustris
Clmi et Adm Rndi M. Joannis Pataszewski ex I.
Pfris Ecclesiarum, Collgtae SSm Obm Crae Archidiaconi
Parochialis in Wolamowice Curati Citati ex ad-
verso Principalis ante omnia de mandato Procurae
doceri petens. Ex adverso Actorum Procurator
documentum et signanter obligationem Illustris
Citati per Actores sibi consignatam in vim man-
dati produxit, consequenter eandem pro manda-
to sufficere declarari petiit. et ex superabundanti
de rato suorum Principalium cavit. In contra-
rium Citatus, consignatam submissionem non posse
pro mandato sufficere replicavit, Perillustris
Dominus Judex Surrogatus supramemoratus
consignatam Judicialiter ad Praesens productam
submissionem Citati pro mandato sufficere de-
claravit. et directe respondere mandavit, appel-
lavit Citatus ad Perillustres CC. Dominos Consilia-
rios Almae Universitatis et petiit hujusmodi
suae appellationi deferri. Perillustris Dnus
Judex Surrogatus appellationem refutavit,
et directe ut supra respondere mandavit. Tan-
dem idem qui supra quorum supra Citatorum

242. Et Procurator accusavit contumaciam Illustris Citati quatenus directe ad propositionem non respondent & reproducta eâdem Submissione ejusdem, petiit ad Solutionem Summæ viginti quinque aureorum Hungaricalium Stringi. Perillustris Clarissimus & Admodum Rndus Dominus Judex Surrogatus supramemoratus Citatum ante omnia contumacem reputavit, ac in Ulius contumaciam visa Submissione Citati die 22 Mensis Julij Anno 1737. Magnifico olim Laurentio Lukini Venatori Bractaviensi uti Actorum modernorum Consanguineo datâ, manu Citati propria Scripta & Subscripta eandem approbavit, & debitum in ea contentum nimirum viginti quinque Aureos Hungaricales Actoribus in Spatio quinquedecem dierum, solvere mandavit, et nisi Citatus intra eundem Terminum memoratum debitum persolverit, Sequestrum super proventus quosvis ex Collegio et ex Universitate Personam Citati concernentes extendit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante Præsentibus Illustribus Clarissimus & Admodum Rdis Magistris Joanne Rypinski Contubernii Jurisperitorum, Seniore, Ecclesiæ Collegiatæ Stum Obm Canonico, Stanislao Manczynski Ecclesiarum Collegiatarum S. Michaelis in Arce Crac Decano Nescandecensi Primicerio, Parochialium in Luzna & Krolowka Curato, & me M. Casimiro Jarmundowicz Juris Utriusq Professoribus, Collegiatæ Stum Obm Crac Canonico, Illustrissimi Decano, Aplico & Actorum Officij præsentis Rectoralis Notario.

Mercurii XVIII. Octobris

Quietatio Executor Perills olim Kutlinowski 1.

Testamentaria

Coram Magnifico Perillustri et Rndmo Dno p. Rectore, ac in ejus publica Causarum audientia comparuerunt personaliter in termino hodierno Perillustris Clarissimus et Adm Rndus M. Adalbertus Micinski Utriusq Juris Doctor et Pfr. Ecclesiarum, Collgtae Stm Obm Cracoviae Custos, Parochialium in Luborzyca et Koniusza Curatus et Excellens Bartholomaeus Krzyftkowski Phiae Doctor et Pfr. uti et tanquam Testamenti ac ultimae voluntatis Perillustris olim Clmi et Adm Rndi M. Stanislai Kutlinowskii U. J. Doctoris et Pfris, Ecclesiarum Collegiatae Stm Obm Crac. Archidiaconi, Parochial. in Koniusza Curati, Capellae Doctoralis Sae Mariae Magdalenae Praebendarii Executores reproducto Testamento suprafati Testatoris sub die 24 Mens. Martii in forma debita confecto et per Decretum Judicii p. Sent. sub die 21. Mens. Aprilis Anni curren. approbato, productoq Inventario rerum Omnium Mobilium morte et obitu ejusdem Testatoris sui in quacunq forma et specie derelictarum in p. Sentia Illustris Clmi et Adm Rndi M. Casimiri Jarmundowicz U. J. Pfris Publici Sacra Authtt. Aplica Officii p. Sent. Rectoral. Notarii a Magnifico Rectore deputati die 6. Mens. Aprilis Anno quo supra conscripto, tam ex pecunia parata, quam ex vestibus pellibus et alia supellectili tum frumentis divenditis, necnon ex censibus et dismembrationibus Domus Collegii Juri

244. dici receptis ostendit in perceptis summam flo
renor. Polonicalis 6268 grossorum viginti
jam vero in expensis per documenta Literatoria
comprobatis summam florenor. Polonicalis
6475 grossor. 5 solidor. duor. Quas rationes
taliter ut praemissum est factas, admitti, ap
probari confirmari et se de munere executoria
li quietari et liberos pronuntiari petierunt.
Magnificus Dominus Rector supramemora-
tus rationes suprascriptas uti exacte factas
admisit approbavit, et comparentes modernos
uti Executores a munere executoriali quietavit
Quia vero superat expensa perceptam florenis
793. grossis 17. solidis duobus. ideo eandem
quotam ex debitis apud Generosum Mrozek Au-
reorum Hungaricalis 17. et apud Nobilem Ka-
irska Aureorum duorum tum et aliis si
quae Perillustrem suum Testatorem concer-
nunt repetendam commisit et sibi bonificans
et ab onere novae calculationis absolvit.
Praesentibus Illustribus Clarissimis et Adm
Rndis MM. Stanislao Mamczynski, et
Joanne Pałaszewski Utriusq Juris Pro-
fessoribus et M. Antonio Zołędziowski Phae
Dre et Professore Regio Collega Majore, Eccle
Collgtae Sanctae Annae Cracoviae Canonico
Apostolico et in absentia Illustris Actuarii Acto
rum Rectoralium, Actus praesentis Notario.

Veneris xx Octobris

1. Excellen. Kocikowski et Temprowski inter se

Coram Magnifico Perillustri et Reverendissimo Domino M. Joanne Lukini p. Studii Generalis Universit. Cracovien. Rectore ac in ejus publica Causar. audientia personalit. comparens Excellens M. Antonius Kocikowski Phiae Doctore Pfr. Contubernii Hierosolymitani Senior Actor principal. in termino ex actis et conservatione illius provenien. Decretum definitivum in Causa inter se Actorem et citatum infra scriptum occasione variarum injuriarum fusius in processu Causae descriptar. in Judicio praesen. latum debita cum instantia publicari petiit. In praesentia M. Matthaei Temprowski Phiae Doctoris ejusdemq. et Mathesios Professoris Citati ex adverso principalis salvis omnibus Beneficiis Juris sibi in toto reservatis et praemissa solenni protestatione, alias salvo honore Inclytae Facultatis Philosophicae, salvo honore Perillustris Provisoris Contubernii Hierosolimitani ex cujus parte Consiliarium ejusd. Contubernii Citatus gerit, tum etiam salvis omnib. praerogativis eidem Consiliaturae suae annexis, salva protestatione de interceptione Actoratus in Causa principali, tum salva protestatione in Causa secunda quasi de attentatis ad Judicium praesens evocata, praetermissis in utraq. Causa instantiis contra Statuta tam Inclytae Facult.

 Philosophicae quàm Perillustris Dni Provisoris, tum etiam salvis omnibus beneficiis ac remediis Juris ad hanc Causam pertinentibus, in publicationem Decreti Ptem sicut antea ita et nunc consentientis. Magnificus Dominus Rector supramemoratus Decretum jam alias latum publicavit. quod est tenoris sequentis. = Magnificus Dnus Rector supramemoratus lectis depositionibus Testium ab utrinq inductorum et examinatorum, ex quibus quoniam deducitur Excellentem Temprowski Citatum in primis motu suo Excellentem Koeikowski qua Contubernii Hierosolymitani Seniorem Actorem modernum, sub praetextu quarundam literarum a Generoso Janicki in Interesse sui Citati scriptarum nimis quidem decenter et serò pacifice tamen venisse, et communicationem earundem Literarum expetiisse; ac tandem audita ab Actore in aliud tempus aptius communicationis dictarum literarum dilatione et appromissione, pacificè ex residentia Actoris exivisse, et ad habitationem suam abivisse, post modicum vero temporis intervallum compellatione Veblis Woszkowicz, et illius de opportunitate temporis certificatione iterum ad residentiam Actoris decentius quàm antè, vestitum advenisse, et denuo communicationem memoratarum literarum per prius sibi appromissarum ab actore expostulasse, Actorem vero hujusmodi communicationem denegâsse, ac tandem per talem denegationem guerrae cuidam et contentionibus inter se et Citatum

coortis occasionem praebuisse, imò adventu Citati pro 247
invasione minus justè ac rationabiliter apud se
reputato, repentinum illius de habitatione sua e-
gressum jussisse, hunc tamen aliquantum remoran-
te, primò ad acrem extrusionis et castigationis
comminationem deinde ad flagrum prorupisse,
et eodem Citatum, non habito Officij Consiliarii, quod
pro tunc et parte Perillustris Provisoris in Con-
tubernio Hierosolymitano gerebat, respectu, igno-
miniose, et quod magis animo deliberatô pluries
ad Scapulas percussisse et converberâsse, ani-
moq majoris converberationis Tertianum et
quosdam Studiosos ad tenendum eum convocâsse,
et arripi demandasse, fugâ tandem de manibus
se usq ad dilacerationem vestis comprehenden-
tium, elapsum ad horam noctis prope decimam,
cum summa Studentium inquietudine, admi-
ratione et Scandalo, in omnibus habitationi-
bus et angulis Contubernii per Studiosos inqui-
ri praecepisse, et ad habitationem Vblis Sar-
necki, ubi se Citatus absccondiderat, cum fla-
gro in Comitatu Studiosorum Petlinski,
Batucki, Jordan ac Tertiani in persona sua
descendisse, fores pulsâsse, Vblem Sarnecki
ad apertionem animasse, taliterq famam
Citati et honorem Professoralem denigrasse,
Ideo dictum Actorem Excellentis Kocikowski
pro praemisso facto, et ejus facti complices
Ingenuos Petlerski, Batucki Jordan et Tertianum

248. punibiles esse adinvenit. Et Excellentem quidem Kocikowski Seniorem Contubernii Hierosolymitani, quod probroso facto suo Juventutem suo regimini subjectam scandalizaverit, quantumvis majores pœnas promeruerit, mitius tamen cum eo procedendo ex nunc omni ascensu in Facultate Philosophica, imo etiam in Universitate per duos Annos privavit, Carcerem in Lectorio Platonis per eum subeundum per tres dies decrevit, et ut Citato in compensationem vestis, cujus per complices sui facti dilacerationi majori occasionem præbuit, viginti quatuor florenos intra tres dies enumeret, sententiavit. Complices vero ut pote Ingenuum Petlerski quinquaginta, Jordan et Datucki quadraginta in Stuba communi, Tertianum denique centum plagis in area Contubernii Hierosolymitani pro eo; quod probroso facto se associaverunt, et illicitis mandatis Senioris sui, quo ad comprehensionem Citati paruerunt, et respective quod Ingenuus Petlerski flagrum ex manibus Citati per vim ereptum Actori rursum ad verberandum Citatum porrexit, afficiendos, ac denique dictum Petlerski ex Contubernio excludendi esse statuit. Ad extremum Citato factum Actoris nihil bonæ famæ in Universitate

ac in omni loco nocere debere declaravit.
Attento etiam eo quod Citatus prout ex dictis depositionibus Testium elicitur non in decenti habitu ad Actoris habitationem venit, ibiq irreverenter se, praecipue circa iteratum adventum suum gessit, guerras cum Actore et contentiones movit, reciprocationes verborum formavit, et per hujusmodi reciprocationes Actori ad irritandum occasionem dedit, ac insuper ipsi Actori colaphum irreverenter impegit, et de hujusmodi deliberata colaphi impactione sese coram Studentibus Contubernalibus suis laudavit, et in habitationem Vblis Sarneckei receptus plurimas contra Actorem laesiones in verbo geminavit. Praeterea quoniam ex lectis etiam Inquisitionibus ex Actoratu Excellentis Kocikowski in Causa attentatorum expeditis liquet, eundem Citatum sero contra Statuta Contubernii de nocte supervenisse, fores vehementer pulsasse, et dum ab Actore ut parumper expectaret, apertionem Contubernii, donec aliquem ex Studiosis excitaret, et clavim eidem ad aperiendum traderet, ex quo Tertianus tunc temporis ad custodiam lignorum Contubernii penes Vistulam repositorum expeditus in Contubernio non pernoctavit, compellaret,

250. huiusmodi compellationem egre tulisse, in Actorem odio litis verbis lesivis & ignominiosis cum scandalo Curiae tunc hominum in platea publica invexisse, tranquillitatem nocturnam clamoribus variis interturbasse, ideo pariter eundem punibilemesse reputavit, utq; ex Contubernio tanquam scandalosus & Superioritati, prout id ex variis actibus in tractu causae presentis officii constitit refractarius, in triduo migret, carcerem in Lectorio Platonis per Hebdomadam subeat, ascensu in Facultate & Universitate per triennium careat declaravit. Insuper ut ibi Partes adinvicem pro priori tamen citatus Excellens Temporis Actori deprecationem publice in capella post Litanias hodie vel cras faciat, sub poena proscriptionis injunxit: Et quatenus uterq; a similibus impetuositatibus & scandalis abstineat, in posterum, sub gravioribus poenis serio inhibuit. At quo Decreto citatus ad Curiam de jure appellavit, cujus appellationem Magnificus Dominus Rector refutavit, citato iterum a refutatoribus appellante Magnificus Dominus Rector stetit in Decretis. Praesentibus Perillustri & Illustri

bus Clarissimis et Admodum Reverendis Magi- 251.
stris Adalberto Micinski Utriusque Juris
Doctore et Professore, Ecclesiae Collegiatae San-
ctorum Omnium Crac. Custode in Luborzyca
et Koniusza Curato, Stanislao Mamelyn-
ski U. J. Professore Ecclesiarum Collegiatar.
Sancti Michaelis in Arce Cracovien. Decano,
Neosandecen. Primicerio in Luzna
et Krolowka Curato, et me Magistro
Antonio Zołędziowski, Phiae Doctore ejus-
demq. Professore, Collega Majore Ecclesiar.
Collegiatar. S. Floriani Clepardiae Primice-
rio, Sae Annae Crac. Canonico Parochialis
Ilcussien. Praeposito in absentia Illustris
Actuarii Assumpto Notario

Acta haec Actorum Officii
Rectoralis Subjecta Sunto
Deo Judici vivor. et mortuor.,
a quo Judices omnes judicabun-
tur, sicut judicaverunt, et remen-
tientur in Mensura, in qua mensi sunt.
Gloss. in c. 1. De re Judic in 6to. ver-
bo Deum.

M. Casimirus Jarmundowicz
U. J. Pfr. Aplicus et Actor. Officii Re-
ctoralis Unitis Crac. Notarius

ACTA ACTORUM OFFICII RECTORALIS

Almæ Universitatis Cracovien.

RECTORATU Imo

Magnifici Perillustris Clarissimi et Adm Rndi Domini Dni M. Stanislai Philippowic Sæ Thbologiæ Licentiati et Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Decani, Curelovien Scholastici, Parochialium in Przemykow Præpositi in Igołomia Curati, Alumnatûs Roszczeviani et Contubernii Starnigeliani Provisoris Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis protunc RECTORIS Commutatione Hyemali Annô a Nativitate Dni Nostri Jesu Christi 1747mo

CONNOTATA

Luna 23. Octobris
Fundatio Jurisdictionis

Coram eodem Magnifico Domino Rectore ac in loco publica Causarum audientia in Stuba Collegii Majoris communi personaliter comparens honoratus Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis et Fiscalis Judiciorum Rectoralium actor principalis, in termino ex prorogatione prefati Magnifici Domini Rectoris proveniendo, et in diem hodiernam legitime incidendo, accusata contumacia omnium citatorum jus et interesse ad fundationem Jurisdictionis procedentium, si et inquantum non comparentium, nec aliquid contra fundationem Jurisdictionis Rectoralis inferentium, ipsos contumaces reputari, ac in eorum contumaciam Jurisdictionem Rectoralem fundari, prelibatum Magnificum Dominum Rectorem Judicem omnibus Causis et Personis ad Jurisdictionem suam spectantibus, competentem pronuntiari Causas omnes lites et controversias si et inquantum indecisa pendent, reassumi et terminari, dies et horas Judiciorum formandorum assignari, Judices, Surrogatos, Assessores, Notarium Fiscalem constitui et nominari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus invocato Dei omnipotentis auxilio attenta termini ex prorogatione sua incidentis cadentia omnes et singulos pro eodem termino non comparentes contumaces reputavit, ac in eorum

contumaciam

contumaciam Jurisdictionem suam Rectoralem fundavit, se Judicem competentem Causis et Personis ad Jurisdictionem suam Rectoralem spectantibus pronuntiavit, Causas lites, et Controversias in quibus terminis indecisæ steterunt reassumpsit, illisq; et aliis de novo occurrentibus dijudicandis Dies Juridicos Cujuslibet Septimanæ non impeditos, nempe dies Lunæ, Mercurii, et Veneris, horamq; Tdam pomeridianam assignavit, Judices, Surrogatos Perillres Reverendissimos et Adm Rndos MM. Mathiam Zietkiewicz Canonicum Cathedralem Cracoviensem Franciscum Kalewski Sæ Theologiæ, Joannem Lukini Canonicum Cathedralem Cracoviensem, Adalbertum Micinski Juris Utriusq; Doctores, Petrum Szymakowski, Casimirum Pałaszowski Sæ Theologiæ Licentiatos, uti Exrectores, Assessores Clarissimum et Excellen Antonium Laskiewicz Phiæ et Medicinæ Drem, Adalbertum Grzymała Sæ Theologiæ Licentiatum, Adalbertum Goszkowski, Andream Cybulski, Josephum Popiołek, Sæ Thlæ, Stanislaum Mamczynski Juris Utriusq; Casimirum Stęplowski Paulum Polaczek, Joannem Przypkowski, Michaelem Czyrnicki, Adalbertum Biegaczewicz Artistarum Decanum, Phiæ Doctores et Professores Notarium me Antonium Zołędziowski Phiæ Drem et Professorem, cum facultate substituendi alium in casu absentiæ vel alicujus impedimenti, Fiscales Judicii sui utrumq; honoratum Bedellum nempe Joannem Gajowski, et Jacobum Kowalski, locum Judiciorum Stubam Communem Collegii Majoris constituit, cæteraq; omnia juxta præscriptum

Statutorum

Statutorum Universitatis et Privilegiorum ejusdem fieri debere declaravit, praesensq Decretum fundatae Jurisdictionis per consuetas publici mandati literas in Collegiis Coloniis, Contuberniis, Scholis, aliisq jurisdictioni Suae Rectorali, locis subjectis intra vel extra Cracoviam publicari decrevit ac sententiavit. Praesentibus Perillustribus Rndmis et Adm Rndis MM. Mathia Zetkiewicz Sae Theologiae Joanne Lukini Utriusq Juris Doctoribus, Canoniciis Cathedralibus Cracovien, Adalberto Micinski Utriusq Juris Doctore Collegiatae SS. OO. Archidiacono, Petro Szymakowski, Casimiro Pałaszowski, Adalberto Przymała Sae Theologiae Licentiatis, Adalberto Goszkowski, Andrea Cybulski, Josepho Popiołek Sae Theologiae, Stanislao Mamczynski Juris Utriusq Professoribus, Casimiro Stęplowski, Paulo Polaczek, Joanne Przypkowski, Michaele Czyrnicki, Adalberto Biegaczewicz Phiae Doctoribus et Professoribus, et me M. Antonio Zołędziowski Phiae Doctore Regio Professore Collega Majore Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Primicerio, S. Annae Canonico, Cathedralis Cracovien Concionatore Garvasciano, Ilcussien Praeposito Apostolico et Causarum Officii Rectoralis constituto Notario.

Mercurii 15ta Obris

Fiscalis contra Excellen Scholarum Seniores.

Coram Magnifico ac Rectore ac in publica Causarum ejus audientia in termino ex Citatione verbali comparens personaliter Honoratus Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis ac Officii Recto-

ralis

256. ralis Fiscalis, accusata contumacia Excellen Scholarum Seniorum, inquantum non comparentium, in et contra eos proposuit. Quia ipsi Juventutem suae fidei et Jurisdictioni commissam intra cancellos modestiae debite non continent, Scholares suos per vicos et plateas divagantes, Cauponas, et loca suspecta visitantes, tumultus inter Judaeos excitantes non coercent, alias muneri et Officio suo non satisfaciunt. ipsos ad majorem et severiorem Scholis et Scholaribus tam easdem Scholas, inhabitantibus, quam etiam in territoriis Parochiarum manentibus attendentiam et disciplinam, ac ad ea omnia quae ipsis ex Officio Senioratus incumbunt, sub poena Complicitatis, si quod inconveniens per Scholares suos patratum fuerit, stringi debita cum instantia postulavit. In praesentia Excellen MM. Jacobi Moledzki, Scholae S. Floriani, Andreae Cybulski S. Stephani Thomae Malyszko S. Annae, Ambrosii Buszydłowski SS. OO. Pauli Soldadyni B. Mariae Virginis in Circulo Crac: Seniorum, omnem hucusq diligentiam et attendentiam circa Scholas et Scholares suo regimini subjectos habuisse dicentium ac in futurum, ut sui Scholares in modestia quae Studiosos decet se contineant, Studiis diligenter, incumbant, a visitatione Cauponarum, et tumultibus abstineant, se se curatoros promittentium, ac reconventionaliter, quatenus Bedelli Universitatis Scholares Cauponas visitantes et tumultus excitantes sibi Citatis deferant, sub poena Complicitatis, casu quo aliquid devium acciderit, decerni instantium. Et Magnificus Dominus Rector petitionem Fiscalis admisit, appromissam Excell Scholarum Seniorum majorem ac severiorem in

Scholares

Scholares suos animadvertentiam acceptavit, et quatenus serio Officio suo attendant, profectum Scholarium suorum in studiis curent, in mores eorum et conversationem introspiciant, in excessivos pœnas rigorosas extendant, sub pœna Complicitatis, si quod ab ipsis inconveniens patratum fuerit obstrinxit. Bedellis etiam ut in Scholares excessivos animadvertant, ac eos Excell. Senioribus deferant. Similiter sub pœna Complicitatis injunxit. Præsente me Antonio Łozedziowski Phiæ Dre Regio Professore Causarum Officii Rectoralis Notario.

1. Idem cum Clrmo et Excell. Contuberniorum Senioribus.

Coram Magnifico Dre Rectore, ac in publica ejus Causarum audientia in termino ex Citatione verbali comparens personaliter Honoratus Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, ac Officii Rectoralis Fiscalis accusata contumacia Clarissimi, Excellen. Contuberniorum Seniorum inquantum non comparen. petiit eosdem similiter, ac Excellen. Scholarum Parochialium Seniores ad debitam eamq seriam Juventuti suo Regimini concreditæ attendentiam, tam quod attinet modestiam et honestatem, quam quod ad studia et profectum in Literis pertinet, insuper ad interessentiam in Actibus Philosophicis in Utroq Lectorio fieri hebdomadatim solitt. ejusdem Juventutis, alias prout fusius in Literis publici Edicti et clarius obligantur stringi et compelli. In præsentia Clrmi Illris et Adm Rndi M. Casimiri Gurski Collegæ Minoris Ecclæ Collegiatæ S. Annæ Canonici, Contubernii Regio-Jagelloniani, Excellen. MM. Antonii Kocikowski Hierosolomytani, Francisci Łuczynski Siviniani, Jacobi Nikiewicz Geloniani, Josephi Wałkanowski Philosophorum Substituti Seniorum

omnem

omnem se in omnibus iis quae actor in propositione sua allegavit, diligentiam et attendentiam habere et habuisse (nihil enim quidquam in oppositum adducere potest aut potuit) dicentium, et pro modulo suo eandem continuaturos asserentium. Et Magnificus Dnus Rector petitionem Fiscalis admisit Clrmum Excellen Seniores quam ad optimam Officii sui administrationem communuit, seriam quae fieri potest juventuti tam in studiis, quam pietate, moribus et honesta conversatione animadversionem inculcandam injunxit. Actibus Disputationum Philosophicarum in utroq Lectorio interessentiam potissimum per Lectionum Publicarum Auditores omni meliori modo promovendam commisit, utq ipsi Excellen Seniores ad effectum praemissorum suo exemplo praeeant obligavit. Praesente me Antonio Zolędziowski Phae Dre Regio Professore Aplico et Causarum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 30 Mensis Obris

1. Nobilis Kaierski Testes inducit.

Coram Magnifico Rectore ac in publica Quis Causarum audientia, in termino ex citatione Verbali comparens personaliter Nobilis Valentinus Kajerski Urbis Metropolitanae Crac Syndicus in Testes Ingenuos Mathiam Stowikowski Lectionum Publicarum, Michaelem Pokropkowicz Scholae Rhetoricae auditore tanquam Jurisdictioni Rectorali subjectos, in Causa et actione judiciaria inter se actorem ab una, et Honoratum Georgium Piecij in Officio Consulari Crac induxit, eosq praevio Corporali super dicenda rei veritate juramento examinari, dicta et eorum dispositiones in occluso Rotulo ex Cancellaria Officii praesen extradi ad Officium Consulare Crac debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dominus Rector petitionem Actoris et Testes inductos comparentes admisit, examen eorum juxta interrogatoria per partem

judicialiter pro recta

porrecta praevio corporali juramento in Cancellaria sui Officii super dicenda rei veritte praestando mihi Notario commisit, dicta et depositiones Testium in occluso Rotulo ad Officium Consulare Crac. remitti demandavit. Praesente Illri Clrmo et Adm Rndo Dno M. Casimiro Szeplowski Collega Majore, Collegiatae S. Floriani ad Crac. Canonico, et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario. 1

259

Lunae 21ma 9bris

Typographi inter se

Coram Magnifico Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Honoratus Franciscus Poznanski Artis Typographicae Socius, in termino ex Citatione Verbali in diem hodiernam provenienti accusata contumacia H.H. Joannis Gaiowski Senioris Congregationis Antonii Ciurzynski Artis Typographicae Socii, inquantum non comparentium in et contra ipsos proposuit de et super eo. Quia ipsi sibi Actori furtum objicere taliterq bonum nomen et famam laedere ausi sunt et praesumpserunt, eos proinde exemplariter puniri ad restitutionem famae stringi debita cum Instantia postulavit. In praesentia Citatorum in objectis persistentium ac ea probaturos se se offerrentium ac in continenti ex propria oris confessione Actoris probantium. Et Magnificus Dominus Rector ex rationibus animum suum permoventibus Causam praesentem ad adventum Illris Administratoris Typographiae Universitatis distulit, terminum conservavit. Praesente quo supra et me Antonio Zołędziowski Causarum Officii Rectoralis Notario.

Iidem inter se 2

Coram Magnifico Rectore ac in publica ejus causarum audientia comparens personaliter Honoratus Franciscus Poznanski Artis Typographicae Socius in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam

provenienti

provenienti accusata contumacia Honorati Joannis Gajowski Congregationis Typographorum Senioris in quantum non comparentis in et contra Ipsum proposuit de et super eo Quia ipse se Actorem sub Die Lunae 15tia 9bris in Typographia Universitatis infestare, liberum ex ea exitum praepedire, ad exuendas vestes stimulare, sub detentione per horas quinq tenere ausus est et praesumpsit, ipsum proinde puniri debita cum Instantia postulavit. In praesentia Citati ex Commisso ac mandato Illris Administratoris Typographiae, tum Excell M. Michaelis Kazmierski Phiae Dris, Gusdemq ac Matheseos Professoris Actorem in Typographia continuisse, et nonnisi ad depositionem Superioris Vestis stimulasse, veste autem inferiori ipsum se Actorem exuisse dicentis et libertatem a Causa postulantis. Et Magnificus Dominus Rector quoniam se Citatus ad mandatum Illris Clrmi et Adm Rndi M. Adalberti Goszkowski Sae Theologiae Professoris uti et tanquam Administratoris Typographiae, refert causam praesentem, itidem ad adventum Illris Administratoris distulit, terminum conservavit. Praesente quo supra et me M. Antonio Zoledziowski Causarum Officii Rectoralis Notario.

Fiscalis contra eosdem

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter Honoratus Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis ac Officii Rectoralis Fiscalis in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam provenienti accusata Contumacia Seniorum ac Sociorum Artis Typographicae inquantum non Comparentium in et Contra ipsos proposuit. de et super eo. Quia ipsi continuis vacando crapulis locatas Typigraphiarum Dominis opera negligunt, taliterq damna emergentia et Lucra cessantia ijsdem causant, poenas in excessivos nul-

lus

tas extendunt, alias acsi nullis legibus aut Statutis obstricti essent, se gerunt, proinde Decretum boni ordinis super Congregationem eorum ferri, pœnas contra excessivos Sententiari, debita cum Instantia petiit. In præsentia AA. Joannis Gajowski Senioris Francisci Jankiewicz Vicesenioris Congregationis Typographorum suo et totius Congregationis Nomine Comparentium, in relevantiam ab Objectis Actoris ordinatione Magnifici olim Francisci Przewoski Universitatis Rectoris, manu succedaneorum Universitatis Rectorum subscriptam et Puncta Numero XX. in eadem Congregatione Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo Die 15ta Januarii sub Præsidentia Clrmi a Magnifico Domino Rectore in ordine ad faciendum bonum ordinem in dictt: Congregatione deputati Commissarii, per Seniores et totam Congregationem Sociorum Artis Typographicæ laudata et acceptata producentium, Approbationem eorumdem Punctorum petentium. pœnas contra contravenientes in ijsdem Punctis sancitas ad effectum deduci toties quoties ijsdem contravenerint postulantium. Et Magnificus Dominus Rector visa et lecta ordinatione Magnifici olim Francisci Przewoski Universitatis Rectoris, eidem in omnibus et singulis standum esse duxit, visis quoq; et lectis laudatis per Socios Artis Typographicæ et Seniores, in Congregatione Punctis, bonum ordinem attinentibus, eadem Puncta approbavit, et quatenus ad tenorem eorum se Socii Artis Typographicæ gerant, Seniores pœnas in Contravenientes extendant, injunxit, ac eadem Puncta Actis præsentibus ingrossanda demandavit prout ducit, approbat, injungit ac demandat Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsente quo ut supra et me M. Antonio Zołędziowski Phiæ Doctore Regio Professore Causarum Officii Rectoralis Notario.

Lunæ 2ta

Lunae 4ta Decembris

Excell. Soldadyni contra Studiosos

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Excell. M. Paulus Soldadyni Phiae Doctor et Professor Scholae B. Virginis Mariae in Circulo Crac. Senior, in termino ex Citatione Verbali in diem hodiernam provenienti accusata contumacia Ingenuorum Petri Majchrowski Thomae Reczynski Mathiae Wisniowski Publicarum Lectionum, Petri Szumarski Stanislai Kliszowski, Nicolai Ozdzinski, Michaelis Piątkowski Rhetorices auditorum, Josephi Orłowski Scholae Poeseos Alumni Scholam B. Virginis Mariae inhabitantium inquantum non Comparentium in et contra Ipsos proposuit. Quia ipsi se Actorem in Convocatione Die 2da Mensis habita ad electionem Patris mendicantium Stimulare et adigere verbis contra Jurisdictionem Senioralem insurgere, ante Residentiam Actoris occurrere ad eandemq ex Convocatione redeunti aditum praecludere habitum Academicum (praecipue ingenuus Orłowski) lacerare ausi sunt, et praesumpserunt, ipsos propterea exemplariter puniri ex Schola excludi, debita cum Instantia postulavit. Praesentibus Citatis Objecta negantibus et solum Excell. Actorem quatenus ad electionem Patris condescendisset petiisse dicentibus. Et Magnificus Dominus Rector ex rationibus animum suum permoventibus, suspensa decisione Causae praesentis, quatenus Venerabilis Adalbertus Połaciewicz AA LL et Philosophiae Baccalaureus, ac Cantius Kuklinski Publicarum Lectionum Auditor pro Officio Patris mendicantium competitores testimonia, super modestia, diligentia, ac in studiis profectu, a Clarissimis Excell. Professoribus, tum Sexterniones, auditarum, ac earum quae ad praesens

audiunt

audiunt, manibus suorum Professorum subscriptt: pro 1ma Juris comportent. injunxit, terminum conservavit. Praesente me Antonio Zołędziowski Causarum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 11ma Mensis 10bris

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparentes personaliter V. Adalbertus Połaciewicz AA. LL. et Philosophiae Baccalaureus, Cantius Kuklinski Publicarum Lectionum Auditor pro Officio Patris mendicantium in Schola B. Virginis Mariae concurrentes, satisfaciendo Decreto Judicii praesentis, sub anteriori termino lato testimonia modestiae, diligentiae ac profectus in studio a Clarissimis Excell. Professoribus, tum Lectiones per se auditas manibus eorundem Professorum subscriptt: produxerunt. Et Magnificus Dominus Rector satisfecisse eosdem Decreto sui Judicii adinvenit, et quamvis ex productis Utriusq competitoris, de modestia diligentia, ac in studijs profectu testimoniis major V. Połaciewicz diligentia ac in studiis profectu liquet et deducitur, nihilominus non praejudicando quidquam Statutis, ac laudabilibus Scholae B. Mariae Virginis in Circulo Crac. consuetudinibus Liberam Patris Mendicantium electionem cui de Jure competit permisit. Resolvendo vero suspensam quoniam citati Ingenui Petrus Maychrowski Mathias Wisniowski Thomas Reczynski Publicarum Lectionum, Petrus Szumarski, Stanislaus Kliszowski, Nicolaus Ozdzinski, Michael Piątkowski Rhetorices Auditores ab Excell. Actore non tam petere quam extorquere electionem Patris Mendicantium prout id ex attentatis per eosdem actibus deducitur, ausi sunt, et praesumpserunt, quamvis majores poenas mererentur, paterne cum ijsdem procedendo, quatenus Excell. Actori coram suo Judicio hic et nunc

faciant.

faciant injunxit Quoniam vero Ingenuus Orłowski multo audacius tam verbis quam gestis in Excellen Actorem deliquit, habitum Academicum temere laceravit quinquaginta plagis in continenti afficiendum esse censuit. Et quatenus citati mitius in posterum ac modestius se gerant. Excell Seniorem debito cultu prosequantur demandavit, similia sub gravioribus poenis inhibuit. Praesente me M. Antonio Zołedziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

i Typographi inter se

Iuxta exigentiam termini hodierni ex actis et Conservatione provenientis Comparens personaliter Honoratus Franciscus Poznanski Artis Typographicae Socius accusata contumacia H. Joannis Gajowski Congregationis Sociorum Artis Typographicae Senioris, inquantum non comparentis, petiit ante omnia adversus spolium restitui, factaq restitutione suspensam expediri, in ordine ad quam expediendam reconventionaliter Articulos in et contra suprascriptum Honoratum Gajowski porrexit, ac iuxta eos testes examinari debita cum Instantia postulavit. Praesente quo supra Citato restitutionem vestis Superioris offerente et in expeditionem suspensae consentiente. Et Magnificus Dominus Rector quatenus H. Gaiowski H. Poznanski vestem de qua lis est in instanti restituat injunxit. Quod vero attinet principale negotium quatenus Utraq Pars tam Actorea, quam Citata, reconventialiter sibi adinvicem objecta per Testes bene rei gnaros probet decrevit, et ad eum finem in Commissarios Illrem Clarissimum et Adm Rndum M. Casimirum Szeplowski Sae Theologiae Professorem Ecclesiae Collegiatae S. Floriani Canonicum, et me M. Antonium Zołedziowski deputavit, et quatenus suis in Personis

cum

cum Perillustri Administratore Typographiae Univer-
sitatis ad eandem Typographiam condescendant, Exem-
plaria Syntagmatis Juris per HH. Gajowski et Lenar-
towicz superaddita sequestrari, ac per eosdem ad Perillu-
strem Administratorem comportari faciant, Inquisitiones
per Testes ab utraq Parte inducendos praevio etiam
si opus fuerit corporali Juramento, juxta Articulos per
partes porrectos tempore bene viso expediant, praecommi-
sit, prout injungit, decernit, deputat, praecomittit. Decreti
praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesente me
Antonio Dołedziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 15ta Decembris

Excellens Kocikowski contra Excell. Temprowski

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum
audientia comparens personaliter Excell. M. Antonius
Kocikowski Phiae Dr et Prfr Contubernii Hierosolymitani
Senior in termino ex Citatione Verbali in diem hodiernam
provenien accusata contumacia Excell. M. Mathaei
Temprowski Phiae Dris, Ejusdemq ac Matheseos Pro-
fessoris, inquantum non comparentis, in et contra ipsum
proposuit de et super eo. Quia ipse Decreto in Judicio
Magnifici Domini antecedanei Rectoris contra se lato,
in quo prohibitum est ipsi, ut amplius se Actorem laedere,
contemptuare, ac angarizare non praesumat, in spretum
ejusdem Decreti honorem sui Actoris multoties verbis
laesivis in residentiis idem Contubernium Studiosorum
sive studentium inhabitantium se Actorem contemptu-
are Clavim a Contubernii porta ex residentia Seni-
oris absq ullo ejus scitu et consensu attrectare, Contu-
bernii portam propria authoritate reserare, hisq non
contentus die hodierna suprafatt. residentiam Senioralem

aggredi:

266. aggredi et invadere se Seniorem verbis pungitivis ac contumeliosis afficere ausus est et praesumpsit, contravenit, Ipsum propterea puniri atq; poenas eodem Decreto supramemorato comminatas in eundem extendi debita cum Instantia postulavit. In praesentia Excell. M. Mathaei Tempro Ski Citati ex adverso principalis personaliter comparentis imprimis in Causa principali a Decreto ausi contra se lato, quoniam praesens Citatus per interceptum sibi Actoratum gravatus, Decretumq anterius non solum Citatum, sed et Actorem ad executionem stringat, et praenominatus Actor suprafatt. Decreto contentus non satisfecerit, contentusq pariter Appellatione sui Citati, eandemq ausi admittens, adusq executus non est, ideo Appellationem in Judicio Anteriori factam per Judicium praesens admitti, de gravaminibus cognosci ac disjudicari alias Decretum anterius reponi petentis. Quantum vero attinet ad Causam praesen quod praedictus Citatus ausi eidem Actori aliquam injuriam intulerit, vera esse negantis. Quinimo per eundem Actorem plurimas laesiones, contemptuationes, tantisper ad disjudicationem Causae principalis patientissime se tolerasse, neq; aliquas querelas ac protestationes contra Actorem fecisse, sed pacis et concordiae amore multas injurias sine omni passione sustinuisse, et adusq; sustinere dicentis et ad instantias in anterioribus terminis factas sese referentis. Et Magnificus Dominus Rector auditis partium propositis et responsis quatenus ante omnia alterutra Pars Decretum in Judicio Antecedanei Magnifici Domini Rectoris latt: pro prima Juris post Ephiphaniam producat decrevit

Utriq;

Utriq autem ut a laesionibus, angarizationibus ad invicem abstineat sub poenis arbitrariis demandavit Praesen Illri Steplowski et me Antonio Zołedziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Anno Domini 1748vo

1 Lunae 8vâ Januarii

Typographi inter se

In termino hodierno ex adcitatione provenienti Comparens personaliter H. Franciscus Poznanski Artis Typographicae Socius accusata contumacia H. Joannis Gajowski Congregationis Artis Typographicae Sociorum Senioris inquantum non comparentis petiit ad lectionem Inquisitionum Juratoriam in Causa et Actione Judiciaria inter se Actorem ab una et suprascriptt° Citatum ac alios parte ab altera in Judicio praesenti mota et vertente condescendi, iisq; lectis Decretum pro parte sui favorabile ferri, ac in scriptis promulgari. In praesentia H. Joannis Gajowski Citati ex adverso Principalis in lectionem Inquisitionum et in Decreti inquantum pro parte sui favorabilis prolationem consentientis. Et Magnificus Dominus Rector ad lectionem Inquisitionum condescendit, iisq; lectis ac deliberatè perpensis Decretum tulit, ac illud in 5dena publicaturum se obtulit, terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołedziowski Causarum Officii Rectoralis Notario.

2. Lunae 15ta Januarii

Excellens Kocikowski contra Excell Tempr̃oski

Juxta

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Excell. M. Antonius Kocikowski Phiae Doctor et Professor Contubernii Hierosolymitani Senior Actor Principalis satisfaciendo Decreto Judicii praesen. Veneris 15ta Xbris lato Decretum inter se Actorem ab una et Excell. M. Mathaeum Temprowski parte ab altera latum produxit, ac illud debitae executioni demandari postulavit. In praesentia suprascripti Citati Decretum in Anteriori Judicio latum ad executionem non posse nec debere deduci. ex rationibus 1ma quia in Causa principali quae coram eodem Judicio agitabatur mentio Literarum honorem famamq. Citati laesivam ex fomentatione Actoris subreptitii solummodo est facta, cum tamen per Inquisitiones fomentatio G. Janicki ad scribendas easdem literas ac actualis Citati circumscriptio in iisdem literis Actori sit probata. 2da quia in Causa acsi attentatorum motiva ex quibus orta est actio non sunt in Decreto expressa, quae tamen in Inquisitionibus per Testes sunt deposita. 3tia quod Citatus sit in eodem Decreto poenis praegravatus, postulantis, ac ad relectionem Inquisitionum ex quibus Decretum anterius est latum et Decreti circumscriptionem procedi exposcentis Et Magnificus Dominus Rector quoniam in Causa praesenti informari non potest, ante omnia quatenus Excell. Citatus Processum in eadem Causa quamprimum ad Judicium suum comportet injunxit. terminum conservavit. Praesente me M. Antonio

Zołędziowski Causarum Officii Rectoralis Notario.

Lunæ 5ta Februarii

Nobilis Kaierski Contra Studiosos.

Coram Magnifico Rectore ac in publica ejus Causarum audientia Comparens personaliter Nobilis ac Spectabilis Valentinus Kajerski Urbis Metropolitanæ Crac. Syndicus, Actor Principalis in termino ex Citatione Verbali in hodiernam diem incidente accusata Contumacia Ingenuorum Petri Szumarski Michaelis Pokropkiewicz Martini Słonski ac aliorum Seorsivo Regestro specificatorum inquantum non Comparentium in et contra eos proposuit Quia ipsi Lapideam Famati Pietrzyk Civis Tabernatoris Crac. invadere; fores excutere Milites præsidiarios aggredi; Prætorium respective Szumarski Pokropkiewicz et Słoński superinvadere; tumultus excitare; securitatem publicam in Urbe violare ausi sunt; et præsumpserunt, eosdem pro præmissis serio et exemplariter puniri petiit. In præsentia Citatorum Prætorium se non invasisse, imo neq; in Prætorio fuisse neq; frameatos incessisse sed non nisi cum modestia ante ostium Prætorii stetisse dicentium. Et Magnificus Dominus Rector Inquisitionem ea in Causa decrevit, terminum conservavit. Præsente Illustri Adm Rndo M Casimiro Szeplowski Sæ Theologiæ Professore Culæ Collegiatæ S. Floriani Canonico in absentia Actuarii substituto Notario.

Mercurii 7ma Februarii

Nobilis

Nobilis Kaierski Testes inducit.

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actione et Conservatione provenienti comparens personaliter Nobilis Valentinus Kajerski Urbis Metropolitanae Crac. Syndicus nomine Nobilis ac Spectabilis Magistratus Crac. Actor Principalis in Causa inter se Actorem ab una et Ingenuos Petrum Szumarski Michaelem Pokropkowicz Martinum Słoński ac alios complices parte ab altera mota et vertente in Testes HH. Laurentium Czernecki Franciscum et Josephum Brodzinski Cives Crac. Strenuos Adalbertum Olinski et Joannem Boyan induxit, eosq. praevio Corporali super dicenda rei veritate juramento ad interrogatoria judicialiter parata examinari petiit. Praesentibus Citatis suo et aliorum nomine comparentibus in Testes inductos FF. Laurentium Czernecki Franciscum et Josephum Brodzinski consentientibus, contra strenuos vero milites Albertum Olinski et Joannem Boyan ex eo quod ad praesentem Causam influxerint, et pro parte eorum per Nobilem et Spectabilem Magistratum Crac. in Judicio praesenti agal. excipientibus ac pro sua parte Cauponatricem Famati Pietrzyk inducentibus. Et Magnificus Dominus Rector Testes inductos et non exceptuatos salva plurium si opus fuerit inductione admisit, quorum in continenti ad Imaginem Crucifixi praestito Juramento examen eorum mihi Antonio Zołędziowski Actorum Officii sui Notario commisit. terminum conservavit. Praesente Illri Armo M. Casmiro Szeplowski Sae Theologiae Prfre, Ecclae Collegiatae S. Floriani Canonico et me supra scripto Notario.

Veneris 16ta Februarii

2. Nobilis Kaierski contra Studiosos.

In termino hodierno ex Actis et Conservatione proveni-
enti Comparens personaliter Nobilis Valentinus Ka-
jerski Urbis Metropolitanæ Cracoviensis Syndicus nomine
Nobilis et Spectabilis Magistratûs Cracoviensis Actor Prin-
cipalis, in termino ex Actis et conservatione Actorum
dicta, et depositiones Testium in Causa et Actione Judi-
ciaria inter se Actorem ab una, et Ingenuos Petrum
Szumarski Michaelem Pokrophowicz Martinum
Stonski ac alios in Judicio præsens mota et vertente
legi, illisq; lectis Decretum ferri in scriptis promulgari
debita cum instantia postulavit. Præsentibus Citatis
et adverso Principalibus in lectionem Inquisitionum
ac in Decretum pro parte sui favorabile consentientibus.
Et Magnificus Dominus Rector ad lectionem
Inquisitionum juratoriam hac in causa pro utraq;
parte expeditl. condescendit. Ex quibus lectis et ma-
tura deliberatione perpensis quandoquidem deduct.
Ingenuos Szumarski Pokropkiewicz et Szynkiewicz
Lapideam Famati Pietrzyk adscitis sibi complicibus
superaggressos esse, fores excutere voluisse, illisq;
per Famulam Famati Pietrzyk apertis, milites
præsidiarios Urbis Cracoviensis verbis contumeliosis affe-
cisse, uni ipsorum bombardam attrectare et de manibus
eripere præsumpsisse, non jurisq; ad Magnificum Do-
minum Rectorem, quem facere ei juramenti per se
circa inscriptionem in Album Studiosorum Univer-
sitatis præstiti debebant tam in Lapidea Famati
Pietrzyk quàm in Pinnaculis Prætorii Cracovien-

cum.

cum Ingenuo Martino Slonski de consensu Magnifici Domini Rectoris ratione deductionis ad Prætorium Ingenui Mathiæ Szynkiewicz Scholæ Rhetorices Studiosi, investigavisse, contentiones cum Famato Czechoski in iisdem Pinnaculis exercuisse, punibiles esse adinvenit. Et quamvis pœnas graviores meruerint, quia tamen per depositiones Testium quod nec armati, nec cum violentia, sed Zelo tuitionis Jurium Studentibus in Universitate Crac servientium, maxime quod Præsidiarii Urbis Crac milites sine assistentia Familiæ Magnifici Domini Rectoris suprascripti Ingenuum Szynkiewicz ad Prætorium Crac deducere attentabant, relevantur, ideo ad mitiora descendendo Ingenuum Martinum Slonski jam alias in similibus notatum, et principalem facti tumultus ac inconvenientiarum motorem e numero inhabitantium Scholam Beatæ Mariæ Virginis in instanti excludendum esse decrevit. Ingenuos vero Szumarski Pokropkowicz quoniam prædicto Ingenuo Slonski adhæserunt, ac in complicittem facti tumultus influxerunt singulos Quinquaginta plagis in continenti afficiendos esse censuit. et quatenus se in posterum modeste in Schola gerant, tumultus non excitent, Scholas continuo frequenter serio monendos esse duxit, et sub pœnis arbitrariis iisq gravioribus contra excessivos ipsaq pœna proscriptionis injunxit, similia in posterum prohibuit. Præsentibus Illribus Clrmis et Adm Rndis M.M. Antonio Krzanowski, Casimiro Szeplowski S. Theologiæ Professoribus, Ecclæ Collegiatæ S. Floriani ad

Crac

Crac. Canonicis et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1. Mercurii 6ta Martii

Typographi inter se

In termino hodierno ex actis et Conservatione provenienti comparens personaliter H. Franciscus Poznanski Artis Typographicae Socius Actor Principalis — — accusata Contumacia H. Joannis Gajowski Congregationis Sociorum Artis Typographicae Senioris inquantum non comparentis Decretum in Judicio praesen. 8va Januarii Anni nunc Curren. 1748 latum in scriptis promulgari, executioni demandari debita cum Instantia postulavit. Praesen. quo supra Citt. suo et aliorum ad Causam praesentem intrantium Nomine in publicationem hujusmodi Decreti inquantum pro parte sua favorabilis consentientis Et Magnificus Dominus Rector annuendo petitioni Partis Actoriae et Consensui Partis Citatae Decretum latum ut supra in scriptis promulgari demandavit. Cujus Decreti tenor sequitur estq. talis. Magnificus Dominus Rector quoniam per Inquisitiones Juratorias hac in Causa debite et legitime eductas H. Poznanski de sibi insimulato per Citatum et Complices suos furtum non convincitur, quinimo per depositiones Testium relevatur liberum a Causa et Actione praesenti pronuntiavit, objectaq. per partem Citt. nihil bonae famae Actoris nocere debere declaravit. Citatus autem in probandis calumniosis et malitiosis Actori Objectis defecit, et per depositiones Testium de

gravioribus

gravioribus furtis convincitur punibilem esse adinve-
nit. Et quatenus pro Calendariis per se Citatum Actori
interceptis pretium quamprimum restituat, Carcerem
per hebdomadam in fundo in ingressu plagis 30 in
eggressu plagis totidem afficiendus subeat. decrevit.
Similia in posterum sub gravioribus pœnis prohibuit.
Quoniam tamen H. Poznanski ut ex propria oris e-
jus confessione et H. Lenartowicz ut ex Inquisitio-
nibus constitit minores aliquas injurias tam Typo-
graphiæ quam imprimentibus opera sua v. aliena in
Typographia intulerint, punibiles quoq; esse censuit, et
quatenus successive Carcerem in fundo per unum
diem subeant injunxit. Quia vero origo et occasio
odiorum, rixarum compotationum, crapularum, ebri-
etatum ac omnium inter Typographos malorum,
scandalorum, ac inconvenientiarum est ea, quæ Ty-
pographi circa impressionem tam Calendariorum,
quam aliorum Majorum sive Minorum Exempla-
rium pro sua parte superaddere consueverunt, et
superaddunt, ideo Magnificus Dominus Rector
obviando quibusvis malis exinde pululantibus, qua-
tenus in posterum nihil tam Pressores, quam Statio-
narii sive compositores Typorum pro parte sui su-
peraddere audeant, et præsumant, sub gravissimis
pœnis inhibuit, et insuper, quatenus circa principi-
um impressionis cujuscunq; Libri aut Exemplu-
ris aut semel pro semper quod pro parte sui ni-
hil unquam superaddent, et superaddere præsu-
ment, jurent, mutuo se adinvicem honore, amore,
prosequantur, a litibus, rixis, calumniis abstineant
demandavit. Ad extremum in eum qui compota-

tionibus

tionibus, crapulis, ebrietatibus vacaverit, et exinde labores Typographici negligantur, damnum Typographiæ, vel Authori cujuscunq operis sequatur, pœnam plagarum triginta, toties quoties irremissibiliter pronuntiavit, prout decernit, demandat, pronuntiat, Decreti præsen vigore ad præmissa mediante. Præsente Illri Chmo et Adm Rndo M. Casimiro Szeplowski Sæ Theologiæ Professore, Collega Majore, Ecclæ Collegiatæ S. Floriani ad Crac Canonico et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunæ 13tia Martii

Pictores inter se

Coram Magnifico Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter F. Bonaventura Bałkowski Civis Pictor Crac petiit Inhibitionem ex Officio præsen super evocatione ad Judicium Castrense Capitaneale Crac. N. Francisci Romanowski Artis Pictoreæ Socii emanatt relaxari, ac eundem ad respondendum certis articulis judicialiter porrectis stringi debita cum Instantia postulavit. In præsentia suprascripti Citt ex adverso Principalis Inhibitionem ex Officio præsen emanatt, ex quo tota Congregatio Pictorum Crac juxta Privilegium Serenissimi ad præsens Regnantis Jurisdictioni Magnifici Domini Rectoris Universitatis subjecta est conservari suo in robore petentis, et reconventionaliter Articulos contra Actorem conscriptos porrigentis. Et Magnificus Dominus Rector Inhibitionem ex Officio suo emanatt. suo in robore conservavit. Causam vero Actoris cum Citato et reconventionaliter Citati

cum.

cum Actore, ex quo una ex altera pululare ac utraq ad invicem secum connexa est asseritur ad 1mam Instantiam hoc est ad Congregationem Pictorum remisit, salva Appellationi Parti quæ se gravatam senserit reservata. Præsente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 15ta Martii.

1. Excell. Maykrzycki a munere Executt: liber.

Testamentaria

Coram Magnifico Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Excell. M. Thomas Maykrzycki Phiæ Doctor et Professor Contubernii Philosophorum Senior petiit se de munere Executoriali /: salvis per omnia suis legatis :/ post fata Perillris olim M. Mathiæ Kolendowicz Sæ Theologiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Majoris ex quo ad regendam Coloniam Olycen Universitati Zamoscen incorporatam abscedit liberum pronuntiari. Præsentibus Illri Clrmo et Adm Rndo M. Andrea Cybulski Sæ Theologiæ Prfris Ecclæ Collegiatæ S. Floriani Canonico Collega Majore. Clrmo et Adm Rndo ejusdem Nominis M. Kolendowicz testamenti supradictt: olim Perillris Mathæi Kolendowicz Executoribus nihil penes Excell. Maykrzycki tam de peculio, quàm de rebus mobilibus et Oeconomicis manere dicentibus, in libertationem ejusdem a munere Executoriali consentientibus, ac in se totum onus respondendi de eodem munere assumentibus. Et Magnificus Dominus Rector Excell. May-

krzycki

Krzycki liberum a munere Executoriali pronuntiavit. et quatenus Illris Clrmus M. Andreas Cybulski dativus M. Andreas Kolendowicz constitutus Executores quamprimum rationes, de munere executoriali in Officio Rectorali faciant injunxit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Causarum Officii Rectoralis Notario.

Veneris Vda Martii

Fiscalis contra Illrem Cybulski. 1.

Coram Magnifico ac Rectore ac in publica ejus Causarum audientia comparens personaliter A. Joannes Gajowski Bedellus Universitatis Fiscalis Judicii praesen Actor Principalis in termino ex Citatione literali debite prout apparebat executa accusata Contumacia Illris Clrmi et Adm Rndi D. M. Andreae Cybulski Sae Theologiae Professoris Eccla Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonici uti et tanquam Testamenti Perillris Clrmi et Adm Rndi olim M. Mathiae Federowicz Sae Theologiae Prfris Ecclarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac et S. Annae Crac Custodis, Parochialis Prossovicen Praepositi, Executoris inquantum non comparentis, petiit eundem ad reddendum Calculum de munere Executoriali stringi. Regestra Perceptorum tam in parata pecunia quam ex proventibus Universitatis Domus Majoris, Capituli S. Floriani, Beneficii Prossovicen ac divenditis rebus mobilibus, tum aliis supradictt. Testatorem suum concernentibus, similiter et expensorum produci. In praesentia Citati ex adverso Principalis promptitudinem suam ad dandas ratio

nes

nes de munere Executoriali offerentis, sed inducias ex quo non omnia adhuc connotata habeat ad quindenam expetentis. Et Magnificus Dominus Rector quatenus Citatus calculum de Perceptis tam in parata pecunia, quam de proventibus Universitatis Domus Majoris, Capituli S. Floriani, Beneficii Prossovicen, item ex Bonis per Testatorem suum administratis, frumentis, re pecuaria, et aliis undecunq pululantibus producat decrevit. Praesente Illustri Clrmo et Adm Rndo M. Casimiro Stęplowski Sae Theologiae Professore, Collega Majore Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonico et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1. Idem contra Eundem et Clrmum Kolendowicz Coram Magnifico Rectore ac in publica ejus Causarum audientia comparens personaliter H. Joannes Gajowski Bedellus Universitatis Fiscalis Judicii praesen Actor Principalis in termino ex Citatione Literali legitime ut a tergo apparebat executa accusata contumacia Illris Clrmorum et Adm Rndorum MM. Andreae Cybulski Sae Theologiae Professoris Ecclae Collegiatae S. Floriani Canonici et Andreae Kolendowicz Phiae Doctoris et Professoris, Collegae Minoris, Ecclae Parochialis in Marci Poremba Curati uti et tanquam Perillris Clarissimi et Adm Rndi olim M. Mathaei Kolendowicz Sae Theologiae Doctoris et Professoris, Collegae Majoris, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Decani Parochialis Zebrzydovicen Praepositi,

Executorum

Executorum inquantum non comparentium, petiit eosdem ad reddendum calculum de munere Executoriali stringi, Regestra Perceptorum et Expensorum produci. In praesentia Citatorum Principalium dilationem ex quo pariter non omnia parata habeant petentium. Et Magnificus Dominus Rector Causam praesen ad 1mam Juris post Pascha distulit, pro quo termino quatenus Citati Regestra Perceptorum et expensorum et respective Perceptorum tam in parata pecunia, quam de proventibus Universitatis Domus Majoris, Capituli S. Floriani, Beneficii Zebrzydovicen, item ex Bonis per Testatorem suum administratis, frumentis, re pecuaria, et aliis undecunq Testatorem suum concernentibus producant injunxit. Praesente Illri Clrmo et Adm Rndo D. M. Casmiro Szeplowski Sae Thae Professore, Collega Majore, Eccle Collegiatae S. Floriani ad Crac: Canonico et me M. Antonio Zolędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1. Veneris 5ta Aprilis

Executor Illustris olim Federowicz

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis et conservatione provenienti Comparens personaliter Illris Clrmus et Adm Rndus M. Andreas Cybulski Sae Theologiae Professor, Eccle Collegiatae S. Floriani Canonicus uti et tanquam Illris olim M. Mathaei Kolendowicz Executor satisfaciendo Decreto Veneris Udâ Martii lato Regestra Perceptorum de Bonis per suum olim Testatorem administratis Domo Majori, Capitulo S. Floriani, Universitte, supellectili divendita manu Perillris et Rndmi D. M. Mathiae Zietkiewicz Sae Theologiae Doctoris

Testamentaria

Doctoris et Professoris, Cathedralis Crac. Canonici, Protectoris testamenti, jam vero Regestra Expensorum manu Perillris olim M. Mathaei Kolendowicz Sae Theologiae Doctoris et Professoris, Ecclae Collegiatae S. Floriani Decani Coexecutoris et sua conscripta in vim calculi produxit, et quietationem de munere Executoriali expetiit. Praesente A. Joanne Gajowski Bedello Universitatis et Officii Rectoralis Fiscali, non satisfecisse Decreto Anteriori Illrem Cybulski ex quo Regestra expensarum manu Perillris olim Kolendowicz et sua conscripta et connotata, non tamen Regestra Perceptorum producit Eundem ad productionem eorundem ut praemissum est Perceptorum stringi exposcente. Et Magnificus Dominus Rector attento eo quod Illris Citatus Regestra Expensorum manu Perillris olim Kolendowicz et sua conscripta produxit, Regestra vero Perceptorum manu Perillris olim Kolendowicz scripta non producit, quae tamen scripta esse fortiter praesumuntur, ex quo Regestra expensorum sint accurate et diligentissime per eundem connotata, Regestra autem Perceptorum manu Perillris Rndmi olim Zetkiewicz connotata, non sunt originalia sed modo primum post fata Perillris Kolendowicz confecta, quatenus Illris Cybulski Regestra Perceptorum originalia de parata pecunia immediate circa fata dicti Perillris Kolendowicz adinventa pro 1ma Juris post Dnicam Conductus producat, summas in debitis haerentes vindicet, et vindicandas per extensum describat, et pro eodem termino compertet, injunxit terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

ACTA ACTORUM

RECTORATU

Magnifici Perillustris Clarissimi et Admodum Reverendi Domini Domini M. Stanislai Philippowic S. Theologiæ Licentiati et Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Cracoviam Decani, Curelovien Scholastici, Parochialium in Przemyślow Præpositi, in Igolomia Curati, Alumnatus Rodzewiani, et Contubernii Starnigeliani, Provisoris, Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis proxime RECTORIS. Commutatione æstiva Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1710mo.

Veneris 26ta Aprilis

Innovatio edicti Rectoralis

Coram Magnifico Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter M. Joannes Jaworski Bedellus Universitatis Fiscalis Officii præsens ea occasione transeuntis per Cracoviam Exercitus Moschovitici ad continendos in sua modestia hujus Universitatis Studentes et alias Jurisdictioni Rectorali subjectas Personas petiit. Edictum publicum post Inauguratione[m] Magnifici Domini

282. mini praesentanei Rectoris emanatum, per Contubernia Scholas et alia loca Jurisdictioni Rectorali subjecta publicatum et intimatum reintimari. Et Magnificus Dominus Rector attenta justa petitione Actoris idem Edictum per modum mandati ex Cancellaria Officii sui intimatum in ordine ad expedienda et evitanda quaevis disturbia, quae cum extero et Exotico Milite per exorbitantiam Personarum Jurisdictioni suae subjectarum exoriri et subsequi possent reintimari mandavit. Praesente GG. Joanne Szczubielski et N. Witowski et me M. Antonio Zoledziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 29na Aprilis

Testamentaria Executor Illustris olim Federowicz

In termino hodierno ex Actis et conservatione provenien comparens personaliter Illris Clarmus et Adm Rndus D. M. Andreas Cybulski Sae Theologiae Professor, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonicus, uti et tanquam testamenti Illris et Adm Rndi olim M. Mathiae Federowicz Sae Thliae Professoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac et S. Annae Crac Custodis, Parochialis Prossovicen Praepositi, Executor, satisfaciendo Decreto Judicii praesen Veneris Ulda Martii Anno Curren lato Regestra Perceptorum et expensorum post fata Illris olim Mathiae Federowicz, manu Perillris et Rndmi D. M. Mathiae Zietkiewicz Sae Theologiae Doctoris et Prfris Ecclae Cathedralis Crac Canonici, scripta et connotata produxit, se ad Calculum admitti, eoq facto de munere Executoriali quietari petiit, tum Codicillos

manu

manu sui Testatoris conscriptt: Et Magnificus Dominus Rector eundem Illrem Cybulski satisfecisse Decreto anteriori adinvenit, et quoniam aliquae summae jure vindicandae supersunt, suspenso calculo easdem serio vindicandas commisit, et quatenus tam ex vindicatis, quam ex vindicandis nihil ultra mentem Testatoris sine scitu Magnifici Domini Rectoris exponat demandavit. prout committit demandat Decreti praesen vigore ad praemissa mediante. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 13tia Maji 1.

Executores Perillris olim Kolendowicz Testamentaria Juxta exigentiam termini hodierni ex actis et Conservatione provenien comparentes personaliter Illres Clrmi et Adm Rndi M.M. Andreas Cybulski Sae Thliae Professor Collega Major dativus, Andreas Kolendowicz Phiae Dr in Collegio Minori Zaboroviang Professor constitutus Testamenti olim M. Mathiae Kolendowicz Sae Thliae Doctoris et Prfris Executores, satisfaciendo Decreto Judicii praesen sub die Lunae 14 Augusti Anno elapso 1747mo lato, Illris Cybulski Regestra Perceptorum et expensorum ex Bonis Boszczyn, Krepa, et Czaple, Clrmus autem Kolendowicz Inventarium rerum omnium et supellectilis domesticae morte et obitu Testatoris sui derelictt: produxerunt. Et Magnificus Dominus Rector quod attinet productionem Inventarii rerum mobilium et supellectilis Domesticae tum productionem Regestrorum Perceptorum

ex Crescentia

ex Crescentia Bonorum Boszczyn Krepa et Czaple satisfecisse Citatos adinvenit. Quia tamen Inventarium rei pecuariæ in Bonis Boszczyn, Krepa et Czaple, tum Crescentiæ ex Beneficio Zebrzydovien ac rei pecuariæ, non producunt, quatenus idem Inventarium in quindenna producant, injunxit, terminum conservavit. Præsente Illri Chrmo Adm Rndo D. M. Casmiro Szeplowski Sæ Theologiæ Prfre, Collega Majore Eccle Collegiatæ S. Floriani ad Crac Canonico et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunæ 10ma Maji

1 Cessio Domus et Allodii in Fundo Grammatyka dictt: exædificatæ

Ad Acta præsend personaliter veniens Nobilis Thomas Sosnicki sanus mente et corpore existens palam sponte liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse Domum et allodium per se recognoscentem in Fundo Grammatyka dictt: Communitatis Professorum Collegii Minoris hæreditario exædificatt: eidem Communitati cedit nihilum sibi Suisq Successoribus ad eandem Domum et Allodium reservando, salvis tamen Conditionibus fusius in Complanatione amicabili sub actu die 7ma Jan Ao 1748vo factt: et manibus Partium ac amicorum subscriptt: Quam ejusmodi recognitionem ad Acta suscipi petiit, et manu propria subscripsit. tenor subscriptionis est ejusmodi: Tomasz Sosnicki mmpp

Lunæ 17ma Maji

2. Testamentaria Executores Perillris olim Kolendowicz

In termino hodierno ex actu et Conservatione provenienti personaliter Comparens Chrmus et Adm

Rndus

Rndus M. Andreas Kolendowicz, suo et Jllris Rndi M. Andreae Cybulski Testamenti Perillris olim M. Mathiae Kolendowicz Sae Theologiae Doctoris et Prfris Coexecutoris nomine petiit Causam praesentem differri et adcitationem Clrmi et Adm Rndi M. Nicolai Jwanski uti moderni Zebrzydovien Praepositi, ratione derelictt: morte et obitu sui Testatoris, pecorum, frumentorum, ac Anni gratiae eundem concernen decerni. Et Magnificus Dominus Rector Causam praesen distulit, Clrmum Jwanski pro Ula Juris post Pentecosten adcitare permisit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Excell Temprowski contra Kocikowski. 1.

Juxta exigentiam termini hodierni, ex Actis et Conservatione provenienti, comparens personaliter Excell M. Mathaeus Temprowski Phiae Dr Matheseos Professor satisfaciendo Decreto Judicii praesen die Lunae 15ta Jun Anni Curren lato Processum in Causa inter se Actorem modernum ac Excell M. Antonium Kocikowski, Phiae Doctorem, Contubernii Hierosolymitani Seniorem, in Judicio antecedanei Magnifici Domini Rectoris formatt: produxit. Et Magnificus Dominus Rector ad lectionem Processus et inquisitionum in continenti condescendit. Et quoniam in Inquisitionibus fit mentio quarundem Literarum, honoris moderni Actoris aesi circumscriptivarum, quarum tamen; quamvis litis et Causae praesen fuerint, 1ma occasio et origo nulla in Decreto fit mentio, proinde quatenus Excell Kocikowski ad quem scriptae vel directae erant dictae Literae easdem pro Ula post Pentecosten Judicialiter producat, in

junxit

junxit, terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Oblata Privilegii Nobilis Casimiri Soiecki Coram Officio Actisq Praesen Rectoralibus Universitatis Cracovien constitutus Nobilis Casimirus Soiecki obtulit ad ingrossandum Privilegium Magnifici Domini Rectoris pro parte sui favorabilis, et illud ad Acta praesen Rectoralia suscipi et ingrossari petiit. Officium praesens Rectorale attenta ipsius justa petitione dictt: Privilegium Actis Praesen ingrossandum suscepit, Originale vero ipsum suprascriptt: Exhibitori reddidit, qui de redditio Officium praesens quietavit. Privilegii de quo supra fit mentio est tenor talis. = In Nomine Domini An. M. Stanislaus Philippowic Sae Theologiae Doctor et Professor, Collega major, Ecclarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Decanus, Curelovien Scholasticus, Parochialium in Przemykow Praepositus, in Igołomia Curatus, Contubernii Starnigeliani et Alumnatus Roszczeviani Provisor, Studii Generalis Universitatis Cracovien Rector.

Universis et singulis quorum interest, aut quomodocunq interesse poterit, signanter Viris Doctis ac Literatis, aliisq Arte quapiam Liberali, ac praesertim Concentuum Charmonien; Scientia tam Chorali quàm Figurali praecellentibus, eandemq profitentibus et exercentibus significamus et ad notitiam indubitatam deducimus. Quia Nos juxta Privilegia à Serenissimis ac Invictissimis Poloniarum Regibus, totaq Serenissima Republica Polona Nobis

nostrisq

Nostrisq; Successoribus Canonice intrantibus, pro tempore existentibus Rectoribus, ac toti Studio Generali Almæ Vniversitatis Cracovien gratiose concessa, Nobilem Casiminum Jacobi Scicchi in Album Privilegiis Vniversitatis Cracovien gaudentium, servatis de more Ceremoniis, receptoq; prius ab Ipso corporali Juramento super obedientia et reverentia Rectoribus dictæ Vniversitatis in honestis et licitis debita, nec non de promovendo bono Ejusdem Vniversitatis, et Sacrosancta Orthodoxa Fide servanda, inscribi annuimus, eundemq; uti in Arte utraq; Musica optime versatum et commendatum, Magistrum Capellæ Choralis et Figuralis in Vniversitate ad Ecclesiam Collegiatam S. Annæ Cra existen Seniorem perpetuum creavimus, et recognovimus, inscriptumq; et recognitum nunc et in futurum ad Jurisdictionem Rectoralem ac omnia Privilegia, exemptiones, favores, et gratias immunitates et prærogativas, quibus alii quicunq; Studia Artium Liberalium et Scientiarum in ibidem exercentes utuntur, potiuntur, et gaudent, ipse quoq; utatur, potiatur, et gaudeat admisimus. In quorum fidem ac evidentius testimonium præsentes manu Nostra Rectorali subscriptas, sigillo Vniversitatis communiri jussimus. Datt. in Collegio Majori Vniversitatis Cracovien Anno Dñi 1710 Die 25. Mensis Maji Præsentibus R.R. Joanne Jaiowski et Jacobo Kowalski Bedellis Vniversitatis et me M. Antonio Zelechowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Luna 10ma Junii

Typographi.

Typographi inter se.

1. Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparentes personaliter HH Franciscus Dziedzicki Senior Joannes Gaiowski Vice-Senior Congregationis Sociorum Artis Typographicae suo et totius dictt Congregationis Nomine Actores in termino ex Citatione verbali in et contra H. Josephum Krestomski ejusdem Artis Socium et Congregationis Thesaurarium proposuerunt de et super eo. Quia ipse ad Congregationem vocatus et requisitus cum Clavi ad Cistam Congregationis aperiendam venire noluit, quinimo temere recusavit, eundem propterea puniri petierunt. Praesente Citato paratum se fuisse ad Locum Congregationi per Magnificum Dominum Rectorem nempe ad antiquas Classes condescendere, et Cistam aperire dicente, quia vero eadem Congregatio in alio quopiam loco celebrata fuit, rationabiliter renuisse asserente, et se liberum a Causa et impetitione Actorum pronuntiari postulante. Et Magnificus Dominus Rector attentis rationibus Citati, liberum a Causa et impetitione Actorum pronuntiavit, Caeterum tamen quatenus in posterum toties quoties vocatus fuerit ad Congregationem cum Clavibus ad Cistam ejusdem Congregationis in Classibus antiquis locandam condescendat; injunxit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 20 Junii

2. Excell. Kazmierski jurat pro Geometria Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Excell.

M. Michael.

Michael Kaźmierski Phiae Doctor Matheseos Prfr petiit se ad praestandum super fideli Agrorum, Camporum, Sylvarum et quorumvis aliorum locorum dimensuratione quandocunq; et ubicunq; facienda corporale juramentum admitti, idem juramentum in Acta publica inscribi, ac inde super praemissis Literas Testimoniales in forma patenti sibi dari et impertiri debita cum Instantia postulavit. Et Magnificus Dominus Rector annuendo petitioni dictt. Excell. Kaźmierski eundem ad Juramentum in hanc quae sequitur formam admisit. Ego Michael juro Deo Omnipotenti, quod agros, Campos, Sylvas, et alias terrae partes quotiescunq; ad dimensionem et exdivisionem invitatus fuero, fideliter et sine favore Partium mensura in Statutis Regni expressis, dimetiar. Quo ab illo super Imagine Crucifixi recepto, eundem pro Jurato Geometra censeri, haberi, debere declaravit. prout censet et declarat Decreti praesen vigore ad praemissa mediante. Praesente me Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Venditio Domus in Fundo Kollegiackie. 1.

Coram Officio Actisq; praesen constitute, HH. Joannes et Regina Bykowskie Conjuges sani mente et corpore existentes, palam sponte, libere, et per expressum recognoverunt. Quia ipsi Domum suam propriam in Fundo Kollegiackie post portam Vistulanam sitt: FF. Alberto et Hedwigi Puczkan Civibus et Magistro Muratorum Crac Conjugibus pro summa fl 250 vendiderunt, ac eandem Domum recepta suprascriptt: pecuniaria summ Emptoribus

donârunt, cessârunt de illaq nihil sibi suisq Successoribus reservando condescenderunt. Quam ejusmodi recognitionem ad Acta praesen suscipi petierunt, et manu aliena subscribi fecerunt. Jan Bykowski pisac nie umieiacy Kładę Krzyżyki X.X.X. Regina Bykowska X.X.X. Antoni Wroblowski będacy przytomny przy wyleczeniu pieniędzy Panom Bykowskim za Domostwo mmpp. Praesentibus H.H. Joanne Gaiowski et Jacobo Kowalski Bedellis Universitatis et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Mercurii 3tia Julii

1. Excell Temprowski contra Excell Kocikowski. In termino hodierno ex Actis et Conservatione provenienti personaliter Comparens Excell M. Mathaeus Temprowski Phiae Doctor, Matheseos Professor, petiit Literas honoris sui circumscriptivas juxta Decretum Anterioris Judicii praesen reponi, factaq repositione quo Juris et Justitiae est decerni. In praesentia M. Antonii Kocikowski Phiae Doctoris et Prfris, Collegae Minoris vocati, Contubernii Hierosolymitani Senioris Decreto anteriori de repositione Literarum acsi honoris Actoris circumscriptivarum satisfacientis, et eas in Judicio reponentis. Et Magnificus Dominus Rector in puncto repositionis Literarum acsi honoris Excell Actoris circumscriptivarum satisfecisse Citatum Decreto anteriori adinvenit. Quia vero non constat cujus subjecti et Personae Literae memoratae sint partus, et quis eas de Verbo ad verbum conceperit, quatenus id alterutra Pars probet, et per eos

quorum

quorum manu sunt scriptae et subscriptae quamprimum justificet injunxit, terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Congregatio Pictorum

1.

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia, comparentes personaliter A.A. Dominicus Maria Manzini Senior, Andreas Cegler, Gabriel Duraijski, Josephus Komoniowski Consiliarii, Martinus Stachowicz Vice-Instigator, Nicolaus Stoykowski; Notarius suo et totius Congregationis Pictorum Nomine petierunt quosdam Articulos ad tenorem Privilegiorum Serenissimorum Poloniae Regum et respective ad antiquas consvetudines ejusdem Congregationis conscriptos, per totam Congregationem laudatos et acceptatos in perpetuum per Magistros, Socios ac alias quascunq; dictt: Congregationis Personas, servandos approbari. Et Magnificus Dominus Rector dictos Articulos approbavit, et ab omnibus Magistris Sociis ac aliis Congregationis Personis inviolabiliter servandos in perpetuum censuit. Praesente Illri Armo et Adm Rndo M. Josepho Popiołek Sae Thlae Prfre, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonico, Parochialis Vetero-Korczynen Praeposito Universitatis Procuratore, et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris Zoma Augusti

2.

Fiscalis contra V. Petlerski.

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica

Causarum

xxx

Causarum audientia Comparens personaliter H. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis et Judiciorum Rectoralium Fiscalis Actor Principalis in termino ex Citatione Literali ad Valvas pro 3tia debite prout a tergo apparebat executt: accusata Contumacia V. Jacobi Petlerski AA LL. et Phiae Baccalaurei de furto Notario non tantum per evidentia documenta sed etiam per fugam convicti, petiit eundem tanquam Criminosum et Jurisdictioni praesen refragarium puniri, alias ex Albo Studentium Universitatis proscribi, Privilegiis quibus Studentes Universitatis gaudent et gaudere solent; privari, nec amplius se ijsdem tueri debere declarari. Et Magnificus Dominus Rector attenta Notorietate facti ac contumacia Citati, eundem ex Albo Studentium proscribendum esse duxit, nec amplius Privilegiis Studentium Universitatis Crac posse et debere gaudere declaravit. Decretumq praesens ad Valvas Collegiorum Majoris et Juridici publicari demandavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 2da 7bris

1. Perillis Jarmundowicz contra Clrmum Kolendowicz Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter H. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis tanquam Perillris Clrmi et Adm Pndi M. Casmiri Jarmundowicz Utriusq Juris Doctoris et Prfris, Collegae Juridici, Ecclae Collegiatae SS. OO.

Crac

xxx

Crac Canonici Illustrissimi Decani, uti et tanquam Per-
illris Clrmi et Adm Rndi M. Stephani Kropski
U. J. Dris, Ecclarum Collegiatarum S. Annae Praepo-
siti, BB. VV. Primicerii, ex Officio Rectorali constitu-
ti Curatoris Plenipotens in termino ex Citatione
pro Zelo debite uti apparebat executt. accusata Con-
tumacia Clrmi et Adm Rndi M. Andreae Kolendo-
wicz Phiae Doctoris et Prfris, Collegae Minoris in
et contra eum proposuit, Quia ipse Cochlearia argen-
tea majora 4 minora deaurata duodecem Talakie-
ram deauratam ac Scyphum argenteum cum Rege-
stro valoris praedictorum Vasorum per supradictt Perillrem
Kropski sibi ad depositum consignatt: toties amicabi-
liter requisitus restituere non vult, quinimo recusat
Ipsum propterea puniri ad restitutionem Juris mediis
stringi, et compelli debita cum Instantia postulavit
In praesentia Citati ex adverso Principalis praemissa
contra Actorem protestatione et salvis ac supradictt
vasa sibi ad depositum per Perillrem Kropski con-
signata fuisse negantis. Et Magnificus Domi-
nus Rector attenta Plenipotentis confessione quod
probatorem non habet, sibi commissam Causam praesen
ad 1mam Juris distulit, terminum conservavit. Prae
sente Illri et Adm Rndo M. Casmiro Szeptowski
Sae Theologiae Prfre, Collega Majore Ecclae Collegi-
atae et Floriani ad Crac Canonico in absentia
Actuarii Notario.

Relatio de Executione Literarum Proscriptionis V. Petlerski

Ad Officium et Acta praesen Rectoralia veniens
personaliter H. Joannes Gaiowski Bedellus

Universitatis

xxx

Universitatis Crac. ac Judiciorum Rectoralium Fiscalis in vim suae verae et realis recognitionis, retulit coram Officio praesen. Quia Literas Proscriptionis V. Jacobi Petlerski AA LL. et Phiae Baccalaurei ex Cancellaria Officii praesentis emanatt. et in forma authentica extraditas ad Valvas Collegiorum Majoris et Juridici, per affixionem eorum modo solito publicavit, hac sua recognitione ad praemissa mediante.

Lunae 16ta 7bris

H. Woysławski contra Nblem Dyaszewski

1 Coram Magnifico ac Rectore ac in publica ejus Causarum audientia comparens personaliter H. Adalbertus Woysławski Artis Typographicae Socius accusata contumacia Nobilis Michaelis Dyaszewski Typographi ac Bibliopolae S. R. M. privilegiati inquantum non comparentis in et contra eum proposuit, Quia Ipse sibi Actori deservitam mercedem pro locata in Typographia ejusdem Citati opera ad florenos 100 ascendentem, toties amicabiliter requisitus solvere non vult, quinimo per varia diffugia recusat. In praesentia Citati nihil se debere Actori pro operis in Typographia sui Citati per Actorem locatis dicentis ex quo juxta conventionem cum eodem factt. et victum sibi quotidianum apposuit, et hebdomadatim per fl. 1. g. 15. eidem exsolvit, super quo Regestra produxit, ac ea corporali juramento comprobaturum se obtulit. Et Magnificus Dominus Rector quatenus Citatus conventionem suam cum Actore, quod videlicet nisi per fl. 1. g. 15. pro labore totius hebdo-

madae

madae cum victu quotidiano pactus sit juramento confirmet injunxit. Quo in continenti ad Imaginem Crucifixi praestito liberum a Causa et Actione praesen pronuntiavit me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 7ma Obris

Excell Temprowski contra Collegas Minores.

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Excell M. Mathaeus Temprowski Phiae Dr, Matheseos Prfr, in termino ex Literis Inhibitionis debite prout a termino earummet apparebat executt: accusata contumacia Clrmi et Adm Rndi M. Petri Filipowski Phiae Doctoris et Prfris, uti et tanquam Collegii Minoris Praepositi inquantum non comparentis, petiit Inhibitionem conservari, alias Clrmum M. Antonium Kocikowski ad Communitatem dicti Collegii Minoris non admitti donec Causa inter Eundem Clrmum Temprowski et suprascriptt Clrmum Kocikowski in Judicio Rectorali mota et verten decisa non fuerit. In praesen Clrmi M. Antonii Woyciechowski Phiae Dris et Prfris, Collegae Minoris, nomine Clarissimi Praepositi Collegii Minoris ac totius Communitatis comparentis, et in Decretum conservationis Inhibitionis consentientis. Et Magnificus Dominus Rector Inhibitionem suo in robore conservavit. Praesente me M. Casimiro Szeplowski Sae Theologiae Prfre ad Actum praesen in absentia Actuarii assumpto Notario.

Veneris 11ma Obris

Excell Kocikowski ac

xxx

Excell. Kocikowski Contra Tempowski.

1 In termino hodierno ex Actis et Conservatione provenienti, comparens personaliter Clrmus M. Antonius Kocikowski Phiae Dr et Professor, Collega Minor vocatus Contubernii Hierosolymitani Senior in termino ex Citatione accusata Contumacia Excell. M. Mathaei Tempowski Phiae Doctoris Matheseos Pfris, in et contra eum proposuit, quia ipse Decreto Judicii praesen in contentis infrascriptt: non satisfacit. Siquidem ipsemet Citatus per tantum tempus nullo documento probavit, quod modernus Actor ad concipiendas Literas missivas per Generosum Janicki moderni Citati acsi circumscriptivas ad se modernum Actorem ordinatas influxerit, quinimo Inhibitionem in praejudicium tam coeptae litis, quam admissionem sui Moderni Actoris ad Collegium Minus exportavit, ejusq; Inhibitionis conservationem stante lite curare attentavit, ac per talem Inhibitionem se Actorem admissione ad Ascensum spoliavit, attentatum non decisa lite in Causa fecit, licet Actor modernus omni tempore est et erat ad respondendum paratus. Proinde assertam hujusmodi Inhibitionem uti spoliativam, et pro attentato habitam ante omnia relaxari se Actorem modernum ad praestandum juramentum; quod ad concepturam praefatarum Literarum non influxerit admitti; a Causa et Actione indebita per Citatum modernum instituta liberum pronuntiari, Eundem vero Citatum tam ratione attentatae procuratae Inhibitionis,

stante

lite, quam ratione impictæ præfatæ Calumniæ, ac totiq facti in Processu Causæ fusius descripti exemplariter puniri debita cum Instantia postulavit. In præsen Citati et Originaliter Actoris, quoniam in Decreto anteriori Judicii præsen alterutri parti, statuitio illius per quem sint et a quo scriptæ missivæ literæ injuncta fuit, Citatus vero Gnosum Janicki a quo ad modernum Actorem directæ erant nominatæ Literæ in præsentia moderni Actoris ad modernum Magnificum Dominum Rectorem causâ indagandæ et investigandæ veritatis conduxit satisfecisse se dicentis, et referendo se ad depositiones Testium Juratorias in Causa principali eductas tam per sui Citati converberationem, quam per supramentionatas Literas honoris sui circumscriptionem se Citatum cum infamia totius Almæ Universitatis læsum enormiter asserentis, ac pœnas contra Actorem expetentis. Quo vero attinet Inhibitionem ejusq Conservationem per Collegii Minoris Communitatem acceptatam eam suo in robore manuteneri postulantis. Et Magnificus Dominus Rector auditis Partium propositis et responsis Actori Juramentum in eandem formam quod neq Gnoso Janicki per quem subscriptæ, neq Adm Rndo Pateli Plebano Gruszovien per quem conscriptæ Circumscriptivæ Citati Literæ per se vel per Subordinatas Personas verbo aut scripto materiam et occasionem Calumniandi modernum Citatum dederit, detulit, idq pro 1ma Juris terminum conservavit. Præsente quo supra assumpto in absentia Actuarii Notario.

Lunæ 14 Obris

xxx

Lunæ 14ta 8bris

Clrmus Kocikowski contra Temprowski

1 Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Clrmus M. Antonius Kocikowski Phiæ Dr et Professor, Collega Minor Vocatus, Contubernii Hierosolymitani Senior satisfaciendo Decreto Judicii præsen nuper die Veneris 11ma 8bris lato Anni curren, petiit se ad Juramentum juxta Rotam in eo descriptam admitti. In præsentia Excell M. Mathæi Temprowski Phiæ Dris ejusdemq ac Matheseos Prfris, Clrmum Actorem ad præsens originaliter Citatum ad Juramentum nullatenus admitti posse dicentis, idq ex eo quod puncta contra se Citatum porrecta concordant; cum iisdem Literis a Gnoso Janicki subscriptt: quas datas fuisse ex fomentatione præsen Actoris inde præsumitur. Quia in Inquisitionibus juratoriis per Gnosum Gnosi Janicki Filium uti antehac Citati Discipulum modernus Actor nescitur pro quo ad eundem Gnosum Parentem suum Literas scribere, an verius modernum Citatum circumscribere jussus fuerit deducitur, dicentis. Et ad firmandam ejusmodi veritatem adhuc in Testem Adm Rndum Pateli Plebanum Gnoszovien se conducturum offerentis. Et Magnificus Dominus Rector Causam præsen cum suo effu ad præsentiam Illris Actorum Rectoralium Notarii, apud quem Depositiones Testium juratoriæ, ad quas se Citatus refert; hæreant, distulit, et quatenus Citatus interea Adm Rndum Pateli prout se obtulit testimonium procuret, sub succubitatione in Causa demandavit Præsente eodem quo supra assumpto in absentia Actuarii Notario

ACTA ACTORUM

RECTORATU 3tio

Magnifici Perillustris Clarissimi et Adm Rndi Domini Dni M. Stanislai Philippowic Sae Theologiae Doctoris et Professoris, Collegae Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Decani, Cureloviensis Scholastici, Parochialium in Przemykow Praepositi, in Jgolomia Curati, Alumnatus Roszczeviani et Contubernii Starnigeliani Provisoris, Studii Generalis Almae Universitatis Cracovien protunc RECTORIS Commutatione hyemali Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1748vo.

Mercurii 23tia 8bris

Clrmus Bojarski contra Collegas Minores.

Coram Magnifico Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter Illris Clrmus et Adm Rndus M. Antonius Lozedzicki Phae Doctor ejusdemq Regius Prfr, Collega Major, Collegiatae S. Annae Canonicus, Clrmi et Adm Rndi

M. Antonii

M. Antonii Boiarski Phiae Doctoris et Prfris, Collegae Minoris, Seminarii Posnanien Praefecti, Plenipotens, Actor Principalis, in termino ex Citatione Legitt. ut a tergo apparebat executt:, petiit Inhibitionem ex Officio praesen in et contra Clrmum et Adm Rndum M. Petrum Filipowski, Phiae Doctorem et Prfrem, Collegam Minorem, uti et tanquam Collegii Minoris Praepositum, emanatt: suo in robore conservari, alias portionem ex introitalibus C.C. D.D. Collegarum Collegium Minus Neoingredientium suum Principalem tanquam Collegam Minorem formalem, aeque cum aliis concernentem, adjudicari. Praesente quo supra Citato, salvis beneficiis Juris in toto reservatt:, Inhibitionem Nomine Clrmi Boiarski ex Officio praesen exportatam, non posse robur habere ex eo: quia Conclusionibus tam Collegii Minoris per Magnificum Dominum Rectorem Universitatis de Anno 1726 die 16ta Novembris approbatt: quam Universitatis 1733 die 2ma Maji latis, tum aliis continuo tractu temporis observatis sit contraria, supramemoratae enim Conclusiones Clrmus Collegas Minores actu Collegium non inhabitantes a participatione quorumcunq proventuum excludant dicente, Inhibitionem relaxari, se ac totam Communitatem Collegii Minoris à Causa liberos pronuntiari, atq Conclusiones Domus Minoris, ne ulterioribus litibus occasio detur, approbari, et confirmari postulante. In Contrarium Actor Conclusiones Collegii Minoris nihil suo

obstare.

obstare Principali, ex quo non sua sponte aut culpa sed ex dispositione Universitatis Praefectum Seminarii Posnanien agendo actu Collegium non inhabitat, dixit, et praxim Domus Minoris in similibus cum C.C. D.D. Directoribus Colonie Pinczovien attulit. Insuper Conclusionem Universitatis de Anno 1750 die 22da 9bris, per quam Clrmus protunc Clrmus M. Casimirus Jarmundowicz Phiae Dr, Collega Minor, ad Aulam Illrmi Palatani Posnanien, circa institutionem Filiorum ejus, commorans, et Collegium actu non inhabitans penes participationem ex Introitalibus fuit manutentus, produxit, et ut supra institit. Et Magnificus Dominus Rector Inhibitionem Suo in robore conservavit, et ne Clrmus Collegii Minoris Praepositus pecuniam ex praefatis introitalibus inter C.C. Collegas Minores dismembrare audeat, donec portio suum Principalem concernens Plenipotenti restituta fuerit, sub poenis in Inhibitione appositis decrevit, prout conservat, decernit Decreti praesen vigore ad praemissa mediante. Praesente me M. Casimiro Szeplowski Sae Theologiae Prfre, Collega Majore, Ecclae Collegiatae S. Floriani Canonico, ad Actum praesen assumpto Notario.

1.

Mercurii 19na 9bris

Excell Kocikowski Contra Tempnowski

Coram Magnifico et Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter Excell.

M. Antonius

xxx

M. Antonius Kocikowski Phiae Dr et Prfr, Contubernii Hierosolymitani Senior Collega Minor Vocatus in termino ex actis et Conversatione Actorum provenienti, accusata contumacia Excell. M. Mathaei Temprowski Phiae Dris ejusdemq ac Matheseos Professoris inquantum non comparentis. Quoniam Citatus Decretis binis Judicii praesen non satisfecit, se ad Juramentum admitti petiit. In praesentia Citati salvis &c et praemissa &c Adm Rndum Pateli Curatum Gruszovien ad perhibendum in Causa testimonium ob tenuitatem fortunae suae conducere non potuisse dicentis, adeoq obviando ulterioribus Juris protalationibus Juramentum Actori deferentis. Et Magnificus Dominus Rector Citatum in Causa succubuisse declaravit et Actorem ad Juramentum in forma sub die 11ma Obris praescripta admisit. Quo in Continenti ad Imaginem Crucifixi praestito, Excell Actor petiit Decretum in Judicio Antecedanei Magnifici Domini Rectoris latum ac Inhibitionem relaxari. Praesen Excell Citato, quoniam eodem Decreto gravatus, et praeaggravatus existit, in relaxationem ejusdem Decreti salva revelatione honoris sui consentiente. Et Magnificus Dominus Rector pro relaxatione Decreti ad quem de Jure remisit Inhibitionem relaxavit, prout remittit, relaxat Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario

Mercurii 17. 9bris

Mercurii xxx Vma 9bris

1 Crmus Kocikowski cum Temprowski.

Coram Magnifico ac Rectore ac in publica Causarum ejus audientia comparentes personaliter Crmus M. Antonius Kocikowski Phiae Dr et Prfr, Contubernii Hierosolymitani senior, Collega Minor vocatus, et Excell M. Mathaeus Temprowski Phiae Dr, ejusdemq ac Matheseos Prfr, in termino ex remissione ab Alma Vniversitte petierunt vigore amicabilis inter se compositionis per Convocationem ejusdem Vniversitatis sub die Vela Novembris recognitae, Decretum antecedanei Magnifici Domini Rectoris contra se latum relaxari. Praesente H. Joanne Gaiowski Bedello Vniversitatis, Officii Rectoralis Fiscali, ratione publici scandali et laesitam Philosophicae Facultatis, quàm totius Vniversitatis per attentata honoris intervenientis, ac pro poenis insistentis. Et Magnificus Dominus Rector attento eo quod Partes quantum attinet injurias personales inter se composuerunt, et combinârunt, Decretum antecedanei Magnifici Domini Rectoris relaxavit, et viam ad ascensum ijsdem Partibus aperuit. Attenta vero interventione H. Fiscalis quoniam Partes per attentata fusiùs in Processu Causae descripta occasionem publici Scandali et Facultatis Phiae ac totius Vniversitatis

praecipuè.

xxx

praecipue Clrmus Kocikowski Actor per conver-
berationem Excell Citati dederit, et dederunt, ideo
eos monendos monitione vim Canonicae habente
censuit, et monuit. Et quatenus reparando idem
scandalum deprecationem publice in Stuba Com-
muni Contubernii Hierosolymitani in praesentia
Illris Clrmi et Adm Rndi M. Casmiri Steplo-
ski Sae Theologiae Prfris, Ecclae Collegiatae S. Flo-
riani ad Crac Canonicae Clrmi et Adm Rndi
M. Petri Filipowski Phiae Dns et Professoris,
Collegae Minoris, Universitatis Syndici Commis-
sariorum ad id deputatorum deprecationem praeconceptis
verbis mutuo sibi faciant, reciproco amore et affectu in
posterum se prosequantur, perpetrata ad invicem
sibi non exprobrent, neq per alias subordinatas
Personas exprobrari faciant, in ascensibus ul-
terioribus et praerogativis ordinariis, sese, prae-
cipue Excell Kocikowski Actor Excell Tempro-
ski Citatum Juniorem non impediant, injunxit,
factum Actoris, bonae famae Citati nihil debere
nocere declaravit. Similia utriq Parti sub re-
incidentia in poenas Decreto anteriori sancitas
inhibuit. Quoniam vero ex complicibus facti
per Excell Kocikowski Actorem attentati, unus
ad Jurisdictionem Rectoralem spectans nimirum
Gnosus Jordan in Contubernio hactenus super-
est, quatenus solennem deprecationem Excell
Temprowski sub tempus deprecationis Actoris

et Citati.

et Citati mutuae faciat (salva contra alios complices ubicunq reperibiles sunt actione) decrevit, prout monet, injungit, declarat, decernit Decreti praesen vigore ad praemissa mediante. Praesente Illri Clrmo et Adm Rndo M. Casmiro Stęplowski Sae Theologiae Prfre, Ecclae Collegiatae S. Floriani Canonico et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 10ma Xbris

1. Testamentaria Excell olim Jankiewicz Coram Magnifico Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparentes personaliter Perillris Clrmi et Adm Rndi M. Joannes Pałaszowski U. J. Dr et Prfr, Collega Juridicus Collegiatae SS. OO. Crac Archidiaconus, et Illris M. Adalbertus Biegaczewicz Phiae Dr Regius et Tylicianus Prfr, Collega Major Ecclae Collegiatae S. Annae Canonicus uti et tanquam Excell et Adm Rndi olim M. Cantii Jankiewicz Phiae Dris et Prfris Contubernii Geloniani Senioris dativi Executores productis Regestris Perceptorum et Expensorum petierunt se ad calculum admitti, rationes approbari, ac de munere Executoriali quietari. Et Magnificus Dominus Rector attento eo quod comparentes totam et integram summam morte et obitu supramemorati Excell Jankiewicz derelictam apud Successores ejusdem haeren vindicarunt, suspenso calculo et approbatione Regestrorum quatenus eandem ab ijsdem Successoribus vindicent.

Testamentaria Intestata

vindicent Causam sive Causas coram quibus cœpta sive cœptæ prosequantur injunxit. Præsente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Anno Dñi 1749no.

Mercurii 2ª Jna Januarii

Instigator contra Excell. Zietarski

Coram Magnifico ac Rectore ac in publica ejus Causarum audientia comparens personaliter X. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, Judicii Rectoralis Fiscalis, Actor Principalis in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam provenienti, accusata contumacia Excell. M. Stanislai Zietarski Phiæ Drñs et Prfrs, Scholæ Arcen. Senioris in et contra eum proposuit de et super eo. Quia Ipse toties per Illrmum Officium Consistoriale Crac. ratione variarum inconvenientiarum ad Officium præsens delatus, ac toties per idem monitus existens, ab illis desistere non cessat, eum propterea tanquam incorrigibilem, scandalosum a Senioratu Scholæ Arcen. amoveri petiit. In præsentia Citati emendationem promittentis. Et Magnificus Dominus Rector attentis inconvenientiis Citati de quibus per Antecedaneum Dominum Rectorem judicatus et per præsentaneum monitus fuit toties, ab illis tamen cessare non desistit, ab Officio Senioriatus dictæ Scholæ amovendum esse censuit, et quatenus de eodem Officio intra mensem sub pœna amissionis Privilegiorum sibi ut Prfri Universitatis servien. condescendat injunxit.

Præsente

Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Mercurii 26ta Februarii

Clrmus Woyciechowski contra Illrem Zołędziowski.

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Clrmus M. Antonius Woyciechowski Phiae Dr et Prfr, Collegii Minoris Praepositus, in termino ex Citatione Literali debite prout apparebat executt. accusata Contumacia Illris Clrmi et Adm Rndi M. Antonii Zołędziowski Phiae Dris Ejusdemq Regii in Collegio Majori Professoris, uti et tanquam Clrmi et Adm Rndi ejusdem Nominis Bojarski Phiae Doctoris, Collegae Minoris, Seminarii Posnanien Praefecti Actoris originaliter Principalis Plenipotentis petiit Inhibitionem ex Officio praesen, ad Instantiam moderni Citati contra Antecedaneum suprafatt. Collegii Minoris Clarissimum Praepositum emanatt. ac sub die 23tia Obris Anni immediate elapsi Judicialiter suo in robore conservatam ex rationibus in termino supraspecificato porrectis, et per se modernum Actorem clarius enucleatis ac justificatis relaxari, se Actorem ac totam suam Communitatem a Causa et impetitione Citati Liberos pronuntiari. Praesente Citato quoniam Actor sive Actores nullas novas rationes praeterquam in anteriori Decreto ventilatas et resolutas adfert, sive adferunt, Decreta vero procedunt non retrocedunt, stari Decreto anteriori, portionem tam ex Introitalibus

quam ex.

C.C. Professorum Domum Minorem intrantium, quàm ex aliis ejusdem Collegii proventibus suum Principalem tanquam formalem et Actualem Collegam concernentem adjudicari, ac pro tergiversatione circa restitutionem concernentis suae Principalem portionis puniri postulante. Et Magnificus Dominus Rector attento eo quoniam per Actores nihil novi pro levamin su adfertur, standum esse esse Decreto Die 13tia 8bris lato Anno immediate elapso censuit, et portionem ex Introitalibus Clrmum Bojarski concernentem ad manus Illris Plenipotentis Citati sine ulteriori tergiversatione sub rigore Decreti memorati ac aliis arbitrariis decrevit. A quo Decreto Pars Actorea appellavit. Refutata. Tandem a Refutatoriis. Et Magnificus Dominus Rector stetit in Decretis. Praesente Illri Clrmo et Adm Rndo M. Casmiro Szeplowski Sae Theologiae Prfre, Collega Majore, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonico ad Actum praesens assumpto Notario.

Veneris 7ma Martii

1 H. Jnkowski et Excell Szczawinski.

Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter H. Sebastianus Jnkowski Civis Mercator Crac in termino ex Citatione verbali, accusata contumacia Excell M. Basilii Szczawinski Phiae Dris et Prfris, inquantum non comparentis, petiit eundem ad perhibendum fidele veritatis testimonium, in Causa et Actione Judiciaria inter se Acto

rem

rem ab una et Generosum Wolanski Cohortis Loricatae Illmi Palatini Terrarum Russiae Comilitonem parte ab altera, coram Officio Castren Crac mota et vertente stringi, dicta et depositiones sibi ex Cancellaria extradi mandari. In praesentia Citati parum se in Causa hujusmodi scire dicentis, et se liberum a termino et Actione Actoris pronuntiari expetentis. Et Magnificus Dominus Rector attenta petitione Actoris quatenus Citatus praevio Corporali juramento super dicenda rei veritate testimonium deponat decrevit. Quo in continenti ad Imaginem Crucifixi praestito eundem ad Cancellariam sui Officii pro examine remisit, dicta et depositiones in occluso Rotulo Parti Actoreae extradendas esse censuit, prout decernit, remittit, censet Decreti praesen vigore ad praemissa mediante. Praesente me M. Antonio Dołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1. Lunae 10ma Martii

F. Hebanowski contra H. Krestomski.

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter F. Sebastianus Hebanowski Civis et Librorum compactor Crac Matris suae Nomine Actor Principalis in termino ex Citatione accusata contumacia H. Josephi Krestomski Artis Typographicae Socii inquantum non comparentis, in et contra eum proposuit, Quia ipse Authoritate propria Typographiam Curae et dispo-

sitioni

sitioni Actoris per Matrem suam commissam temerarie claudere; ac ab eadem Typographia clavim intercipere, nec eam velle restituere, Puerum operæ Typographicæ incumbentem ab eadem Typographia repellere; se Actorem Verbis lesivis afficere; ausus est, et præsumpsit, ipsum propterea puniri; ad restitutionem clavis stringi; et compelli debita cum Instantia postulavit. In præsentia Citati se Typographiam ne puer de furto suspectus aliquod damnum eidem Typographiæ inferat, securitatis gratiâ occlusisse non negantis. Puerum vero eundem ex eo ab opera et laboribus Typographicis repulisse, quod contra Jura, Privilegia, et Consvetudines Congregationi Sociorum Artis Typographicæ, in Congregationem dictam adscriptus eandem deseruerit, et in aliud quodpiam Contubernium se se adscisci fecerit, se se justificantis. Quod vero attinet non restitutionis Clavis a Typographia, eandem pariter ob securitatem ejusdem Typographiæ penes se retinere dicentis, et reconventionaliter contra Actorem ratione deservitæ mercedis, et abalienationis a Locatione operarum in dictt. Typographia contra Jura et Privilegia Congregationi Sociorum Artis Typographicæ servien. proponentis. Et Magnificus Dominus Rector attentis Utriusq. Partis rationibus, præscindendo Campum ulterioribus litibus, quatenus H. Hebanowski Actor Puerum in Congregationem Sociorum Artis Typographicæ de novo adscribi; Socium Artis Typographicæ

huni

hunc sive alium in Typographia Matris suae foveri curet, injunxit. H. vero Krestomski Citatus quatenus Actori pro attentatis deprecationem faciat, clavim a Typographia Actori in instanti restituat, decrevit. Et in posterum quatenus H. Hebanowski Socios artis Typographiae in Typographia sua, sive Matris suae operas locantes, honeste tractet. H. etiam Krestomski sive alius in dictt. Typographia operam locans eundem H. Hebanowski debita observantia prosequatur, demandavit, prout injungit, decernit, demandat. Decreti praesen. vigore ad praemissa mediante. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1. Mercurii 9na Aprilis

Testamentaria

Testamentaria Clrmi olim Luczynski Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Illris Clrmus M. Joannes Przypkowski Phae Dr ejusdemq Regius ac Matheseos Prfr, Collega Major, Ecclae Collegiatae S. Annae Crac Archidiaconus, suo et Illris Clrmi et Adm Rndi M. Antonii Zołędziowski Phae Dris, ejusdemq Regii Professoris, Collegae Majoris, dictt. Ecclae Collegiatae Canonici, Cathedralis Concionatoris Garvasciani, Parochialis in Krzecin Curati, Coexecutoris sui nomine, producto Testamento Clrmi et Excellmi olim M. Francisci Luczynski Phae Dris, ejusdemq ac Matheseos Prfris, Collegae Minoris, Strzałkoviani Geometrae Jurati, manu propria Testatoris

subscriptt.

subscriptt: petiit idem Testamentum in omnibus punctis, clausulis, approbari hoc ipso Executoribus munus executoriale committi. Et Magnificus Dominus Rector lecto eodem Testamento manu Testatoris dicti subscriptt: illud in omnibus punctis et clausulis Auctoritate Rectorali approbavit, confirmavit, et ratificavit, Executoribus munus executoriale salvo calculo de Perceptis et expensis suo in Judicio faciendo commisit. Praesente Illri Clrmo et Adm Pndo M. Casmiro Szeplowski Sae Thliae Prfre, Collega Majore, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonico, ad Actum praesen assumpto Notario.

Veneris 23. Aprilis

1. Et Badurski contra Ingenuum Rutynski. Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia personaliter Comparens Et Jacobus Badurski Civis aurifaber Crac in termino ex Citatione ad Valvas debite prout apparebat executt: in diem hodiernam incidenti, accusata contumacia Ingenui Joannis Rutynski occasione illicitae AA Adalberti Wysocki et Josephi Woycicki, Artis aurifabrilis Sociorum in via publica aggressionis, concussionis, in canalem protrusionis, vestium disruptionis Citati nec per se nec per suum Plenipotentem comparentis, quod Juris et Justitiae est petiit. Et Magnificus Dominus Rector attenta contumacia Citati post trinam acclamationem Bedelli nec per se, nec per suum Plenipotentem comparentis, cum

tanqm

tanquam inobedientem et Jurisdictioni Rectorali refragum, ex Albo studiosorum Universitatis proscribendum esse duxit, nec amplius Privilegiis, Immunitatibus, quibus alii in Universitate studentes gaudent, et potiuntur, gaudere et potiri non debere declaravit. Praesensq Decretum more solito publicari mandavit. Praesente me M. Antonio Zedlitzki Actorum Officii Rectoralis Notario.

Relatio de executione Literarum Proscriptionis Ingenui Rutynski.

Ad Officium et Acta praesen. Rectoralia veniens personaliter H. Jacobus Kowalski Bedellus Universitatis in vim suae realis et verae recognitionis; retulit coram Officio praesenti Quia Literas Proscriptionis Ingenui Joannis Rutynski ex Cancellaria Officii praesentis emanatt: et in forma Authentica extraditas ad Valvas Collegiorum Majoris et Juridici per affixionem earum more solito publicavit, hac sua recognitione ad praemissa mediante.

Lunae 10va Aprilis

2. F. Dukiewicz contra Ingenuum Stuchikiewicz Coram Magnifico ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter F. Franciscus Dukiewicz Civis Sartor Crac Actor Principalis in termino ex Citatione pro 3tio ad Valvas debite prout apparebat executt:

in diem.

xxx

in diem hodiernam incidenti accusata contumacia Ingenui Thomae Stuchikiewicz Scholae Rhetorices Auditoris occasione illicitae H. Hermanowicz Artis Sartoriae Socii; in via publica aggressionis, concussionis, vestium Superioris et inferioris ac cinguli in partes quatuor cultro praescissionis Citati, nec per se nec per suum Plenipotentem comparendo quod Juris et Justitiae est petiit. Et Magnificus Dominus Rector attenta contumacia Citati post trinam Bedelli acclamationem nec per se nec per suum Plenipotentem comparentis, ipsum tanquam inobedientem et Jurisdictioni Rectorali refragum, ex Albo Studentium Universitatis proscribendum esse duxit, ac amplius Privilegiis, immunitatibus, quibus alii in Universitate Studentes gaudent, et potiuntur, gaudere, et potiri non debere declaravit. Praesensq Decretum more solito publicari demandavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

ACTA ACTORUM

RECTORATUS VII

Magnifici Perillustris et Adm Rndi Domini D. M. Casmiri Pałaszowski Sae Theologiae Doctoris et Prfris, Collegae Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac. Custodis, Cureloviensis Decani, Parochialium S. Stephani Crac. Praepositi, in Czerniechow Curati, Canonizationis B. Joannis Cantii Procuratoris, Scholarum Novodvorscianarum; et Contubernii Hierosolymitani Provisoris, Studii Generalis Universitatis Crac. Rectoris Commutatione Aestiva Anno a Nativitate Domini Nostri JESU Christi 1749no

CONTINUATA

Mercurii 30 Aprilis

Fundatio Jurisdictionis

Coram Magnifico Perillustri Clarissimo et Adm Rndo Domino M. Casimiro Pałaszowski Sae Theologiae Doctore et Prfre, Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Custode, Curelovien Decano, Parochialium S. Stephani Crac Praeposito, in Czerniechow Curato, Canonizationis B. Joannis Cantii Procuratore, Scholarum Novodvorscianarum et Contubernii Hierosolymitani Provisore, Studii Generalis Universitatis Crac Rectore, ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter H. Joannes Gajowski Bedellus Universitatis, et Fiscalis Officii Rectoralis, Actor Principalis in termino ex praefixione Magnifici Domini Rectoris provenien, et in diem hodiernam incidente, accusata contumacia omnium et singulorum Citatorum Jus et interesse ad fundationem Jurisdictionis praetendentium, si et inquantum non comparentium, nec aliquid contra fundationem Jurisdictionis Rectoralis inferentium, ipsos contumaces reputari, ac in eorum contumaciam Jurisdictionem Rectoralem fundari, praelibatum Magnificum Dominum Rectorem Judicem omnibus Causis et Personis ad Jurisdictionem suam spectantibus competentem pronuntiari, Causas omnes, lites, et controversias, si et inquantum

indecisae

indecisæ pendent reassumi, et terminari, dies et horas formandorum Judiciorum assignari, Judices, Surrogatos, Assessores, Notarium, Fiscalem constitui et nominari debita cum Instantia postulavit. Et Magnificus Dominus Rector supramemoratus invocato Dei omnipotentis auxilio, attenta termini ex præfixione sua incidentium cadentia, omnes et singulos pro eodem termino non comparentes contumaces reputavit, ac in eorum contumaciam Jurisdictionem suam Rectoralem fundavit, se Judicem competentem Causis et Personis ad Jurisdictionem Rectoralem spectantibus pronuntiavit, Causas, lites, et Controversias in quibus terminis indecisæ steterunt reassumpsit, illisq́ et aliis de novo occurrentibus dijudicandis; dies Juridicos cujuslibet septimanæ non impeditos, nempe dies Lunæ, Mercurii et Veneris, horamq́ secundam pomeridianam assignavit, Judices, Surrogatos, Perillustres Rndmum M. Mathiam Zietkiewicz Ecclæ Cathedralis Crac. Canonicum, M. Stanislaum Philippowic Ecclæ Collegiatæ S. Floriani Decanum, Sæ Theologiæ, M. Adalbertum Micinski Collegiatæ SS. OO. Crac. Custodem, Utriusq́ Juris; Doctores et Professores, uti Ex Rectores, Assessores. Perillres et Adm Rndos M. Adalbertum Grzymała Sæ Theologiæ, M. Casmirum Jarmundowicz Utriusq́

Juris

Juris Doctores et Professores Clarissimum M. Antonium Laskiewicz Phiae et Medicinae Doctorem, Adalbertum Goszkowski, Andream Cybulski, Josephum Popiołek, Antonium Krzanowski, Casimirum Stęplowski, Laurentium Saltszewicz Sae Theologiae Professores, M. Joannem Przypkowski, Michaelem Czyrnicki, Adalbertum Bięgaczewicz Phiae Dres et Professores. Notarium me Antonium Zołędziowski Phiae Drem et Prfrem cum facultate substituendi alium in casu absentiae vel alicujus impedimenti. Fiscales; Officii sui utrumq Honoratum Bedellum nempe Joannem Gajowski et Jacobum Kowalski. Locum Judiciorum Stubam Communem Collegii Majoris constituit, caeteraq omnia juxta praescriptum Statutorum Universitatis et Privilegiorum ejusdem fieri declaravit, Praesensq Decretum fundatae Jurisdictionis per consvetas publici mandati Literas, in Collegiis, Coloniis, Contuberniis, Scholis, aliisq Jurisdictioni suae Rectorali subjectis locis intra et extra Cracoviam publicari decrevit et sententiavit. Praesentibus quibus supra et me Antonio Zołędziowski Aplico et Causarum Officii Rectoralis constituto Notario.

Lunae Xima Maji

Pictores inter se

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter.

sonaliter H. Franciscus Romanowski Artis Pictoreae Socius Actor Principalis, in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam incidenti, accusata contumacia H. Bonaventurae Batkowski Artis ejusdem Magistri inquantum non comparentis, petiit eundem ad parendum Decreto inter se Actorem ab una, et dictt: Citatum parte ab altera in Congregatione Pictorum in Anno 1740 die 2da Aprilis lato, juris mediis stringi Interveniente contra Citatum H. Cegler Congregationis Pictorum Seniore, ratione inobedientiae, et tergiversationum variarum, necnon: non paritionis Conclusionibus ejusdem Congregationis, ac pro poenis instante. In praesentia Citati non posse se eidem Decreto satisfacere ex quo ijsdem Actor ab eodem Decreto ad Judicium praesens appellavit, tam quod idem Decretum utpote sibi Citato nimis gravaminosum implere nec potest; nec potuit, ex quo labore manuum suarum suoq artificio se, et familiam domesticam victitat, per Decretum vero mentionatum a locandis suis operis et artificio ad notabile tempus suspensus existat dicentis. Quo vero attinet interventionem Senioris Congregationis Pictorum verbo se se justificantis. Et Magnificus Dominus Rector viso et lecto Decreto Congregationis inter Partes lato attentaq Justificatione Citati quod Decreto eidem in puncto cessationis a laboribus Artis suae parere non possit, ex quo labore manuum

nuum suarum victitet illud in puncto deprecationis Citati et exsolutionis Marcarum approbavit, et ad parendum Citatum strinxit, in puncto autem suspensionis a laboribus idem Decretum relaxavit, et quatenus se partes mutuo amore prosequantur, a rixis, odiis, similibusq; aliis abstineant demandavit. Resolvendo vero interventionem M. Cegler Congregationis Pictorum Senioris, quatenus Citatus toties; quoties ad Congregationem vocatus fuerit compareat, a tergiversationibus abstineat. Statutis et Conclusionibus ejusdem Congregationis pareat sub pœnis in laudatis Statutis injunxit. Prout approbat, stringit, demandat, injungit. Decreti præsent vigore ad præmissa mediante. Præsente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 13tia Junii

1. F. Siedlecki ex remissione Testes inducit.

Coram Magnifico Dno Cæ Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter F. Franciscus Siedlecki Civis Crac. Actor Principalis in termino ex Citatione verbali accusata contumacia Ingenuorum Michaelis Dobrzanski, Mathiæ Kochnowski, Simonis Gorski Scholæ Poëseos Alumnorum, satisfaciendo Decreto Judicii Consularis Crac. eos in Testes in Causa inter se Actorem ab una et F. Klimkiewiczowa in eodem Judicio Consulari mota et vertente inductos, ac ad Judicium præsens tanquam ad forum

competens

competens pro examine remissos, prævio corporali super dicenda rei veritate juramento juxta puncta judicialiter porrecta examinari, dicta et depositiones ad Judicium suprafatt: remitti debita cum Instantia postulavit. Et Magnificus Dominus Rector viso et lecto Decreto Judicii Consularis Crac: Testium suprascriptos prævio corporali in præsentia T. Klimkiewiczowa præstan examen mihi notario commisit, Dicta et depositiones eorundem in occluso Rotulo ad Judicium Consulare Crac: extradenda esse censuit. Præsentem M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 10ma Junii

Illris Herka Plenipotentes constituit Coram Officio Actisq præsentibus constitutus Illris et Adm Rndus M. Clemens Stanislaus Kostka Herka J. U. Prfr Collega Juridicus Ecclarum Collegiatarum Bobovien Custos SS OO. Crac Canonicus, Curatus Droginen, electus Academiæ Posnanien Director, palam sponte et libere recognovit, quia ipse in suos veros et legitimos Plenipotentes Perillres Illres et Adm Rndos MM. Adalbertum Micinski SS. OO. Custodem, Stanislaum Mamczynski S. Michaelis in Arce Crac Decanum Joannem Pałaszowski dictt: Collegiatæ SS OO. Archidiaconum Casmirum Jarmundowicz Canonicum Utriusq Juris Doctores, Casmirum Stęplowski Sæ Thlæ Prfrem

Joannem

Joannem Przypkowski, Michaelem Czynicki Ad-
albertum Biegaczewicz, Phiae Doctores et Prfres Col-
legas Majores, Nobiles Carolum Jaworski Consi-
storii Generalis Crae Instigatorem, Bernardum Herka
Causarum Consistorii Generalis Crae Advocatos, et
me Antonium Zołędziowski in Causis et negotiis
tam Beneficialibus, quam Academicis constituit,
offerens se ac alias in forma mandati Procurae
plenissima. Praesen Clrmo M. Petro Filipowski
Phiae Dre et Prfre, Collega Minore, Vniversitatis
Syndico, Artistarum Decano, V. Josepho Porebski
Relae in AALL et Phia Laureae Candidato. Quam
ejusmodi recognitionem manu sua subscripsit in
qua tenor Subscriptionis est talis M. Clemens
Stanislaus Kostka Herka U. J. Prfr, Custos Bo-
covien, Canonicus SS. OO. Curatus Droginen.

Mercurii 25 Junii

1. Magnificus Lodzinski contra Excell. Gleczmanski.
Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica
Causarum audientia comparens personaliter Magni-
ficus Franciscus Radwan de Choraguica Lodzin-
ski Ducatuum Osviecimen et Zathorien Subdu-
pifer Actor Principalis; in termino ex Citatione
literali debite prout a tergo apparebat executt: accu-
sata contumacia Excell. M. Jacobi Gleczmanski
Phiae Doctoris, Grammatices in Academia Pinczo-
vien Prfris, inquantum non comparentis, in et contra
eum proposuit Quia ipse Magnificus sui Actoris
filios suae curae et Institutioni commissos ad Ma-

gnificae

gnificae sui Actoris Consortis requisitionem dimittere temere noluit et recusavit, facta tandem dimissione res mobiles eorum proprias penes se violente retinere, nec eas toties amicabiliter requisitus restituere velle ausus est et praesumpsit, Ipsum propterea exemplariter puniri, ad restitutionem rerum mobilium stringi et compelli debita cum Instantia postulavit. In praesentia Citati ex adverso Principalis, quod Magnificus Magnifici Actoris filios dimittere noluit, ex eo: quod de adventu et praesentia Pinczoviae Magnificae Actoris Consortis nescierit sese justificantis. Quod vero res mobiles post factam cum dishonore sui Citati et totius Universitatis per dictt: Magnificam Actoris consortem in Academia Pinczovien Actionem non extradiderit, in attentata per eandem Magnificam ac potissimum in id, quod Magnificus Actor Contractui inter se et modernum Citatum inito satisfacere non vult refundentis. Et Magnificus Dominus Rector in Causa Inquisitionem decrevit, et Quatenus Partes Articulos pro futuro termino porrigant, Testes inducant demandavit, terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Veneris Vjma Junii

Mgfcus Lodzinski contra Excell Pleczmanski.

In termino hodierno ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Magnificus

Franciscus.

324. Franciscus Radwan de Chorągwica Łodzinski Subdapifer Ducatuum Oswiecimen et Zathorien satisfaciendo Decreto Judicii praesen die 25. Mensis et Anni curren in Causa inter se Actorem ab una et Excell Jacobum Gleczmanski lato Articulos porrexit, et in Testem Nobilem Petrum Stawski induxit. In praesentia Citati ex adverso Principalis Articulos quoq pro sua parte porrigentis, et in Testes Generosos Adalbertum Xieski, Stephanum Psarski, N. Zielinski Scholarum Pinczovien Studiosos, /salva plurium si opus fuerit inductione:/ nominantis, Contra vero Nobilem Stawski ex eo quod ipse praesentis litis motor fuerit, et in complicitatem influxerit, excipientis. In oppositum Actor non esse locum exceptioni ex quo domestica domesticis probanda veniunt intulit, et Causam praesen ad locum loci pro examine remitti petiit. Et Magnificus Dominus Rector Causam praesentem Illri Chrmo et Adm Rndo M. Adalberto Goszkowski Sae Theologiae Professori, Collegae Majori, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Canonico, Visliciensi Decano, Parochialis Prossovicen Praeposito, uti et tanquam Academiae Pinczovien Provisori; commisit, et quatenus ad locum loci sua in Persona condescendat, Testes inductos praevio si opus fuerit corporali juramento /: exceptuatum non nisi pro sola informatione Judicii:/ examinet Depositiones in occluso Rotulo ad Judicium praesens remittat injunxit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum

Officii

Rectoralis Notario.

Mercurii 6ta Augusti

1 Instigator Contra Nobilem Wolska.

Coram Perillustri Clrmo et Adm Rndo Domino M. Adalberto Micinski U. J. Doctore et Prfre ac Judice Surrogato ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter X. Joannes Gajowski Bedellus Universitatis, Fiscalis Officii Rectoralis in termino ex Citatione verbali in et contra Nobilem Hedvigem Wolska Nobilis olim Stanislai Wolski Consortem Viduam derelictam uti occupatricem Fundi Collegialis Citatam proposuit, de et super eo Quia ipsa ante quatuor Septimanas die sc: Ova Mensis Julii inscio Magnifico Domino Rectore atq Universitatis Procuratore necnon Perillri M. Stanislao Philippowic Domus Cieplowscyanae in fundo Collegiali seu totius Universitatis ad Vistulam post Rudavam fluvium sitae dispositore, coassumptis secum variis varii status hominibus Fundum praedictum Almae Universitatis proprium violenter invadere, Domum eandem Nobilium Cieplowscyorum minorentium sub tutela Magnifici Domini Rectoris pro tempore existentis ac totius Almae Universitatis ac praesertim praedicti Perillris Philippowic existentium, effractis binis foribus, seris, et pessulis, occupare, ibidemq per Septimanas quatuor integras et ultra nullo jure permanere, Conductoremq Domus ejusdem inquietare, ac in usufructu cum magno damno praepedire.

xxx

pedire, de Stuba Principali exturbare, pecunias quas-
dam ab ipso licentiose non producto coram Magni-
fico Domino Rectore jure suo, quod habet, extorquere,
et in casu non solutionis pretensa pecunia rerum
ejus, ac ejusipsius ex eadem Domo ejectionem com-
minari, aliasq; Violentias et damna perpetrare au-
sa est et presumpsit, audetq; et presumit, Ipsam
ejusq; complices, si et inquantum hujus fori et juris-
dictionis fuerint penis condignis puniri, alias ad lo-
cum competens remitti, illamq; si et inquantum nul-
lum Jus ad premissa produxerit, pro resarciendis
damnis, ac violentiis sequestrari, donec ad actum
damna illata, et violentias compensaverit, debita
cum Instantia postulavit. In presentia Citate ex
adverso Principalis nihil quidquam ad propositionem
Actoris respondentis. Et Perillis Clarus Dominus
Judex Surrogatus Citatam pro termino comparen-
tem nihil tamen respondentem, quinimo privole de
Stuba Judiciali recedentem contumacem reputavit,
et eandem pro 2da Citatione Literali citandam
esse decrevit. Presente Perillri Clmo et Adm
Rndo M. Casmiro Jarmundowicz JU. Doctore et Pfre assumpto ad actum presen in absen-
tia Actuarii Notario.

Mercurii 27ma Augusti

Collegae Minores inter se

Coram Magnifico Dno de Rectore ac in ejus pu-
blica Causarum audientia Comparens personaliter
Clarus M. Antonius Kwiatkowski Phiae Dr et Pfr
Collegii

Collegii Minoris Praepositus suo et totius Communitatis ejusdem Nomine accusata contumacia Illris Armi et Adm Rndi M. Stanislai Foltanski Phiae Doctoris et Prfris, Collegae Minoris, Ecclae Collegiatae Sredens Canonici, Actoris Principalis, terminum non attendentis; eundem contumacem declarari Inhibitionem ex Officio praeserv ad Instantiam ejusdem emanatt: toti Communitati intimatam relaxari, seq ac totam Communitatem a Causa et termino liberos pronuntiari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dominus Rector actorem terminum non attendentem contumacem reputavit, relaxationem tamen Inhibitionis ex rationibus animum suum permoventibus ad mensem distulit, terminum conservavit. Praesente me M Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1. F. Hebanowski contra H. Krestomski.

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter F. Sebastianus Hebanowski Civis et Librorum Compactor Crac in termino ex Citatione Verbali accusata contumacia H. Josephi Krestomski Artis Typographicae Socii inquantum non comparentis, in et contra eum proposuit de et super eo Quia ipse famulum Actoris in Typographia commorantem arrepta sella cohovulnerare, se Actorem variis temporibus verbis injuriosis, calumniosis, ac durioribus afficere, eaq etiam in foro publico ad institam suam tempore non ita pridem praeterito cum dishonore

sui

xxx

sui et scandalo ad clamores et vociferationes convolantis populi tenere effutire ausus est, et praesumpsit, ipsum propterea exemplariter puniri debita cum instantia postulavit. In praesentia Citati concussionem Famuli asserentis, quod autem verba injuriosa attinet modificate respondentis, et reconventionaliter contra Actorem ratione aggressionis et Capillationis sui ac aliarum injuriarum denegataeq operae et laborum Typographicorum instantis. Et Magnificus Dominus Rector auditis Partium propositis et responsis attentaq propria Utriusq Partis oris confessione, Quoniam Citatus famulum Actoris in obsequiis Typographicis existentem arrepta Sella ad effusionem sanguinis concusserit, Actorem qua privatim in Typographia Variis temporibus, qua publice in foro publico verbis injuriosis, contumeliosis affecerit puniendum esse censuit, et quatenus Carceresn in fundo per dies tres subeat, deprecationem Actori hic coram suo Judicio per se, domi per duos ex Congregatione Typographica faciat, a similibus in posterum abstineat, sub gravioribus poenis demandavit. Quia vero T. Actor Authoritate sua non facto ad quem de jure recursu Citatum ex Typographia expulit, in locanda Typographiae opera temere impedivit, verbis pariter laesivis affecit, punibilem quoq adinvenit, et quatenus in vim mulctae marcas quindecem ad Causas convertendas in instanti in officio deponat, ac intra triduum Citatum vel alium quempiam Artis Typographicae Socium ad Typographiam conducat, Pueros in Congregatione

gatione inscriptos ejus dispositioni et disciplinae sub poena amotionis eorundem puerorum a laboribus Typographicis subjiciat injunxit. Praesentibus Illri Clrmis et Adm Rndis MM. Stanislao Philippowic Sae Theologiae Doctore et Professore, Ecclae Collegiatae S. Floriani Decano, Casmiro Szeptoski Sae Theologiae Prfre, dicti Collegiatae S. Floriani Canonico et me Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Mercurii 1ma Obris

Collegae Minores inter se

In termino hodierno ex actis et conservatione provenienti comparens personaliter Illris Clrmus et Adm Rndus M. Stanislaus Foltanski Phiae Dr, et Prfr, Collega Minor, Ecclae Collegiatae Sredens Canonicus, accusata contumacia Clrmi et Adm Rndi M. Antonii Kocikowski Phiae Doctoris et Prfris, Collegae Minoris, uti et tanquam Domus ejusdem Praepositi, inquantum non comparentis, petiit Inhibitionem ex Officio praesenti emanatam conservari, donec portio ex censibus Gedano et aliunde provenien se Actorem tanquam formalem et Actualem Collegam Minorem concernens aequaliter ac aliis CC.DD. Collegii Minoris Prfribus, extradita fuerit, debita cum Instantia postulavit. In praesentia Citati ex adverso Principalis suo et totius Communitatis Collegii Minoris nomine salvis ac ac praemissa ac Quoniam modernus Actor qui de Jure in promovenda Causa paratus esse debet, et debuit, post editam assertam Inhibitionem una cum Citatione

nec per se

nec per se nec per suum Mandatarium aut Plenipotentem in Judicio presens comparuit, nec Causam intentatam in advenienti termino promovere curavit, taliterq; se contumacem /: quæ contumacia de Jure major est Actoris quam rei :/ gessit, exinde vero sibi Citatis molestiam ac fatigationem super invigilando termino intulit, proinde dict: Actorem ratione sui contumaciæ ante omnia puniri, et super premissis enterlegui petentis. Ex adverso actor se non potuisse pro termino condescendere, ex quo legitime partim infirmitate, partim negotio Principalis sui prepeditus fuit, dixit, et se non gessisse contumaciter asseruit. In contra Citatus, quoniam nullas Juridicas rationes allegat, nec suas allegationes aliqua testimonio comprobat, et per Judicium presens contumax reputatus existit ideo ut supra instatit. Ex adverso actor testimonia allegatorum se productum obtulit, ac in principali negotio procedi flagitavit. In præsentia cujus supra. salva allegatione, quonam nulla requisitio ex parte actoris ad se Citatos suamq; Communitatem respectu quarumcunq; pretensionum intervenerit, petitq; Partis Actoreæ fieri non debere obstantibus Conclusionibus Jam Collegii Minoris de Anno 1680 3tio Calendas Jan per Magnificum Dominum Rectorem Universitatis Anno Domini 1725 die 26ta Novembris approbata, qua mediante statutum est, quod Proventus et Dismembrationes Collegii Minoris illis duntaxat Professoribus debentur, qui actu dict: Collegium inhabitant, quam etiam alia Conclusione

Universitatis

Universitatis de Anno 1733. die Una Maji lata, qua mediante similiter cautum est, ut absentes Dni Professores a Collegio Minori, proventibus ex dictt: Collegio Minori evenientibus, ob tenuissimam Perceptam Ejusdem Collegii careant, quibus inhaerendo Inhibitionem assertam relaxari, se Citatos suamq Communitatem circa praeallegata Jura necnon continuam a tempore immemorabili observatam consvetudinem et Possessionem manuteneri, Actorem uti turbatorem pacis, et tranquillitatis puniri, ad deprecationem injungi exposcentis. Ex Adverso Actor communicationem Assertorum Jurium ad Ovam Juris petiit. Et Magnificus Dominus Rector petitam Jurium communicationem ad Ulam Juris dedit, et concessit, pro quo termino quatenus Actor testimonia suae legalitatis producat, injunxit. terminum conservavit. Praesente Illri et Adm Rndo M. Casmiro Stęplowski Sae Theologiae Prfre, Collega Majore, Eccla Collegiatae S. Floriani Canonico, et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Fiscalis contra Bibliopolas.

Coram Magnifico Dnoe Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter H. Joannes Gajowski Bedellus Universitatis, Officii Rectoralis Fiscalis in termino ex Citatione verbali accusata Contumacia Nobilium Spectabilium Famatorum Bibliopolarum, Bibliographorum, Bibliopegarum Crac. inquantum non comparentium, insistendo Juri communi

Universitatum

xxx

Universitatum et respective Universitatis Crac. ac signanter edicto Serenissimi Sigismundi III. Regis Poloniarum, ac deniq consuetudini continuae, eosdem ad porrigendos Cathalogos Librorum quorumvis per se Citatos venum expositorum et exponibilium stringi, Bibliothecas revideri, porrectos Cathalogos verificari, in defectu eorundem confici, ad Officium Rectorale comportari, et ad eum effectum Commissarios deputari petiit. In praesentia Spectabilium Lucae Rozworski, et Adalberti Olesinski Contubernii Bibliopegarum Seniorum, suo et aliorum Nomine comparentium, et se praeter Nobiles Faistmant et Zonertr nullos libros ab extra conducere, sed eos solum; qui in hoc Regno Poloniae cum approbatione ordinariorum Locorum, vel eorum Censorum imprimuntur, venum exponere dicentium, ac in revisionem Bibliothecarum suarum confectionem; sive verificationem Inventariorum consentientium. Et Magnificus Dominus Rector attenta petitione actoris et Consensu Citatorum, viso et lecto memorato edicto Sigismundi III. Poloniarum Regis ad revisionem Bibliothecarum et Librorum quorumvis apud Bibliopolas, Bibliographos, et Bibliopegas, et quoscunq alios reperibilium Commissarios Perillustres, Illres, Clrmos et Adm Rndos MM. Stanislaum Philippowic Sae Theologiae, Thomam Muszynski U. J. Doctores, Casmirum Stęplowski Sae Theologiae, Joannem Przypkowski et me Antonium Zołędziowski Phiae Doctores et Prfres

unius.

unius duorum aut trium absentia non obstante, salva etiam aliorum obveniente alicujus sive aliquorum legalitate substitutione deputavit, et quatenus tempore bene viso non trahendo tamen moram commissa expediant injunxit. Praesentibus quibus supra.

1. Constitutio Executorum Perill. olim Kropski.

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter Perillris Clrmus et Adm Rndus M. Casmirus Jarmundowicz U. J. Doctor et Prfr, Collega Juridicus, Ecclarum Collegiatae SS. OO. Crac Canonicus, Ilcussien Decanus, Perillrem olim M. Stephanum Kropski J. U. Doctorem et Prfrem, Ecclesiarum Collegiatae S. Annae Praepositum et SS OO. Primicerium, cujus stante vita ex Officio praesenti Curator deputatus fuerat, intestatum obiisse detulit. In continenti H. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, Fiscalis Officii Rectoralis praesen Executores cum plena et omnimoda facultate disponendi res, et alia Bona tam mobilia quam immobilia morte et obitu ejusdem defuncti derelicta juxta Privilegia et Bullas Summorum Pontificum Universitati Crac concessa constitui petiit. Et Magnificus Dominus Rector audita petitione Instantis adhaerendo praedictis Privilegiis in continua praxi et usu existentibus in Executores memorati Perllris olim Kropski suprascriptum Perillrem Jarmundowicz et me Antonium

Testamentaria Intestati

nium Zołędziowski uxxx Actorum Officii Rectoralis Notarium cum plena facultate res et bona morte et obitu Perillris Kropski derelicti disponendi, debita si quae sunt solvendi; et vindicandi, expensas funeris et alias in suffragium animae defuncti erogandi assignavit et deputavit, salvo nihilominus calculo de Perceptis et expensis suo coram Officio faciendo Praesentibus quibus supra.

Mercurii 8va 8bris

1. Collegae Minores inter se.

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Illris Clrmus et Adm Rndus M. Stanislaus Foltanski Phae Dr et Prfr, Collega Minor, Ecclae Collegiatae Sreden Canonicus, Actor Principalis satisfaciendo Decreto Judicii praesen Mercurii 1ma 8bris lato Anni curren, ac justificando legalitatem, ex qua pro termino per Citationem intimato, comparere non poterat, Literas missivas ab Illri et Magnifico Dno Romano de Boyusławice Sierakowski, Vexillifero Palatinatûs et Judice Castrensi Crac uti et tanquam Actoris praesen Principalis, ac alias se Actorem modoprimum post terminum in Citatione praefixum cum Magnificis et Generosis Vexilliferidis Cracovien uti et tanquam Discipulis suis ex Vacationibus condescendisse, in vim purgandae contumaciae respondit. Quo vero ad allegatas rationes Partis Citatae sive Jura in anteriori termino taliter, qualiter imo nulliter

producta

producta et connotata salvis omnibus beneficiis Juris
in toto sibi quomodocunq; servientibus præcuste ditis
et reservatis, salvoq; per omnia eo, quod Actor Citatum
sive Citatos multoties amicabiliter, tam per se quam
per subordinatas Personas omni exceptione Majo-
res requisiverit, et ad eum effectum Magnificum
Dominum præsentaneum Rectorem; quatenus su-
am Instantiam interponerit, et Citato sive Citatis
Authoritate sua Rectorali, ne cum jactura Actoris
Incapletentur; persvaderet, uti quidem interponebat,
et ipsi Citato persvadebat, humillime postulaverit.
et præmissa quoq; solemni protestatione de injusta et
indebita tergiversatione Eandem sive easdem nihil
posse nec debere operari, ex quo præallegata Con-
clusiones et quidem Collegii Minoris de Anno
1600 3tio Calendas Januarii uti generaliter
lata, non absolute sed in sensu accommodo intel-
ligendam esse, nam lex generaliter loquens non
extenditur ad Causas Contrarium loquentes, l. ne
mo C. qui testimonium facere posset. Nimirum
Reo non esse a perceptione proventuum evadet ju
stitia, pro quibus etiam extra Collegium militant
peracta Officia, ac bene gesta munia. Principalis
vero Actor absolutis tam materialibus quam for-
malibus in ordine ad Collegium Minus, Lectiones,
Disputationes, ceteraq; Obligationes Collegas Mi-
nores concernentes, præter Officium Præpositure
Domus in qua cujus mensam cum Citatis non par-
ticipat, peragit; ac ipsum per consuetudinem ra-

tionabilem

xxx

tionabilem quae est optima legis interpres C. cum dilectus de consvetudine tot praejudicatis in Universitate Crac. practicatis signanter in Illustribus Clrmis M. Adalberto Biegaczewicz et Nicolao Iwanski protunc Collegis Minoribus et tunc extra Collegium manentibus, ex integro tamen proventus percipientibus, uti testimonia manu praelibatorum Illrium Dominorum subscripta comprobant. Multoplus quando quidem Actor non sua culpa nec proprio ausu, sed praevio consensu et beneplacito Magnifici Domini Rectoris tam Antecedanei, quam moderni extra Collegium Minus extiterit et existat, cujus consensui Collegium Minus non videtur posse obstare, multo magis illum infringere, cum juxta obloquentiam Juris species semper subalternatur generi l. 2. ff. de Jure materiae et Gentium et Civili §. plebiscitum super verbo plebs autem. Imo cum a pari lex aliquando argumentari permittit C. inter corporalia de transact: in cap. inter caetera de rescript. et in cap. cum dilecta de confirmat. Hinc sicut Canonicus obligatus ad Chorum, si fuerit ab eo dispensatus per superiorem vy per Summum Pontificem, is in tali casu non solum fructus suae Praebendae, sed etiam quotidianas Dismembrationes percipere debet, prout concludenter referunt Tamb. Lib. 2do in Decal Cap 5. §. 2do N. 32. Surdus Decis: 57. Covcoper de Canon Lib. 2. N. 175.

moneta

moneta de distrib. quotidiana p. 2 q. 12. n. 54. et late Barbosa ad Concil. Trident. Sess. 24. Cap. 12. a n. 57. et seqven, ita pariter, esto Actor sit obligatus ad residendum in Collegio, si tamen fuerit et sit, prout fuit est dispensatus a Magnifico Dño Rectore, tanquam Summo Vniversitatis Capite, taliter dispensato Actori debet de omnibus fructibus, proventibus, Censibus, Intro-italibus, Martinalibus, aliisq emolumentis et distributionibus juxta dispositionem Juris, ubi est eadem ratio ibi debet esse idem jus l. illud ff. ad l. Aquil. nec idem posse ad præsens operari quod quam aliam Conclusionem de Anno 1733. Die Una Mensis Maji, inter Communitatem Domus Minoris ab una, et Illrem Virzanowski ac per post Perillrem Jarmundowicz protunc Collegas Minores, Partibus ab altera latam, qua mediante decisum ut participent ex Agno Paschali et Introitalibus, non posse inquam hanc Conclusionem sive Conclusiones trahi in Consequentiam contra Actorem, disparitas enim luculenter deducit, quando quidem prænominati Perillres Virzanowski et Jarmundowicz cum Discipulis suis absesserunt, taliterq munia et Officia, Disputationes Lectiones, quæ tamen omnia Actor modernus peragit, nec ullo abscedit, non absolvebant, potuitq hanc pro parte Actoris Sequelam fluere ejudicio demonstratur. Si Perillres alte-

memorati

memorati Krzynowski et Jarmundowicz quamvis singulas obligationes non obierint, tamen aliqua in parte percipiebant fructus; a portion cum Actor omnia et singula peragit Officia per se ac personaliter, consequenter ipsi ex Justitia distributiva de omnibus et singulis Proventibus et emolumentis quomodocunq; Collegae Minores concernentibus debetur in fundamento Juris qui sustinet onus sustinet et emolumentum ff. de Reg. Juris, et qui laborat, is et non alius manducet l. quamvis ff. de damnis in fine in vim exceptionis dixit. Et quoniam Armus Kociłowski Praepositus Collegii Minoris totaq; Communitas Domus Minoris nulla habita Juridica ratione Actorem ad Perceptionem Proventuum, Censuum, aliorumq; emolumentorum non admittit, et non admittunt, taliterq; variis anganizationibus molestant, neuon evidentem Injuriam inferunt, ac quasi fuerit, et sit turbator Pacis et tranquillitatis, pro eo quod de proprio Jure agat, asserunt, taliterq; bonam famam Actori semper assistentem detrahere causus est, et praesumpsit, sive ausi sunt et praesumpserunt, proinde insistendo dispositioni Juris quod suo quisq; contentus; non debet invere alienis c. si quis Epus. 7. q. 1. Tum attento eo quod Actor de consensu et beneplacito Magnifici Domini Rectoris extra Collegium manserit et maneat, obligationes tamen per se pergit, inspectaq; consuetudine in simili in Universitate

practicata.

xxx

practicata ac aliis rationibus Juridicis pro parte Actoris evidentissime concludentibus, Eundem Ermum Kwiekowski totamq Communitatem Domus Minoris ad extradditionem omnium proventuum, Censuum, fructuum, Introitalium Sedanicæ Martinalium cæterorumq emolumentorum, quomodocunq de Jure Collegæ Minores concernentium Juris mediis stringi, deprecationem Solennem injungi; et ne in post injuriare Actorem præsumant, serio inhiberi, superquibus Decretum definitivum ferri, insciptis promulgari; et debita executioni demandari debita cum Instantia postulavit. In præsentia Ermi M. Antonii Kwiekowski Collegii Minoris Præpositi salvis ac præmissa solenni protestatione contra Actorem de indebita impetitione excipiendo ante omnia contra assertum testimonium quoniam est privatum; proinde nullam attendentiam habere debet, et dato non concesso, quod etsi dictt: asserto testimonio fides adhiberi deberet, actorem tamen ab incursu contumaciæ in nullo per dictt: testimonium se relevare, tum stante justa legalitate ac impossibili personali comparitione, dictt: Actor per aliquem Mandatarium aut Plenipotentem suum in termino ad Instantiam sui emanatt: de Jure comparere, præmissamq legalitatem allegare et probare debuerat. Et quoniam præmissa dispositione Juris Actor abusus aperte se contumacem reddidit, ac per Decretum Judicii præsens contumax

est adinventus.

est adinventus, proinde eundem ratione contumaciter sui gestionis, sibi Citatis molestui et fatigationis super invigilando termino illationis puniri, et super premissis interlogui petentis. Et Magnificus Dominus Rector visso et lecto testimonio per Illrem Magnpcum Romanum Serakowski Vexilliferum Palatinatus ac Judicem Castrensem Crac datti: manu ejusdem scriptti: et subscriptti; quo actor non potuisse ob justam legalitatem pro termino termini condescendere comprobatur, eundem a contumacia et peris dere contumatialibus liberum pronuntiavit. Tandem Citatis quantum ad exceptionem in principali negotio oppositas copias ejusdem communicari petiit. Ex adverso actor petita Partis fieri non debere, ex quo evidenter Jus suum constat, solitisq; protalationibus Citatus sive Citati allaborant; dixit, et pro Decreto instituit, In contrarium Citatus quoniam ex amplo ad assertas exceptionis respondere sit impossibile, ex quo causa ei majoris momenti in qua agitur de violatione Jurium, actorq; in anteriori termino communicatio Jurium per Citatos productorum fuit concessa, idem Juris beneficium sibi concedi postulavit. Et Magnificus Dominus Rector communicationem Exceptionum Citato ad Imam Juris dedit et concessit, terminum conservavit. Presentibus quibus supra.

Veneris Loma Obris

Approbatio

xαα

1 Approbatio Contractus

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in publica Causarum audientia comparens personaliter H. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis Nobilis Joannis Choroszowicz Mandatarius producto contractu inter Perillrem Clrmum et Adm Rndum M. Casmirum Jarmundowicz U. J. Doctorem et Prfrem, Collegam Juridicum, Ecclarum Collegiatarum SS. OO. Crac Canonicum, Ilcussien Decanum uti et tanquam Perillris olim M. Stephani Kropski U. J. Dris, Ecclae Collegiatae S. Annae Praepositi, SS OO. Primicerii Curatorem ex una, et memoratum N. Choroszowicz S. R. Mtis Secretarium, Officii Consularis Crac Instigatorem ejusq Consortem Hedvigem parte ab altera facti. Ao Currenti 1749no Die 20ma 7bris ratione Horti ad Praeposituram S. Annae spectantis inito manibus Utriusq Partis subscriptt: petiit eundem Contractum in omnibus punctis, Clausulis, nexibus ligamentis, Authoritate Rectorali approbari. Et Magnificus Dominus Rector viso et lecto suprascriptt: Contractu, eundem in omnibus punctis, Clausulis, nexibus ligamentis approbavit, illiq robur firmitatis adjecit. Praesentibus quibus supra.

2 Collegae Minores inter se.

In termino hodierno ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Clrmus

M. Antonius.

M. Antonius Kocikowski Phiae Doctor et Prfr, Collegii Minoris Praepositus, suo totiusq praefati Collegii Minoris Citatorum ex adverso Principalium Nomine salvis &c ac praemissa solenni &c ante omnia ad allegationem in anteriori termino factam, quod per nullum consulto missum, nec per se Actorem amicabilis requisitio super quibuscunq praetensionibus subsecuta fuerit; referentis. Quantum verò ad exceptionem contra Jura per Citatos in anteriori termino producta ex parte Actoris oppositam replicando, contra eandem dicentis: quod allegationes Juris in dicta exceptione Actoris expressae ad Causam praesentem non serviant, cum sint in Communi allegatae, Jura vero suorum Principalium sunt specialia, consequenter ad tollenda eadem speciali revocatione indigent. Quantum ad assertam exceptionem Actoris contra Conclusionem Collegii Minoris Anno 1680 latam ac per Judicium Rectorale Universitatis Crac approbatam, ejusmodi Conclusio cujus sit sensus nulla explicatione indiget, quam Actor impertinenter distinguit, cum sit ex suo nexu clara, et quas tangat Personas enuntiativa, Jurisq ac Privilegiorum natura est, quod non disputant, sed jubent. Quantum vero ad allegatos et explicatos labores suos, per Actorem in sua exceptione laudatos, ejusmodi labores non se extendere ad Domum Collegii Minoris, sunt enim distincti a praeallegato Studio Universitatis, et praeter labores.

bores Vniversitatis, labores Collegii Minoris in hoc consistunt, ut Collega Minor Præposituram expediat, fatigationem ac molestiam in vindicandis Censibus subeat, Communitatem in obvenienti defectu etiam de proprio alat, et alia interna Domus Minoris incommoda ac munia sufferat, ac proinde in statu æquamini Communitatem conservet, Actor vero vigore laborum ex vi Studiorum Vniversitatis Crac. ipsum tangentium suam compensationem utpote: ex Margarithalibus, Agno Paschali de sua Professione quam possidet, annuatim participat. Quantum ad allegationem in exceptione Actoris positam quod Actor ex ea ratione de mensa non participat, quod Officium Præposituræ non peragit, hanc exceptionem esse contrariam petitis; Actoris cum Inhibitionem etiam ad effectum participandi ex Gedanica portione, ex mente Fundatoris pro mensa legata, etsi aliquod superfuerit; de mensa ex ejusmodi pensione Gedanica, tunc pro Anniversario et anima pientissimi Legatoris inter Professores ibidem in Collegio Minori labores et onera sufferentes, et Voluntate Fundatoris dividi debent, Consequenter menti Fundatoris nullatenus Actorem Contraire posse. Quantum ad allegationem Actoris quod præjudicata in Illribus Biegaczewicz et Iwanski intervenerint, quod non habitantes in Collegio Minori proventus tamen participaverint, hujusmodi prætensa per Actorem præjudicata dici non posse, sed potius dispensationes

cum.

xxx

cum dictis Illrĩbus Professoribus, ad amicabilem petitionem Ipsorum ex consensu et beneplacito suae ~~dict~~ Communitatis Collegii Minoris, cum libenum sit de suo cuiq; tribuere, non vero adstringente aliquo judicato jactt: Quantum ad producta testimonia praecensitorum Illrũm Professorum, eadem esse inadtendibilia, uti privata et emendicata: tum quia dictt: Illres Professores ad sui petitionem per Communitatem Collegii Minoris, prout acta ejusdem Collegii testantur, libere dispensati erant, Actor vero modernus tam ad ingressum sui, quam postea dispensationem a Communitate non petiit. Quantum ad allegationem, quam dictus Actor per Magnificum Dominum Rectorem Vniversitatis quo ad residentiam dispensatus fuerit, ex premissa allegatione nil Actorem evincere posse, cum licet sit quo ad residentiam dispensatus id asserit, non tamen Conclusiones per Vniversitatem approbatt; Jura, ac Fundationes Collegii Minoris per Eundem Magnificum Dominum Rectorem sunt violata, cum non sit quo ad participationem fructuum Personas in Collegio Minori actu residentes, concernentium admissus ac dispensatus. Quantum demiq; ad oppositam exceptionem contra Conclusiones Vniversitatis ad petita Perillrĩum Jarmundowicz et Krzanowski subsecutas, non bene Actor excipit, dicens: Utrumq; non laborãsse in Vniversitate, quoniam Perillris Krzanowski laboravit,

licet.

licet alter ob absentiam per aliquod tempus non laboraverit, ambo tamen non ob praedictum laborem vel non laborem, sed non ob residentiam in Collegio Minori, seu quod ibidem munia et Officia non absolverent, et respectu tenuissimorum Collegii Minoris proventuum, ut itaq nihil de Collegio Minori participarent, Conclusione Vniversitatis cautum est, solum de proventibus Vniversitatis /: de quibus et Actor participat :/ illis concessum, Consequenter Actorem nullatenus allegare posse quod praeallegatae Conclusiones disparitatem in negotio praesenti habeant. Inhaerendo itaq; praemissae replicationi suae, nec non Decreto Rectorali de Anno 1725 Die Veneris 16ta Novembris in simili Causa lato, ac id etiam allegando, quod licet tenuissimi Proventus Domus Collegii Minoris fuerant, iidem tamen proventus longe in tempore praesenti diminuti, cum per desolationem bonorum Census invindicabiles exstant. Proinde se suamq; Communitatem Collegii Minoris, circa Jura, Conclusiones, nec non continuam a tempore immemorabili practicatam consvetudinem, inviolabiliter conservata et conservatas, manuteneri, Inhibitionem iniquè per Actorem exportatam relaxari, obveniendoq; ulterioribus jurgiis ac litibus, de pace continua et tran-

quillitate

quillitate inter vigere debita,
ac solita, provideri, ac in reliquo petitis per se
suamq; Communitatem in termino antece-
ri ad Judicium praesens delata exequi, Acto-
remq; puniri cum Instantia postulantis. In
praesentia Illris Crmi M. Stanislai Sottan-
ski Actoris Principalis replicationes Citati
nullo Juri et documento per eundem allega-
to innixas inattendibiles esse dixit, ad ex-
ceptiones suas se retulit, et Decretum pro par-
te sui favorabile semi petiit. Ex adverso
Clarissimus Kocikowski ad oppositam
replicationem suam juxta Conclusiones
Collegii Minoris ac totius Universitatis
se se retulit, et Decretum favorabile pro se
suaq; Communitate semi postulavit. Et
Magnificus Dominus Rector De-
cretum tulit, quod sc. pro data Juris pu-
blicaturum. Actum. Praesente me M. Anto-
nio Lozdzowski Actorum Officii Recto-
ralis Notario.

ACTA ACTORUM RECTORATUS VIII

Magnifici Perillustris et Adm̃ Rn̄di Dõmini D. M. Casmiri Pałaszowski, Sæ Theologiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac. Custodis, Curelovienſis Decani, Parochialium S. Stephani Crac. Præpositi, in Czerniechow Curati, Canonizationis B. Joannis Cantii Procuratoris, Scholarum Novodvorscianarum et Contubernii Hierosolymitani, Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis RECTORIS. Commutatione hyemali Anno a Nativitte Domini Nostri Jesu Christi 1749no

Lunæ 17ma 9bris

1 Pictores inter se

Coram Magnifico Domino ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparentes.

parentes personaliter HH Andreas Cegler senior, Gabriel Durayski Consiliarius Congregationis Pictorum Crac. Actores Principales in termino ex Citatione literali debite prout apparebat executt. in diem hodiernam legitime incidenti. accusata contumacia H. Bonaventurae Batkowski dictt. Congregationis Magistri suo et suae Congregationis nomine, in et contra eum proposuerant, de et super eo.

1mo Quia aliquoties ad Judicium praesens Citatus existens contumaciter se gessit 2do quia Decreto Judicii praesentis Lunae 12ma Maji Anni curren lato non paruit, ac parere recusat 3tio Quia aliquoties ad Congregationem vocatus et requisitus venire noluit, taliterq; Ordinationibus et laudabilibus consvetudinibus dictt. Congregationis contravenit, ipsum propterea puniri ad parendum Decreto memorato Juris mediis stringi debita cum Instantia postulavit. In praesentia Citati ex adverso Principalis quantum ad 1mum verbo se justificantis ac in purgationem acsi contumaciae legalitates suas, necnon locatas per Contractum operas adducentis. Quantum ad 2dm se non fuisse in solvendo dicentis Quantum ad 3tium aliquoties se vocatum ad Congregationem non venisse asserentis, sed id non in contemptum sed propter subterfugiendas cum actoribus lites, rixas, et jurgia fecisse replicantis. Et Magnificus

Dominus

Dominus Rector ^αα^ auditis Partium propositis et responsis, attentoq; eo quod H. Batkowski aliquoties ad Judicium praesens Citatus existens prout id ex relatione H. Jacobi Kowalski Bedelli Vniversitatis constitit contumaciter se gessit, Decreto Judicii praesen^ti^ a tam longo tempore parere neglexit, Marcas quas se Judicialiter repositurum in Officio praesenti promisit, etiam post factam pro se Citato fidejussionem non reposuit, ad Congregationem vocatus aliquoties venire noluit, punibilem esse adinvenit, et quatenus ante omnia Marcas per se vigore Decreti memorati non repositas in Instanti reponat, pro Contumacia et inobedientia ac a Congregationibus absentia Congregationi Marcas 5q; pro cera pariter 5q; exsolvat, injunxit, ad eum effectum tamdiu in carcere, quamdiu Decreto praesenti non satisfecerit detinendum esse censuit. In posterum ut toties, quoties ad Congregationem vocatus fuerit, venire non intermittat, sub poenis in Statutis Congregationis contra absentes vallatis decrevit. prout decernit Decreti praesen^ti^ vigore ad praemissa mediante. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Mercurii 26ta 9bris

1. Collegae Minores inter se

Juxta exigentiam termini hodierni ex

actis

Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Illris Clrmus et Adm Rndus M. Stanislaus Foltanski Phiae Doctor et Prfr, Collega Minor Eccle Collegiatae Sredeñ Canonicus petiit Decretum Judicii praesen jam alias Veneris Loma Obris latum inquantum pro parte sui favorabile publicari. In praesentia Clrmi M. Antonii Kocikowski Phiae Doctoris et Prfris Collegii Minoris Praepositi suo et totius Communitatis suae nomine, in publicationem Decreti inquantum pro parte sui favorabilis consentientis. Et Magnificus Dominus Rector ad publicationem Decreti condescendit, cujus tenor sequitur, estq tales.

Magnificus Dominus Rector auditis Partium propositis et responsis, visis quoq et lectis documentis Literatoriis hac in Causa per partem Citatam productis, iisq bene trutinatis et perpensis: Quando quidem Conclusio Domus Minoris in Anno 1680 3tio Callendas Januarii contra non residentes in Collegio lata, quae verbo quidem per Citatos a Magnifico Domino Rectore approbata esse sine ulla restrictione asseritur, nullo tamen Authentico documento approbata esse demonstratur, de solis tantum culpa proteria, sive negligentia sua aut alia Juris dispositione aut praxi Collegium non inhabitantibus interpretanda venit, prout eam ipsa Collegii Minoris Communitas interpretata est, quando Clrmos protunc MM. Adalbertum Biegaczewicz et Nicolaum Iwanski non in Collegio

sed penes

sed penes Conditiones suas residentes, pro actu in
habitantibus Collegium minus reputavit, cum ad par-
ticipationem omnium Proventuum formales Collegas
Minores concernentium sine ulla in scripto dispensa-
tione, quam pariter Citati praecipisse asseverant non
tamen aliquo documento Literario justificant ad-
misit. Decretum etiam de anno 1725 in Judi-
cio praesen inter saepe dictt: Collegii Minoris et
Professorum Brzezinianum Collegium non in-
habitantem latt: nihil quidquam ad Causam pro-
sentem operari potest, ex quo Professor Brzezini-
anus et Residentiam et Professionem extra Col-
legium obtinet, ac suos distinctos Proventus habet.
Quoniam vero modernus Actor omnes formali-
tates circa ingressum ad Collegium absolvit, pro
formali Collega per captam Vocis tum activae, tum
passivae ac habitationis possessionem per dictam
Communitatem agnitus, et ad omnes proventus,
emolumenta Professores Collegii Minoris concer-
nen admissus est, eandemq; Domum Minorem
inhabitare paratus fuerit, nisi ex dispositione
antecedanei Magnifici Domini Rectoris ad in-
formandus Magnificus Vexillifer idas Graecien
deputatus, et ab inhabitatione Collegii tantisper
dispensatus fuisset, adeoq; non sua culpa, pro-
tervia sive negligentia s: neq; obstante sibi con-
traria Juris dispositione et praxi; Domum
Minorem non inhabitat, nihilominus aequa-
liter cum Primis Collegii Minoris Patribus

Rei Cra

hui Crac in Vniversitate laborat, neq enim labores in Collegio Minori a laboribus in Vniversitate distincti sunt, ut illos pars Citata pro suo beneplacito distinguit, Onus etiam Catechisandi; quod solos duntaxat Collegas Minores concernit sustinere ex turno paratus sit, et fuerit, Professionique suae quae ipsi et dispositione Venerabilis Officii Domus Majoris obtigit, pariter cum alijs satisfecit, et satisfacit. Si quae vero onera Collegii Minoris propria non sustinet, id per hoc quod de mensa cum aliis Clarissimis Professoribus non participat, compensat et beneficat. Proinde eum aequaliter cum aliis Clarissimis Professoribus Collegium inhabitantibus, ex omnibus Censibus, anniversariis, Intvitalibus, Martinalibus, aliisq Proventibus undecunq provenientibus, qui in dismembrationem veniunt, vel venire possunt, debere participare decrevit. Et quatenus Clrmus Dominus Praepositus, sive Praepositi antecedanei Collegii Minoris et respective modernus ex omnibus Dismembrationibus non distributis, distribuendis ad praesens, et in futurum aequalem portionem Actori exdividant, et ad aequalem portionem admittant, injunxit, prout decernit, injungit Decreti praesen vigore ad praemissa mediante. Appellat Pars Citata, refutatur tandem a refutatoriis. Et Magnificus Dominus Rector stetit in Decretis. Praesente Illri Clrmo et Adm Rndo M. Casmiro Steplowski Sae Theologiae Prfre, Collega Majore, Ecclarum Collegiatarum S. Floriani

Canonico

Canonico et me xxx M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Excell. Gleczmanski contra Mgnum Lodzinski.

Coram Magnifico Dno Rectore ac in publica Causarum ejus audientia comparens personaliter Excell. M. Mathaeus Temprowski Phiae Dr Matheseos Prfr, uti et tanquam Excell. M. Andreae Gleczmanski Phiae Doctoris, Grammaticus in Academia Pinczovien. Prfris mandatarius in termino ex Citatione Literali suo Principal. sub die 20 Novembris Anni curren. intimata in hodiernam diem legitime provenienti, accusata contumacia Magnifici Francisci Radwan Lodzienski Ducatuum Osviecimen. et Zathorien. Subdapiferi, Actoris non comparentis, Principalem suum a Causa et termino liberum pronuntiari petiit. Et Magnificus Dominus Rector ex rationibus animum suum permoventibus, Excell. Gleczmanski liberum a termino non tamen Causa pronuntiavit. Praesentibus quibus supra.

2. Lunae 1ma Xbris

Fiscalis contra Excell. Niklewicz

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia, comparens personaliter M. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, Fiscalis Judicii praesen. in termino ex Citatione Literali pro 2do legitime uti apparebat execult. accusata contumacia Excell. M. Jacobi Niklewicz Phiae Doctoris et Prfris

Contubernii

Contubernii Geloniani Senioris inquantum non comparentis in et contra eum certa Puncta et Articulos ratione variarum negligentiarum, inconvenientiarum ac Scandalorum proposuit, et eundem ratione praemissorum puniri, Senioriatu dictt: Contubernii destitui petiit. In praesentia Citati objecta in Punctis et Articulis vera esse negantis. In contrarium Actor Objecta se probaturum obtulit. Et Magnificus Dominus Rector quatenus Actor Objecta Citato probet, Citatus ab iisdem Objectis se emundet, injunxit et ad eum finem Inquisitionem decrevit, ac Testes Utriq Parti in Ova inducere mandavit. terminum conservavit. Praesentibus quibus supra.

Idem contra Excell. Balanowski.

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in publica Causarum audientia comparens Personaliter H. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, Fiscalis Officii praesens Actor Principalis in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam incidenti in et contra Excell. M. Joannem Balanowski Phiae Doctorem et Prfrem proposuit de et super eo, quia ipse a multo tempore, cum opprobrio Status et honoris Academici per Urbem vagari, in locis suspectis et inhonestis versari, comprotationibus vacare, varias inconvenientias perpetrare, esto nullas lectiones in Universitate legit, aut audit, se tamen Personam

Academicam

Academicam xxx jactitare ausus est et praesumpsit, ipsum propterea puniri, alias amplius Privilegiis et Immunitatibus, quibus alii Professores et Studentes Universitatis Crac. gaudent, non debere gaudere declarari, de Numero aliorum Professorum Phiae imo et Studentium proscribi petiit. In praesentia Citati se se non habere amplius animum in Universitate perseverandi dicentis. Et Magnificus Dominus Rector attenta Notoreitate factorum Citato per Actorem objectorum, attentoq eo quod se Citatus ad gaudendum Privilegiis et Immunitatibus, quibus alii Professores et Studentes Universitatis gaudent dehabilitavit, non debere amplius illis gaudere Citatum declaravit, ac de Numero Professorum Universitatis proscribendum esse duxit, publicationem Decreti ejusmodi ad Valvas Collegiorum publicari injunxit, prout declarat, ducit et injungit Praesentibus quibus supra.

Lunae 15ta 7bris

1. Fiscalis contra Excell. Niklewicz

In termino hodierno ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter Sl. Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, Fiscalis Judicii praesen. satisfaciendo Decreto Lunae 1ma Mensis et Anni Curren. in Causa inter se Actorem ab una et Excell.

M. Jacobum.

M. Jacobum Niklewicz Phue Drem et Professorem lato in Testes Excell Franciscum Minocki Phue Drem et Prfem Venerabilem Dworakiewicz M.O. Clericum Nobiles. N. Josephum Dybalinski N. Celinski N Zielinski, Publicarum Lectionum, Generosum Kucharski, N. Zielicki Rhetorices Auditores, Laboriosum Mathaeum Kawalek Tersianum Contubernii, induxit, eosq praevio Corporali super dicenda rei veritate juramento examinari petiit. In praesentia Citati in Testes inductos consentiente. sed Contra N. Zielinski ex quo sibi infensus sit excipientis, ac eos pro Parte quoq sua inducentis. Et Magnificus Dominus Rector Testes inductos excepto Zielinski admisit, eosq praevio corporali juramento examinandos mihi Notario commisit.

Veneris Xgna Xbris

Fiscalis contra Excell Niklewicz Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis et conservatione provenienti comparens personaliter H. Joannes Gaiowski, Bedellus Vniversitatis, Fiscalis Judicii praesentis, accusata contumacia Excell M. Jacobi Niklewicz, Phue Doctoris et Prfis, Contubernii Geloniani Senioris inquantum non comparentis, petiit ad Lectionem Inquisitionum in Causa inter se actorem ab una et memoratum Citatum parte ab altera in Judicio

praesenti

mota et vertente expeditarum Condescendi; iisdemq lectis Decretum ferri, in scriptis promulgari. In praesentia Citati ex adverso Principalis ante omnia communicationem, depositionem Testium postulantis. Et Magnificus Dominus Rector amputata petitione Citati tanquam ultra praxim et consvetudinem Judicii praesen illata, ad Lectionem Inquisitionum condescendit, iisq lectis Decretum tulit, quod se pro 1ma Juris post Epiphaniam publicatum obtulit, terminum conservavit. Praesente me Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Anno Domini 1750.

1 Mercurii 1ma Januarii

In termino hodierno ex Actis et Conservatione provenienti comparens personaliter A. Joannes Pajowski Bedellus Universitatis Fiscalis Officii Rectoralis Actor Principalis accusata Contumacia Excell M. Jacobi Niklewicz Phiae Doctoris et Prfris, Contubernii Geloniani Senioris inquantum non comparentis petiit Decretum Judicii praesen sub die Veneris 19na Decembris Anno Dni 1749no immediate elapso inter se Actorem ab una, et suprascriptum Citatum parte ab altera latum publicari. In praesentia Excell Citati in publicationem Decreti inquantum pro parte sui favorabilis consentientis.

Et.

Et Magnificus Dominus Rector ad publicationem Decreti condescendit, cujus tenor sequitur estq talis. Magnificus Dominus Rector lectis Inquisitionibus Juratoriis hac in Causa expeditis, iisq bene trutinatis et perpensis, ex quibus quando quidem deducitur, qd Excell Citatus in regimine Contubernii negligenter se gesserit, Convocationes et Visitationes sæpius non absolverit, in Contubernio aliquoties non pernoctaverit, ad illudq sæpe pariter sera et profunda nocte venerit, de die raro in Contubernio commoratus fuerit, semel in Residentia sua choreas cum sæxu fæmineo duxerit, sive ducere permiserit, cum scandalo Inhabitantium Contubernium, Studiosos a schola se absentantes in dictt: Contubernio passus fuerit, nec eos prout ex officio debuerat corripuerit, et punierit, Circulos et Declamationes vigore Statutorum Contubernii fieri debitt: non curaverit, Commensalibus suis debitam educationem non dederit, sine scitu Rndmi Provisoris Studiosos ad inhabitandum Contubernium contra eadem Statuta admiserit, et licet de præmissis negligentiis aliquoties per Reverendissimum Provisorem monitus fuerit, ac per datam per se Citatum eidem Rndmo Provisori submissionem emendatam promiserit, non modo se non emendaverit, sed in iisdem negligentiis et inconvenientiis

persistent

perstiterit, eundem tanquam ad regimen Contubernii ineptum et inhabilem a Senioriatu dictt: Contubernii intra spatium Unius hebdomadæ amovendum esse duxit, ac alium idoneum Seniorem eligendi cui de Jure competit facultatem dedit et concessit, prout movet dat et concedit Decreti præsen vigore ad præmissa mediante. Præsente Illri Ctmo et Adm Rndo M Casmiro Steplowski Sæ Theologiæ Prfre, Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Canonico, S. Gerorgii in Arce Crac Custode et me M. Antonio Zołędziowski actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Lunæ XIma Januarii

Fiscalis contra Ingenuum Skalski

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter M. Joannes Gajowski Bedellus Universitatis, Judicii præsen Fiscalis in termino ex Citatione pro 3tio ad Valvas Collegiorum legitime ut apparebat executt: accusata contumacia Ingenui Jacobi Skalski inquantum non comparentis, petiit eundem tanquam contumacem, inobedientem, et Jurisdictioni Rectorali refractarium, ex albo studentium Universitatis Crac proscribi, Privilegiis, Immunitatibus, quibus alii in Universitate Studentes gaudent, amplius non debere gaudere declarari. Et Magnificus Dominus Rector attento eo quod Citatus post perpetratam in Pervigilio

Circumcisionis

xxx

Circumcisionis Domini anno curren per reserationem occlusæ Classium Novodvorscianarum Portæ, et injectionem violentarum in Oeconomum earundem Classium manuum, factum legitime Citatus existens coram Judicio præsen nec per se nec per suum Plenipotentem aut Mandatarium comparuit, taliterq se Jurisdictioni Rectorali inobedientem et refractarium ostendit, eundem de Numero Studentium Universitatis proscribendum esse censuit, amplius Privilegiis et Immunitatibus quibus alii in Universitate studentes, gaudent et gaudere solent, gaudere non debere declaravit, publicationemq præsentis Decreti ad Valvas Collegiorum et Classium injunxit, læso Venerabili Oeconomo Classium cum eodem agendi in foro competenti facultatem dedit et concessit. Præsentibus quibus supra.

Mercurii XIIta Januarii

Relatio de Executione Literarum Proscriptionis Ingenui Skalski.

Ad Officium et Acta præsentia personaliter veniens H. Jacobus Kowalski Bedellus Universitatis in vim suæ veræ et realis recognitionis coram Officio præsen retulit Quia ipse Literas Proscriptionis Ingenui Jacobi Skalski ex Cancellaria Officii præsen emanatt: et in forma Authentica extraditas ad Valvas Collegiorum Majoris et Juridici, tum Classium Novodvorscianarum per affixionem earundem more solito

publicavit

publicavit hac sua recognitione ad præmissa mediante.

1 Veneris 23. Januarii

Fiscalis contra Excell. Niklewicz

Coram Magnifico Domino ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter M. Jacobus Kowalski Bedellus Universitatis, Judicii præsen. Fiscalis, in termino ex Citatione Literali debite prout atergo apparebat executt: accusata contumacia Excell. M. Jacobi Niklewicz Phiæ Doctoris et Prfris, Contubernii Geloniani Senioris inquantum non comparentis, petiit eundem ad parendum Decreto Judicii præsen. sub die Xgna Xbris Anno immediate elapso lato 1ma Januar. anno nunc currenti publicato stringi et compelli, pœnasq. contra eum pro contraventione decerni et extendi. In præsentia Excell. Citati patientiam et clementiam Judicii exposcentis. Et Magnificus Dominus Rector attento eo quod Decreta procedunt, non retrocedunt, quatenus Citatus intra triduum de Contubernio migret, injunxit, etsi renitens fuerit, executionem Decreti Bedellis demandavit. prout injungit demandat Decreti præsen. vigore ad præmissa mediante. Præsente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

2. Magnificus Lodzinski cont: Excell. Gleczmanski.

Coram Magnifico Domino ac Rectore ac

in ejus.

ac in ejus publica Causarum audientia Comparens personaliter Magnificus Franciscus Radwan de Chorągwica Lodzinski Ducatuum Oswiecimen et Zathorien Subdapifer, Actor Principalis in termino ex adcitatione Literali debite prout apparebat a tergo; executt: accusata contumacia Excell M. Jacobi Gleczmanski Phiae Doctoris Scholae Grammaticae in Academia Pinczovien Professoris, inquantum non comparentis, petiit Causam inter se Actorem et Excell Citatum in Judicio praesen motam et verten; in quibus terminis reassumi et ante omnia comportationem rerum Magnificorum sui Filiorum per Citatum sequestratarum ac detentarum ex quo ad usus eorum sint pernecessariae, et per non usum corruptioni et deteriarationi sint obnoxiae injungi. In praesentia Excell M. Mathaei Tempro̅ski, Phiae Doctoris ejusdemq ac Matheseos Professoris, Citati Principalis Mandatarii, in reassumptionem Causae consentientis, et se ad reconventionem Principalis sui primo in termino facti referentis. Et Magnificus Dominus Rector suspensa decisione Causae ante omnia ex rationibus per Actorem allegatis comportationem rerum de quibus agitur, intra quindenam Citato sub poena privationis Professionis injunxit, terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario

Veneris 13. Aprilis

Testamentaria Perillris olim Lukini 363.

† Veneris 3tia Aprilis

Coram Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Perillris et Adm Rndus M. Adalbertus Micinski J. U. Doctor et Prfr, Collega Juridicus Ecclesiarum Collegiatae SS. OO. Crac Custos, Parochialium in Koniusza et Lubo rzyca Curatus, Nobilis Adalbertus Mysłoski Cancellariae Consistorii Generalis Crac Regens, suo et aliorum Coexecutorum nomine petierunt testamentum Perillris et Rndmi olim Joannis Lukini U. J. Doctoris et Prfris Collegae Juridici, Ecclarum Cathedralis Crac Canonici, Collegiatarum Visliceri Primicerii, SS. OO. Crac Cancellarii Parochialis Sławkovien Praepositi, in omnibus punctis, clausulis, ac approbari, munus Executoriale sibi de pleno committi. Et Magnificus Dominus Rector petitionem comparentium admisit, Testamentum approbavit, Executoribus res, bona tam mobilia quam immobilia morte et obitu defuncti derelictt: disponendi, expensas funeris et alias opportunas faciendi, facultatem; salva productione Codicillorum suo in tempore ac calculo suo coram Judicio faciendi. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Phil Doctore Regio Cursus Vladislavien Prfre Actorum Officii Rectoralis Notario.

Testamentaria P. Lukini Canonici Cath. Crac

Acta

xxx

ACTA ACTORUM RECTORATUIX

Magnifici Perillustris et Reverendissimi Domini D. M. Casimiri Pałaszowski S.ae Theologiae Doctoris et Prfris Ecclarum Cathedralis Crac. Canonici, Collegiatarum S. Floriani ad Crac. Custodis, Carelovienses Decani, Parochialium S. Stephani Crac. Praepositi in Czerniechow Curati, Canonizationis B. Joannis Cantii Procuratoris, Librorum per Diaecesim Crac. Ordinarii Censoris, Scholarum Novodvorscianarum et Contubernii Hierosolymitani Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracovien. Rectoris Commutatione aestiva Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1750.

1 Lunae 27ma Aprilis

Magnificus Lodzinski cont. Excell. Glecimanski Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis et Conservatione provenienti Comparens personaliter.

sonaliter Magnificus Franciscus Radwan de Choraguica Zodzinski Ducatuum Oswiecimen et Zathorien Subdapifer, Actor Principalis, accusata contumacia Excell M. Jacobi Gleczmanski Phiae Doctoris Scholae Grammaticae in Academia Pinczovien Prfris, inquantum non comparentis, petiit Decretum inter se Actorem ab una, et suprascriptt Citatum parte ab altera in Judicio praesen 23 Jan Anno curren lato debitae executioni demandari. Citato non comparente Magnificus Dominus Rector attenta contumacia Citati eo quod Decreta procedunt, non retrocedunt, eundem Citatum contumacem declaravit, Professione Scholae Grammaticae in Academia Pinczovien ac omni proventu, ac emolumento ex eadem professione provenien privandum esse duxit, deportationem rerum de quibus in Judicio praesen agitur intra Ovam sub poena Proscriptionis demandavit prout ac Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Mercurii 2 Jna Aprilis

Constitutio Plenipoten per Excel. Gleczmanski

Ad Acta praesentia Rectoralia personaliter veniens Excell M. Jacobus Gleczmanski Phiae Dr Scholae Grammaticae in Academia Pinczovien Prfr, palam sponte libere verbisq disertis ac per expressum recognovit Quia

Ipse.

ipse in suum verum legitimum et indubitatum Plenipotentem et Procuratorem in Causa et Actione Judiciaria inter Magnificum Franciscum Radwan de Chorągwica Lodzinski Ducatuum Oswiecimen et Zathorien Subdapiferum in Judicio Rectorali Universitatis Crac mota et vertente Excell M. Michaelem Mierzwinski Phiae Drem Causarum Consistorii Generalis Crac Advocatum in plena Mandati Procurae forma constituit, elegit, nominavit, et solenniter ordinavit. Non solum ac sed et omni meliori modo. Quam Constitutionem Procuratoris suprascriptt. Principalis manu propria subscripsit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski actorum Officii Rectoralis Notario, et H. Joanne Gajowski Bedello Universitatis, et Nobili Antonio Medkoski, Testibus ad praemissa adhibitis. tenor subscriptionis sequitur estq talis M. Jacobus Gleczmanski Phiae Dr Scholae Gramces Pinczov Prfr. mpp

Lunae XIma Maji

Excell Gleczmanski contra Mgnfcum Lodzinski Coram Magnifico Domino ac Rectore ac in publica Causarum ejus audientia comparens personaliter Excell M. Michael Mierzwinski Phiae Doctor, Causarum Consistorii Generalis Crac Advocatus Excell M. Jacobi Gleczmanski Phiae Doctoris, Scholae Grammaticae in Academia Pinczovien Prfris Plenipotens, in termino ex Actis sub die Vma Mensis

sis Aprilis Anno xxx curren, quoniam suus Principalis Decreto Judicii praesen in comportatione rerum Magnificorum Magnifici Francisci Radwan de Chorągwica Ladzinski Ducatuum Osviecimen et Zathorien Subdapiferi Filiorum, pro termino sibi in Citatione praefixo licet pro hora satisfecit, proinde poenas suspensionis a Professione Grammaticae Scholarum Pinczovien relaxari petiit. Quoniam vero per Actoream Partem suus Principalis non est satisfactus, proinde hujusmodi res, donec suo Principali satisfactum fuerit in Officio praesen manere debere declarari postulavit. Et Magnificus Dominus Rector Quoniam Citatus Decreto Judicii praesen 17ma Mensis Aprilis lato satisfecit, poenas suspensionis a Professione Grammaticae in Academia Pinczovien et emolumentis eandem Professionem concernentibus relaxavit, terminum conservavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Mercurii 10ma Junii

Excell Niegowiecki et Mrugaczewski contra H. Poznanski.

Coram Magnifico Domino Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparentes personaliter Excell. MM. Jacobus Niegowiecki, Michael Mrugaczewski Phiae Dres ejusdemq ac Matheseos Prfes Actores Principales.

cipales in termino ex Citatione verbali in hodiernam diem legitime incidenti, accusata contumacia R. Francisci Poznanski Artis Typographicae Socii, in et contra eum proposuerunt, de et super eo. Quia ipse a tempore initi Contractus de imprimendis suorum Actorum Calendariis et respective a die 4ta Mensis currentis continua et quotidiana crapulâ obrutus, ac temulentiae deditus, a laboribus seu alias ab impressione praeallegatorum Calendariorum desistens, Actores in damna et dispendia per retardatam impressionem eorundem Calendariorum inducere ausus est et praesumpsit, et licet multoties a Perillri Typographiae Administratore de hujusmodi immoderatis crapulis et negligentiis redargutus; quinimo et a supra scriptt. Actoribus multoties amicabiliter monitus fuerit, ab ipsis abstinere tanto tempore noluit, Ipsum propterea vigore Decreti Rectoralis Anno 1748 vo lati, quo mediante ad poenas corporales pro similibus condemnatus existit, puniri et a Typographia tanquam inutilem et incorrigibilem praevia castigatione amoveri, et alium ad continuandam expressionem Calendarium deputari, debita cum Instantia postulârunt. In praesentia Citati Objecta vera esse dicentis, et in sui relevantiam varias legalitates, negotia et impedimenta allegantis. Et Magnificus.

xxx
ficus Dominus Rector attenta propria oris confessione Citati objecta non negantis, attentoq eo quod idem Citatus multoties in ante de similibus monitus, judicatus existens, incorrigibilem se exhibet, eundem plagis 30. in continenti afficiendum et a Typographia amovendum censuit. Praesente Illri Chmo M. Joanne Przypkoski Phiae Doctore, ejusq Regio et Matheseos Prfre, Collega Majore, Collegiatae S. Annae Archidiacono, in absentia Illris Actuarii assumpto Notario.

1 Lunae 15ta Junii

Testamentaria Perillris olim Kurowski.

Testamentaria

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparenter personaliter Illres Chmi et Adm Rndus M. Adalbertus Goszkowski Sae Theologiae, Ecclarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac Canonicus, Visliciens Decanus, Parochialis Prossovicens Praepositus, et Joannes Przypkowski Phiae Dr et Prfr, Collegae Majores S. Annae Archidiaconus uti et tanquam Perillris olim Martini Kurowski Sae Phiae Doctoris et Prfris Ecclae Collegiatae S. Floriani Praepositi Executores, satisfaciendo Decreto et Statuto Universitatis de Testamentis, Privilegiis S. Romanae sedis infundato, producta sui Perillris olim Testatoris Anno Dni 1736to Die 23 Martii confecto, ac exprst Ao 1740 et 1744to conformato, et

tandem.

 Anno Domini 1745 xxx Die 1ma Mensis Maji per Magnificum Perillrem et Rndissimum D. M. Casmirum Palaszowski modernum et pro illa temporis differentia Rectorem approbato. Productis quoq Regestris Perceptorum et expensorum in Perceptis f. ultra debita nondum vindicata f. 60 Hungaricalium apud Nobilem Bartoszewicz et f. 1000 apud Congregationem Tragariorum Vielicien hærentiaf tam ex parata pecunia, quam ex mobilibus et varia supellectili divendita, ac ex proventibus quibuscunq Testatorem suum concernentibus collecta summa f. 44959 g 6½. In expensis vero pro funere, Sacrificiis Missæ, eleemosynis, pauperibus, piis usibus, reparatione Bibliothecæ Collegii Majoris et impressione Syntagmatis Juris summa f. 42885 g. 29. Sol. 1. ejusmodi rationes approbari residuum in vindicationem debitorum, in litis expensas in Causa inter Rndum Parochum in Mucharz et suum olim Testatorem ratione Decimæ ex Skawce in Judicio Consistoriali cœpta ac suffragium animæ defuncti, penes se conservari, et de munere Executoriali quietari petierunt. Præsente Clrmo et Adm Rndo M. Nicolao Iwanski Phuæ Doctore et Prfre uti et tanquam Domus Collegii Majoris Præposito Communitatis Suæ Nomine juxta Conclusionem Anni cutren. 1750 die 8va Junii factt: interveniente de et super eo. Quia Perillris olim M. Martinus Kurowski

Anno

Anno Domini 1724. die 19na Martii termi-
nando rationes sue Administrationis Bonorum
Domus Bronowice et Trąmowice debitum quod
et quantum habuit ex Annis Superioribus eius-
dem sue Administrationis, compensavit, ut ad
calcem predictarum rationum et conclusione Domus
sub eodem actu ptt, attamen Anno Domini 1726
Die 25. Aprilis coram Venerabili Communitate
Domus Majoris institit, ut sibi redderentur fl. 900
quasi ex predicta administratione sibi debiti. Ve-
nerabilis autem Communitas fide bona proceden-
do ad simplicem dicti Perillustris requisitionem
eidem interim fl. 400 reddendos esse injunxit,
quos eodem Anno recepit, et alios 400 Anno
sequenti 1725to ac tandem Anno 1726to
quasi cum condonatione medietatis, ex reliqua
medietate fl. 100 Numeravit, sicq; 1000 flore
nes nullo titulo justo a Venerabili Communi-
tate exegit, proinde quatenus Illres Executores
ex residuo sui Testatoris peculio predictum Mil-
lenarium V. Communitati Domus Majoris
restituant. Nomine dicti Communitatis, ab
acepta prima debita cum Instantia postulante.
Praesentibus quibus supra Executoribus inter-
ventionem Chmi Domus Majoris Praepositi
nomine sue Communitatis factam; ratione
Millenarii ausibus per suum Testatorem titulo
debiti aucpti, de quo 24. Annis nulla unquam
mentio etiam stante vita memorati Perillris

dem

Stim Kurowski facta fuit, inattentibilem et reji-
cibilem esse dicentibus ac prout in dubiis fieri
solet, prætensam summam a Venerabili Commu-
nitate in alios pios usus magis necessarios,
convertendam consentientibus, et prout supra
instantibus. Et Magnificus Dominus
Rector ex rationibus animum suum permo-
ventibus Decretum tulit, quod se in quindena
publicaturum obtulit. Præsente me M. Antonio
Zołędziowski Actorum Officii Rectrlis Notario.

Lunæ 22da Junii

Instigator Contra F. Hebanowski.

Coram Magnifico Dno de Rectore ac in ejus pu-
blica Causarum audientia comparens persona-
liter H. Joannes Gaiowski, Bedellus Universi-
tatis, Judicii præsen Fiscalis, in termino ex
Citatione verbali in diem hodiernam inciden-
ti, accusata contumacia F. Sebastiani Heba-
nowski Civis et Compactoris Librorum Crac. in-
quantum non comparentis, in et contra eum pro-
posuit. Quia ipse nullo habito a quo de Jure
Bibliopolatus Privilegio prærogativam Bi-
bliopolatus sibi usurpare, se Bibliopolam
Nominare et scribere audet et præsumit, ipsu
propterea puniri, amplius Bibliopolam se no-
minari et scribi, usurpari, inhiberi petiit Præ-
sente Citato Privilegia Serenissimorum Po-
lonuæ Regum super Typographia olim Sche

deliana et immediate Matyszkiewiczoviana dictt. producente, ac se liberum a Causa, Actione, et impetione Actoris pronuntiari postulante. In Contrarium Actor Citatum non de Privilegio sive Privilegiis Typographiae, sed de titulo Bibliopolatus et Typographi convenire dixit, et ut supra institit. Et Magnificus Dominus Rector attentis propositis, et responsis, visisq Privilegiis Typographiae olim Schendelianae immediate Matyszkiewiczovianae dictt. ad praesen Causam nihil pertinentibus, quatenus Citatus si titulo et praerogativa Bibliopolatus gaudere cupit, quibus alii gaudent et potiuntur Privilegium super eo, a quo de Jure obtineri ex Officio praesen in forma authentica sibi extradi curet, sub poenis arbitrariis, injunxit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski, Actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Illustris Steplowski contra Typographum. Coram Magnifico Dnoe Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Ae Joannes Gaiowski Bedellus Universitatis, Illris Clrmi et Adm Rndi M. Casmiri Steplowski Sae Theologiae Prpsis, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonici, Actoris Principalis Plenipotens in termino ex Citatione verbali pro Ulo in diem hodiernam inciden accusata contumacia

Ae Adami.

xxa

M. Adami Bugayski Artis Typographicæ Socii, inquantum non comparentis in et contra eum proposuit. Quia ipse crapulis, et compotationibus indulgendo Principalem suum per negligentam impressionem Exemplaris cujus Author exstit, sine suo intento frustrare, ac perinde damnificare ausus est et presumpsit. Ipsum propterea ac pro sua contumacia exemplariter puniri debita cum instantia postulavit. In præsentia Citati contumaciam suam et assertam ausi negligentiam suam in impressione Exemplaris, Actoris Principalis, impenso circa reperationem Domus Mapalis, impenso circa reperationem Domus Mapalis sud tempore, verbo se se justificantis et emendationem promittentis. Et Magnificus Dominus Rector, quoniam Citatus nec contumaciam nec negligentiam suam justo aliquo documento justificat, quatenus pro contumacia mediam Marcam ad Cistam Congregationis in instanti solvat decrevit. Quod vero attinet negligentiam in locanda opera Typographica, de qua multoties privatim ab Officio præsens monitus est, ultimario monendum censuit, et quatenus quam diligentissimum laborem circa Impressionem Libri meditationum editionis Actoris Principalis impendat sub pœna 50. plagarum irremissibiliter aliis arbitrariis injunxit. Præsente me

M. Antonio

M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

1 Nobilis Hebanowski contra N. Dyaszewski.

Coram Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter N. Sebastianus Hebanowski Bibliopola Crac. Actor Principalis in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam provenien. accusata contumacia Nobilis Michaelis Dyaszewski Typographi et Bibliopolae Crac. inquantum non comparentis in et contra ipsum proposuit de et super eo. Quia ipse Actorem Jurisdictioni praesen. subessentem ad forum aliud ratione acsi spoliationis Vestis cujusdam Pueri in obsequiis Typographiae Citati existentis ac ejus converberatione hoc est ad Congregationem Bibliopegarum Crac. evocare ausus est, et praesumpsit, ipsum propterea puniri, prosecutionem Causae inhiberi debita cum Instantia postulavit. In praesentia Citati Actorem tanquam Civem non vero Bibliopolam et Typographum, siquidem super eo Privilegium non habet processisse dicentis, et se liberum a Causa et termino pronuntiari exposcentis. In Contrarium Actor se in Album Universitatis inscriptum esse asseruit, ac ut supra instituit. Et Magnificus Dominus Rector auditis Partium propositis et responsis Actorem ex quo inscriptus sit in Album Universitatis ad forum et Jurisdictionem praesen. spectare ac per Citatum

nulliter.

nulliter ad Congregationem Bibliopegarum evocatum esse declaravit, et quatenus Citatus a Causa praesenti in alio foro cepta desistat, eandem in Judicio praesenti, tanquam in foro Utriq Parti convenien promoveat, demandavit, terminum conservavit. Praesente Illri Chmo M. Joanne Przypkowski Phiae Dre ejusdemq Regio ac Matheseos Prfre, Collega Majore, Eccliae Collegiatae D. Annae Archidiacono, et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris 3tia Julii

1. Nblis Dyaszewski contra N. Hebanowski. In termino ex Actis et conservatione provenienti comparens personaliter Nblis Michael Dyaszewski Typographus et Bibliopola Crac. accusata contumacia N. Sebastiani Hebanowski pariter Typographi et Bibliopolae Crac. inquantum non comparentis parendo Decreto Judicii praesentis in termino immediate lato in et contra eum proposuit Quia ipse Puerum Typographiae sui Actoris adscriptum Veste hiereia dictt: spoliare, Consors Citati eidem Puero alapam inpingere ausi sunt et praesumpserunt, et super hujusmodi illicite facto et attento Decretum in Congregatione Bibliopegarum latum produxit, et illud effectuari, quinimo aggravari petiit. In praesentia Citati non se sed

Consortem

Consortem suam Puerum Actoris Veste vulgo Kiercia dictt: spoliasse, ac eidem colaphum inpegisse, nescisse tamen Utrum Actoris Puer fuerit, dicentis, ac non attento Congregationis Bibliopegarum super negotio praesen. Decreto clementiam Judicii praesentis tanquam Judicii sibi competentis postulantis. Et Magnificus Dominus Rector auditis partium propositis, et responsis, visoq ac lecto Congregationis Bibliopegarum, pro hujusmodi attento Decreto lato, attentoq maxime eo, quod Modernus Citatus supramemoratum Decretum acceptavit, eidemq per factt: Nobili ac Spectabili Pro-Consuli Urbis Metropolitanae Crac. deprecationem paruit, et ab eo expetitam per se Citatum condonationem Marcarum in vim mulctae exsolvi injunctarum obtinuit. Quatenus in reliquis punctis memoratum Decretum adimpleat, sub poenis majoribus in casu contraventionis injunxit. Praesentibus quibus supra.

1 Excellens Niegowiecki contra Excell. Semprowski Coram Magnifico Dno de Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Excell. M. Jacobus Niegowiecki Phiae Dr ejusdemq Professor in termino ex Citatione verbali in diem hodiernam incidente accusata contumacia Excell. M. Mathaei Semprowski Phiae Doctoris, ejusdemq ac Matheseos Prfris, Contubernii Starnigeliani Senioris, in et inquantum non comparentis in et contra eum proposuit.

de et super.

378 de et super eo. Quia ipse nulla habita ad se Actorem ratione, ipsis duntaxat odiis ductus ut pridem indebite se Actorem vexare et infestare ita praesertim die Sabathi 20 Junii Anni currend post Convocationem per se Citatum in Contubernio factt. publice in praesentia Juventutis ac Discipulorum Actoris ante ostium suae habitationis se Actorem stantem et nihil mali sperantem, verbis acribus, mordacibus ac contemptivis afficere, et repetitis vicibus easdem contumelias et verba summè offensiva proferre, hocq̃ non contentus cum violentia in se Actorem prorumpere, colaphizationem sui Actoris ultro intendere, quod certe fecisset, nisi Actor confusionem evitare volens de limine in habitationem suam retrocessisset, et fores habitationis clausisset, Citatus tamen scandalosas diffamationes iterari et continuare non desiit, imo easdem cum summo Actoris opprobrio divulgare; et exagerare ausus est et praesumpsit, ipsum propterea puniri, ad restitutionem honoris stringi debita cum Instantia postulavit. Interveniente H. Joanne Gaiowski Bedello Universitatis Perillrs Clrmi et Adm Pindi M. Stanislai Philippowic Sae Phliae Doctoris et Prfris, uti et tanquam Contubernii Starnigeliani Provisoris nomine Conclusiones Universitatis et Statuta Contubernii producente, et quia Excell Citatus Senior neq̃ Conclusionibus neq̃ Statutis Contubernii satisfacit, eum a Senioriatu dictt.

Contubernii

Contubernii amoveri petente. In praesentia Citati salva solenni protestatione contra praesentem Actorem, quod in Contemptum Authoritatis sui Citati uti Senioris Contubernii Starnigeliani se Citatum in puniendo in Convocatione Tersiano impediverit, flagrum e manibus eripuerit, Juventutem in Convocatione evocaverit, ad rebellionem sibi Citato fumentaverit, interessentiam Litaniis et aliis Officiis Contubernalibus prohibuerit, verba contumeliosa et contemptiva contra se Citatum effutierit, et aliquoties repetierit, taliterq contra Statuta Contubernii processerit, proponentis, ac pro poenis instantis. Quo vero interventionem Perillris Provisoris Contubernii attinet, salva omni qua par est; reverentia, quoniam idem Senior in omnibus Punctis et clausulis ad Perillrem Provisorem se referebat, et mandatis ejus in omnibus paruit, inattendibilem esse dicentis, ac communicationem tam Statutorum quam Conclusionum Universitatis flagitantis. In Contrarium Actor sibi per Citatum objecta negavit ac ad probanda contra Citatum allegata se traxit. Ex adverso Citatus quoq probaturum se Rectori objecta obtulit. Et Magnificus Dominus Rector. auditis partium propositis et responsis, attentisq earum replicationibus, suspensa interventione Perillris Clrmi et Adm Rndi M. Stanislai Philippowic Sae Theologiae Doctoris et Prfris uti et tanquam Contubernii Starnigeliani Provisoris ante omnia in Causa inquisitionem decrevit, Testes in 8va inducere mandavit,

terminum

terminum conservavit, interea ut Citatus modestius et moderatius se gerat a laesionibus Actoris abstineat injunxit Praesentibus quibus supra.

Lunae 6ta Julii

Oblata Privilegii et aliorum Documentorum Seminario Posnan Servientium

Coram Officio Actisq praesentibus Rectoralibus Universitatis Cracovien comparens personaliter Clrmus et Adm Rndus M. Antonius Boiarski Phiae Dr, Collega Minor, Seminarii Diaecesani Posnan Praefectus, Ecclesiarum Parochialium Sniecicen et Zrembicen Curatus, obtulit Privilegium alias Incorporationem Villae Biskupice Seminario Posnan, tum aliorum Documentorum Bonorum praedictum Seminarium Posnan concernentium, et illud ad Acta praesen Rectoralia suscipi et ingrossari petiit. Officium praesens Rectorale attenta ipsius justa petitione dictt. Privilegium Incorporationis Villae Biskupice Seminario Posnan, tum alia ejusdem Bonorum Documenta Actis praesentibus ingrossand suscepit, Original vero ips suprascriptt Exhibitori reddidit, qui de redditis Officium praesens quietavit.

Amo Tenor Privilegii Incorporationis Villae Biskupice Seminario Posnan sequitur estq talis. = Theodorus Dux in Klewan et Lukow Czartoryski Dei et Apostolicae Sedis

Gratia

Gratia Episcopus Posnan et Varsavienses.
Universis et singulis quorum interest, intererit, aut quomodocunq; interesse poterit, significamus. Quia non Dispositioni Sacrosancti Concilii Tridentini Sess. 23. de Refor. Cap 18 quam plenissime satisfacere, Seminariumq; Clericorum Secularium Posnaniense tam pro majori Gloriæ Dei incremento, quam Ecclesiæ Nostræ Cathedralis decore, et commodo, ac denique totius Diœcesis utilitate, in quam maximo fructu, ordine et disciplina videre animitus cupientes, cum maturè ac deliberate perpendissemus, Almam Universitatem Crac. ac respective Inclytam Academiam Posnan Ejus Filiam, ex quo ei hoc Seminarium ab Anno Domini 1616 per divæ memoriæ Prædecessores Nostros et Venerabile Capitulum Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Posnan assignatum ac officiose traditum fuisset, semper ad hæc usq; tempora per suos Professores dicti Seminarii pro tempore Præfectos satis superq; laudabiliter, operoseq; egisse, ut non tantum Alumni dicti Seminarii in ejus fundatione existentes, verum etiam et extranei Clerici in omnibus Ecclesiasticis se exercerent disciplinis, ac Ecclesia Nostra Cathedralis Posnan debitis sibi non fraudaretur obsequiis, ob tenuitatem tamen Proventuum ut ruinas et angustias loci interim non memoremus, non ita omnia; quæ perfectus Seminarii status et ordo requireret, id alias semper vel let perficere potuisse, gloriosis ejus conatibus succurrendum, et tenuitati quantum possumus

providendum.

providendum esse pro munere et Officio Nostro Pastorali censuimus. Proinde licet jam Eidem, seu ejus supramemorati Seminarii Praefecto Bona Szembekoviana Erectionis reddiderimus, volentes nihilominus ut secundus ex dicto Seminario pro majori Clericorum instructione, attendentia, et in omnibus Spiritualibus informatione, possit subsistere, et esse Professor Villam Biskupice in Palatinatu Posnan sub Decanatu Rozgoznen et Parochia Uzarzovien sitam, quae semper Jure advitalitio (ut gratia) juxta praescriptum Constitutionum Provincialium per Episcopos Poznan bene meritis dari et concedi solita possidebatur per obitum Perillris olim Michaelis Zakrzeski, Ecclae Nostrae Cathedralis Posnan Canonici, illius ultimi et immediati Possessoris. vacantem, cum omni Jure, dominio, proprietate, attinentiis, pertinentiis, Campis, agris, pratis, sylvis, nemoribus, stagnis ac ac caeterisq usibus et emolumentis, seu alias prout haecce Villa Biskupice dislimitata extitit, et existit, inhaerendo memoratae S. Concilii Tridentini Dispositioni necnon Decisioni Rotae in Aversan Benef. 3. Julii 1606 Cor Car Socral et Decision 361 N. 2. p. 2. recen in perpetuum dedimus, donavimus, adscripsimus, et incorporavimus, prout ordinaria Authoritate Nostra sub consensu et ratihabitatione V. Capituli Ecclae Nostrae Cathedral Posnan in perpetuum damus, adscribimus, et incorporamus, promittendo pro Nobis et Illustrissimis Successoribus Nostris

Episcopis

Episcopis Posnan quod hoc Privilegium, donationem, adscriptionem et incorporationem Nostram non revocabunt, et nos non revocabimus, imo ut primius in suis punctis, clausulis, conditionibus, ac toto omni pleno et integro Jure ac robore perpetuitatis conservetur, et manu teneatur, super promissis procuratores nos beneplacitum Apostolicum declaramus. In quorum fidem presentes manu propria subscriptas, sigillo Nostro communiri jussimus. Datt: in Gaizen Die 20 Mensis Julii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono.

Theodorus Episcopus manu propria Locus Sigilli
Josephus Kierski Episcopus Betunen Suffragan
Præpos Cathedral Posnan Præsidens manu propria Locus Sigilli. = Ado Traditionis
= ejusdem Villæ de qua supra fit mentio tenor est talis.

Actum in Fundo Bonorum Villæ Biskupice Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono Die 3ma Mens Augusti Ex speciali Commissione Celsissimi et Reverendissimi Theodori Ducis in Klewan et Lurendissimi Theodori Ducis in Klewan et Lurendissimi Theodori Ducis in Klewan et Lur

devoluta Clarissimo Illri et Adm Rndo Domino M. Antonio Boiarski Seminarii Posnan Praefecto, ejusq succedaneis ejusdem Seminarii Praefectis, cum omnibus agris, Pratis, Hortis, Stagnis, lacubus, Piscinis, Sylvis, Nemoribus, Suddetis, aliisq Incolis ac eorum laboribus, Censibus, Datiis, omnibusq usibus, fructibus, ac emolumentis in praesentia Perillris et Rndmi Domini Michaelis Dambrowski, Canonici Cathedral Posnan ejusdem Seminarii Provisoris, Perillris Adm Rndi Dni Stanislai Herka Academiae Posnan Rectoris, in actualem et realem Possessionem tradidi, Eumq Illrem Clrmum Praefectum ad eadem Bona intromisi, In cujus rei fidem me manu propria cum appositione Sigilli subscribo. = Paulus Josephus de Wyrzyki Wyrzykowski Canonicus Cathedral Posnan Bonorum Episcopatus Generalis et ad praemissa specialiter Deputatus Commissarius mp Locus Sigilli

3tio Revisionis Seminarii et Bonorum ejus tenor sequitur estq talis. = Actum in Seminario Posnanien tum et Bonis ad illud pertinentibus Nadziejowo, Mądr, Pentkowo, et Biskupice Szembekovianae et Czartorianae Fundationis tempore Revisionis Ejusdem Seminarii et Bonorum ex mente Celsissimi Principis Illustrissimi et Reverendissimi Loci ordinarii tum et Reverendissimi Capituli Posnan per Perillres et Reverendissimos Commissarios Deputatos sub Provisoriatu Perillustris et Reverendissimi Domini Michaelis Dambrowski Canonici Cathedralis

thedralis Posnanien xaa Praefectura Illris Clrmi et Adm Rndi M. Antonii Bojarski Sae Theologiae et ex Universitate Crac ab annis sex Delegati Professoris, gerente Professoratum Illri Clrmo M. Sebastiano Dlugayski Sae Theologiae et Fundationis Czartorijanae secundo Professore, ad idem Seminarium Anno praeterito ex eadem Alma Universitate Crac delegato Anno Domini 1750 Die 14 Julii.

Nos infrascripti Deputati Commissarii ex mente Celsissimi Principis Illustrissimi et Reverendissimi Domini Ducis in Klewan et Zukow Theodori Czartoryski Episcopi Posnan et Varsavien Protectoris et Maecenatis Ejusdem Seminarii Posnanien singularissimi unanimi consensu et voto Illustrissimi et Reverendissimi Capituli ad Seminarium Posnanien condescendimus /: quod erat summe desolatum in muris, tectis, Residentiae alumnorum vix habitabiles sine foribus et clausura, dormitorium ruinosum fenestrae circa=circum parvae et deformes :/ illud reparatum et restauratum per Illrem Clrmum et Adm Rndum Dnum M. Antonium Bojarski saepefati Seminarii Praefectum ex proprio peculio adinvenimus. Et primo muros refecit et tecta, fenestras omnes circacircum sufficienter ampliavit, perlucidas et conformissimas residentiis fecit, dormitorium in toto reparavit, fores novas cum claustris vulgo Zamki dedit, et unum parietem novum per medium Seminarii ex lateribus, tres fornaces extruxit, totum Seminarium ab intra et unam partem

a dextra

a dextra versus Ecclesiam Cathedralem ab occasu Solis sat eleganter dealbavit, Imaginibus variis et portretis a Perillri et Rndissimo Provisore gratuito donatis adornavit. Mensas et sellas ad omnes Residentias emit, Inventarium Seminaristicum notabiliter propter commoditatem Culinæ et mensæ auxit, post Revisionem Seminarii ad Bona ad illud pertinentia Nadziejowo, Madrę, Pentkowo, tum et Biskupice novæ Fundationis Celsissimi moderni Loci Ordinarii eidem Seminario per Privilegium gratiosum data et in perpetuum incorporata a Reverendissimo Capitulo ratificatum tempore Capituli Generalis S. Martini activitate ejusdem Ilmi Præfecti et Imo in Bonis Nadziejowo Szembekovianæ Fundationis Tabernam novam in fundamentis ex quercubus optimis longitudinis 27. Cubitorum latitudinis vero 12. Cubitorum in tractu maximo et populari ad varias publicas Civitates erexit, quæ taberna continet in se fenestras 4. ad quam intrando fores novæ in cardinibus ferreis, atrium sat sufficiens continens in se culinam propter commoditatem hospitum, ex atrio intrando hyppocaustum magnum versus ortum Solis, fores novæ in cardinibus ferreis, in hoc hyppocausto fenestræ tres, a meridie solis duæ, ab occasu una, fornax una nova, et caminum novum, mensa nova, et sellæ novæ, eundo ex

hyppocausto.

hypocausto extat camera versus ortum Solis habens fores duas novas in cardinibus ferreis, fornacem et caminum propter hospites distinctionis status, ut habeant seorsivam commoditatem pernotando. Totum hoc edificium tegulis contectum et lignis per activitatem Clarissimi Prefecti acquisitis a variis Nobilibus Seminario donatis, ab extra totum dealbatum cemento, penes tabernam extruxit stabulum, in fundamentis vulgo przyciesi ex quercubus optimis et magnis in longum Cubitorum 37. in latum Cubitorum 16, totum stabulum ex lignis firmiter extructum tegulis in cannibus contectum, in medio stramine, ex una parte versus meridiem ex asseribus frons stabuli, undiquaq; bene provisum et clausum. In iisdem bonis Nadziejowo Braxatorium reparavit, fundamenta sub illud vulgo przyciesi ex quercubus dedit et bene suffulsit. In Bonis Penthowo Horreum novum longitudinis 50 Cubitorum, latitudinis 20 Cubitorum extruxit, totum ex lignis fundamenta habens ex quercubus vulgo przyciesi in tectis ab infra per duos asseres dedit, circacircum clavis bene affixos, reliquum stramine contexit, istud horreum bene provisum et clausum. In Bonis Brzustupice quæ Anno preterito 1749no Die 7ma Mensis Augusti eidem Clarissimo Prefecto ex mente et dispositione Celsissimi Principis Illustrissimi et Reverendissimi Loci Ordinarii, per Perillrem Reverendissimum Wyrzyskowski

Canonicum

Canonicum Cathedralem Posnan Commissarium Generalem tradita sunt, in praesentia Perillustris et Reverendissimi Domini Michaelis Dambrowski Canonici Cathedralis Posnan Provisoris, et Illris Clrmi M. Stanislai Kostka Herka JU. Professoris Academiae Posnan Directoris, quoniam nullum praedium extat, sed Census tantum solvitur pro seminario idcirco nulla reparatio hoc anno sive aedificatio adinventa, solummodo Agri cum Sylva per Haeredes Bonorum Kowalskie cum praejudicio maximo et injuria Bonorum Biskupice occupati per activitatem ipsius restituti, Granicies sufficienter adinventae. In Bonis Madr quoniam itidem nullum praedium extat, nullam ad invenimus aulicam reparationem, duo tantum hypocausta Incolae eorundem Bonorum nova sibi moderno Anno extruxerunt, quos Clarissimus Praefectus in conductione lignorum et aedificatione multum adjuvit, ut compertum est. Ista omnia hoc Anno facta et expedita ideo possumus dicere Clarissimus Praefectus brevi explevit, tempora multa, idcirco prout Regestra expensarum et perceptarum verificata et matura deliberatione trutinata subscripsimus, ita moderna revisione attestamur Clarissimum Praefectum multum mereri de respectibus Celsissimi Loci ordinarii, Reverendissimi Capituli, totius amplissimae hujus Diaecesis,

et Almae

et Almæ Universitatis Crac. pro tanto labore et obe-
undo munere circa idem Seminarium cum magno
ejusdem emolumento. Insuper advertendum, quod
præfatus Clarissimus Præfectus, Summas Capita-
les auxit, Census vindicavit, tenutariis supra-
præfatorum Bonorum prætensiones quas pro re-
paratione illorum expenderunt; Anno præterito,
prout ipsorum quietationes nobis produxit in
Summa Semiduorum Millium florenorum Polo-
nicalium solvit, sicq Bona eadem mundavit, In-
ventarium majori in parte ac ferme totam rem
familiarem de proprio emit, ex quo ab Arenda-
tariis parum receptum est, Conseminationes in
omnibus frumentis auxit. In quorum fidem præ-
sentes manibus nostris subscriptas Sigillis no-
stris Communiri fecimus. Datt. in Seminario
Posnan Anno ut supra et die. = Michael
Dambrowski Canonicus Cathedral Posnan
Provisor Seminarii et Commissarius Deputatus mp
Locus sigilli. Boniatowicz Canonicus Cathedral
Posnan Præptus Lesn Commissarius Deputatus mp
Locus Sigilli. Michael Krzywosadzki Cano-
nicus Cathedral Posnan ad præmissa Commis-
sarius Deputatus mp Locus Sigilli.

410 Documentorum respectu Bonorum Se-
minarii Posnan sequitur tenor talis. = Docu
menta respectu Seminarii Cathedral Posnan
et dispositionis Bonorum ad hocce Seminarium
pertinentium. Et quidem Imo Ao Dni 1748
Punctum in Literis Celsissimi et Reveren-
dissimi

dissimi Domini xxx Theodori Ducis in Klewan et Zukow Czartoryski Episcopi Posnan ad Capitulum Ecclesiae Cathedral Posnan. Post Festum SS. Petri et Pauli Apostolorum Generale celebratum expressum tenoris ejusmodi de verbo ad verbum prout sequitur. ad Nonum Zeby Dobra Seminarii Posnan w tym lepszey sytuacyi Konserwowane bydz mogły, y major Numerus Alumnorum augeatur, umyslilem administracya onych zdac JMAX^u Boiarskiemu Prefektowi ejusdem Seminarii iako Viro prudenti et Oeconomico, za Prowizora zas postanowiam JMAX. Kanonika Dambrowskiego, ktoremu zmiarkowawszy wprzod Prowenta Dobr Seminarii congruam pensionem obmyslic zechce. ad Nonum Jako iuz naznaczylem ex brachio meo JchMciow Xiezy Layszczewskiego y Opalinskiego Kanonikow ad excipiendum Calculum ex Proventibus Seminarii od JMAXiedza Prowizora, tak upraszam JchMciow aby te rachunki in praesentia JMAX. Prefekta expedyowac chcieli, y do Dobr Seminaryiskich ziechawszy one in dispositionem pomienionemu JMAXiedzu Prefektowi oddali y mnie de statu ich informowac raczyli. Ado = Actum in Capitulo Generali Ecclesiae Cathedral Posnan post Festum SS. Petri et Pauli Apostolorum Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Octavo. Celebrato. == Bona Seminarii: Ex mente et dispositione Celsissimi Domini Loci Ordinarii inter puncta ad Capitulum praesens directa expressa.

pressa ad receptionem xxx Bonorum Nadziejowo Pentko-
wo et Madr. ad Seminarium Posnan pertinen de
manibus et dispositione Perillris Canonici Wosinski
et ad traditionem eorundem Bonorum in dispositi-
onem et regimen Excell. et Adm Rndi Boiarski
Seminarii Posnan Praefecti deputantur Perillres Lay-
szczewski et Opalinski. = Provisor Seminarii = Ex
mente Celsissimi Domini Loci Ordinarii in Pro-
visorem Seminarii Posnan constitutus est Peril-
lustris Canonicus Dambrowski = 3tio Actum
in Capitulo Ecclesiae Cathedral. Posnan primo
post Grale SS. Petri et Pauli Apostolorum Die
Lunae Decima Quinta Mensis Julii Anno Do-
mini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo
Octavo. celebrato. – Relatio respectu Seminarii.
Reverendissimi Domini Layszczewski Opalin-
ski et Dambrowski Provisor ex Capitulo praesen
Grli ad Calculum Perillris Canonici Wosinski Ante-
rioris Provisoris Seminarii ac ad revisionem et tra-
ditionem Bonorum Seminarii Posnan deputati
Commissarii relationem deputationis suae in Capi-
tulo praesen fecerunt, videlicet quod Calculum
a Perillri Wosinski receperunt. Bonorum Na-
dziejowo Pentkowo et Madr. expedierunt, eademq
Bona in dispositionem Clarissimi et Adm Rndi
Antonii Bojarski moderni Praefecti Seminarii
tradiderunt. Et Perillres Rndissimi Domini
Praelati et Canonici executa admiserunt, Calcula-
tionem vero Perillris Wosinski ad Celsissi-
mum Dominum Loci Ordinarium ex certis
rationibus remiserunt. Ex Actis Rndissimi

Capituli

xxx

Capituli Cathedral Posnan sub sigillo Capitrli extractt: = Hyacinthus Krynicki Notarius Apostolicus ejusdem Reverendissimi Capituli Secretarius mp Locus Sigilli. = 5to Puncti respectu Summae Seminarii ejusdem ex Testamento Rndissimi olim Zalaszewski extractt sequitur tenor talis. = Capitulum Ecclesiae Cathedral Posnan Significamus praesentibus Literis Nostris quia Nos ad Instantiam Partis cujus interest, infrascriptum Punctum ex Testamento olim Perillris et Rndissimi Nicolai Zalaszewski Utriusq Juris Doctoris, Archidiaconi Posnan sub die Undecima Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio legitime conscripto et confecto respectu census Septingentorum Florenorum Polonicalium a Summa Decem Millium Florenorum Polonicalium pro Seminario Cathedral Posnanien quotannis exsolvendi, et per Nobilem Magistratum Posnan solvi soliti expressum extradi, in forma Authentica et probanti mandavimus cujus Puncti tenor est ejusmodi prout sequitur. = Tertio alias Septingentos Florenos pro Seminario Ecclesiae Cathedral Posnanien assigno cum hac conditione et non alias si Academiae Professores Seminaristarum curam habuerint, ut ex antiquo habuerunt, prout et in Metropolitana Ecclesia Gnesnen habent, Quod si Missionariis vel Bartholomitis cura dicti Seminarii committatur, dictos Septingentos Florenos Polonicales ut Venerabile Capitulum in alios pios usus convertat submisse rogo.

Ex.

Ex Libro Testamentorum sub Sigillo Reverendissimi Capituli Cathedral. Posnanien. extractt. Hyacinthus Krynicki Notarius Apostolicus Ejusdem Rndissmi Capituli Secretarius mp Locus Sigilli. Praesentibus V. Petro Gutkowski Vlae in AA LL et Phiae Candidato. Nobili Antonio Medkowski et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae Mta Julii.

1 Testamentaria Perillris olim Kurowski. Testamentaria

In termino hodierno ex actis et conservatione proveniente comparentes personaliter Illris Clrmi et Adm Rndi MM. Adalbertus Goszkowski Sae Theologiae Prfr, Ecclarum Collegiatarum S. Floriani ad Crac. Custos, Vislicien. Decanus, Parochialis Prossovicen. Praepositus et Joannes Przypkowski Phiae Dr ejusdemq Regius ac Matheseos Prfr, Sae Annae Archidiaconus, Collegae Majores, uti et tanquam Testamenti Perillustris olim M. Martini Kurowski Sae Thliae Doctoris et Prfris, Collegiatae S. Floriani Praepositi Executores petierunt Decretum Judicii praesentis Die 15 Mensis et anni curren. latt: publicari. Et Magnificus Dominus Rector ad publicationem ejusdem Decreti condescendit, cujus tenor sequitur estq talis. Magnificus Dominus Rector viso et lecto supramemorato Testamento, visisq ac lectis Regestris omnium et singularum rerum morte et obitu Perillris olim Kurowski Testatoris derelictt: tam quo

ad.

ad Perceptam, quam quo ad expensam fideliter et diligenter conscriptis, iisq maturè ac deliberate perpensis, et trutinatis, eadem Regestra uti realia ac rationes, tam de Perceptis quàm de Expensis factt: approbavit. Et quia ex ijsdem Regestris deducitur quod Percepta superat expensam flerent Pol 2128 g 17 Sol. l. resolvendo interventionem Clrmi et Adm Rndi Praepositi Collegii Majoris in anteriori termino illatam de assensu Venerabilis Communitatis ejusdem Collegii, quatenus Illres Executores pro Seminario Academico Crac Summam fl 1200 ad manus Perillustris Domini Provisoris Rostszeviani enumerent. Illri Procuratori Fabricae Ecclae Collegiatae S Annae pro vindicatione debitorum sui Testatoris eidem pro dictt. Fabrica judicialiter cessorum et adjudicatorum fl. 54. exsolvant, pro pacificandis negotiis Testatorem suum attinentibus potissimum in Causa ratione Decimae ex Skawce fl. 800 penes se conservent. reliquos fl 94. g. 17. Sol. l. pro suffragio animae ejusdem Testatoris erogent decrevit, ac eos de munere Executoriali quietavit. Praesente Illri Clrmo et Adm Rndo M. Casmiro Szeptowski Sae Theologiae Prfre, Collega Majore, Ecclae Collegiatae S. Floriani ad Crac Canonico ac et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae 27ma Julii

Excell

xxx

1 Excell Niegowiecki contra Excell Temprowski 395.

In termino ex actis et conservatione proveniente comparens personaliter Excell M. Jacobus Niegowiecki Phiae Dr, ejusdemq ac Matheseos Prfr, satisfaciendo Decreto Judicii praesen 3tia Mensis et Anni curren lato in Testes Excell M. Mathiam Lusinski Phiae Drem et Prfrem, Ingenuos Rzepecki et Wąchocki Studiosos ac Famulum Contubernii sive Tersianum, salva plurium aliorum si opus fuerit inductione, induxit, ac eos praevio corporali juramento super dicenda rei veritate examinari petiit. In praesentia Excell M. Mathaei Temprowski Phiae Dris ejusdemq ac Matheseos Professoris, Contubernii Starnigeliani Senioris, In Testes ab Actore inductos consentientis, et eos, pro parte quoq sua inducentis, ac Contra Excell Lusinski ex quo offensus sit imo pro tius Causae complicem excipientis. Et Magnificus Dominus Rector attenta petitione et consensu Partium Testes inductos excepto Excell M. Lusinski admisit, eosq praevio corporali Juper dicenda rei veritate Juramento, juxta interrogatoria per Partes porrecta examinandos mihi Notario commisit, terminum conservavit. Praesente Illri Clrmo M. Joanne Przypkowski Phiae Doctore ejusdemq ac Matheseos Prfre, Ecclae Collegiatae S. Annae Archidiacono et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Veneris XXma Jbris

Fiscalis Contra Chmum Korczynski.

Coram Magnifico Dno ac Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter H. Jacobus Kowalski Bedellus, Universitatis, Judicii praesentis Fiscalis, Actor Principalis, in termino ex Citatione Literali proveniente, debite prout apparebat executt. accusata contumacia Chmi et Adm Rndi M. Stanislai Korczynski Phiae Doctoris et Prfris, Collegae Minoris, Ecclarum S. Adalberti in Circ. Crac. Praepositi, Parochialis in Podstolice Curati, inquantum non comparentis, in et contra eum proposuit, de et super eo. Quia ipse immemor Juramenti circa Promotionem ad Laureas praestiti, quo se fideliter laboraturum, et Bonum Universitatis promoturum obstrinxit. Lectionem in Philosophia partim perfunctorie tradit, partim tradere negligit, in Collegio non residet, per actus Scholasticos ad ascensus ulteriores se non habilitat, ipsum propterea puniri petiit. In Praesentia Citati ex adverso Principalis, salvis ac se lectionem per sortem in Convocatione Facultatis Philosophicae acceptam uni Auditori sc: Ingenuo Josepho Krzętowski tradidisse, post cujus discessum pro conditione nullo habito in locum ejus Auditore tradere et legere non potuisse, verumtamen paratum se fuisse ac esse ad tradendam Lectionem, si aliquis Auditor supervenisset vel superveniret asserentis, Quo vero ad absentiam a Collegio aliquando in Festis pro Divinis absolvendis non habito Vicario, tum et diebus

profestis.

profestis pro dispositione xxx Oeconomica ad Plebanatum Podstolicen discedere debuisse allegantis. Labores vero pro ulteriori ascensu nunquam subterfugisse, quinimo tam Decanatum in Convocatione Facultatis Philosophicae, quam Cursum Philosophicum in Convocatione Universitatis petiisse non tamen sibi collatum fuisse in vim suae justificationis dicentis. Et Magnificus Dominus Rector auditis Partium propositis et responsis, eoq attento; quod Justificationes per Citatum allatae, eundem tanquam Collegam Minorem et actualem Prfrem in gremio Universitatis existentem pro honore ejusdem Universitatis serio et fideliter ad labores Scholasticos obligatum non relevant, pro primo monendum esse duxit, et quatenus serio et diligenter lectionem in Philosophia tradat, Disputationibus se se ex ordine tangentibus semper intersit, in Collegio semper resideat, injunxit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

Lunae Xma Obris

1 Illris Iwanski Contra Illrem Polaczek.

Coram Magnifico Dno Rectore ac in ejus publica Causarum audientia comparens personaliter Illris Clrmus et Adm Rndus M. Nicolaus Iwanski Phae Dr et Prfr, Collega Major, Ecclae Parochialis Zebrzydovicen Praepositus, Collegii Majoris antecedaneus Praepositus, in termino ex Citatione Literali debite prout apparebat executi in diem hodiernam incidente, accusata contumacia Illris Clrmi

et Adm

xxx

et Adm Rndi M. Pauli Polaczek Phiae Doctoris ejusdemq Trątnoviani Professoris, Collegae Majoris Ecclesiae Collegiatae S. Annae Scholastici, inquantum non comparentis, petiit eundem ad probandum quod in Codicillis Perillris olim et Reverendissimi Ziętkiewicz viderit et legerit, qualiter idem Reverendissimus Canonicus Summi Ao Hungaricalium, quam in vim debiti Stante sua administratione Bonorum Domus Collegii Majoris ex peculio Communitatis in Archivo deposito, acceperat, ultima suae Voluntatis dispositione eidem Communitati restitui demandaverit, Juris mediis stringi. Praesente Citato ex adverso Principali nec vidisse se nec legisse Codicillos Rndmi olim Canonici Ziętkiewicz dicente. Quod vero id coram quibusdam ex Communitate Professoribus asseruerit, levitati suae adscribente, ac clementiae Judicii praesen se subjiciente. Et Magnificus Dominus Rector eo attento, quod Illris Iwanski ad Cujus Instantiam extradita est Citatio, Praepositus Domus Majoris esse desiit, taliterq legitimus Actor non existit, tum ex aliis rationibus animum suum permoventibus, Causam praesentem cum toto suo effectu ad V. Communitatem Domus Majoris tanquam ad primam Instantiam remisit, prout remittit, Decreti praesentis vigore, ad praemissa mediante. Praesente Illri Clrmo M. Joanne Przypkowski Phiae Dro, ejusdemq Regio ac Matheseos

Prfe.

Professore, Collegā ad Majore, Geometra Jurato, Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Archidiacono, et me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

† Excell. Niegowiecki et Temprowski.

In termino hodierno ex Actis et conservatione proveniente, comparens personaliter Excell. M. Jacobus Niegowiecki Phiæ Dr Ejusdemq ac Matheseos Prfr, Actor Principalis, post reductas Depositiones Testium juratorias in Causa inter se Actorem ab una, et Excell. M. Mathæum Temprowski Phiæ Doctorem, ejusdemq ac Matheseos Prfrem, Contubernii Starnigeliani Seniorem parte ab altera, in judicio præsenti mota et verten, ad Lectionem earundem condescendi, iisq lectis Decretum definitivum ferri, in scriptis promulgari, debita cum Instantia petiit. In præsentia Citati ex adverso Principalis, in Lectionem Inquisitionum, et in prolationem Decreti, si et inquantum pro parte sui favorabilis consentientis. Et Magnificus Dominus Rector ad Lectionem Inquisitionum condescendit, quibus lectis Decretum tulit, et illud pro 1ma Juris se publicaturum obtulit. Præsente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

† Lunæ 15ta Obris

Excell. Niegowiecki et Temprowski.

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis

et Conservatione

et Conservatione provenienti comparens personaliter Excell. M. Jacobus Niegowiecki Phiae Dr, ejusdemq ac Matheseos Prfr, Actor principalis, accusata Contumacia Excell. M. Mathaei Semprowski, Phiae Doctoris, ejusdemq ac Matheseos Prfris, Contubernii Starnigeliani Senioris, inquantum non comparentis, petiit Decretum Judicii praesent, die Lunae 12ma Octobris Anno praesenti latum publicari. In Praesentia Citati salva omni reverentia Judicii praesent, et Perillris Domini praememorati Contubernii Provisoris, salva quoq protestatione contra Excell. Actorem de impicta sibi Calumnia, et damnis per eundem Actorem sibi Citato Causatis, juxta Rothulum Inquisitionum eundem ad observantiam sui Senioris conformiter ad Statuta Contubernii stringi petentis, et in publicationem Decreti consentientis. Et Magnificus Dominus Rector ad publicationem Decreti condescendit, cujus tenor sequitur estq talis. = Magnificus Dominus Rector auditis Partium controversiis, propositis, et responsis, lectis quoq depositionibus Testium juratoriis, hac in Causa expeditis, iisq mature ac deliberate perpensis, ex quibus quando quidem deducitur, qualiter Excell. M. Jacobus Niegowiecki Actor, non servato moderamine inculpatae tutelae Excell. Citato in faciem restitit, rixas et contentiones cum eodem in praesentia Studiosorum.

dicsonum et Familiae Contubernii exercuit, verba sui lesiva in eundem retorsit, ab Officio se defunctorum et Litaniis contra Statuta Contubernii, quod omnes et singulos inhabitantes Contubernium ad illd obligant, aliquanto tempore absentavit, Ingenuum Wochowski suis in obsequiis existentem, ne eidem Officio et Litaniis interesset, fomentavit, sub tempus Convocationis per Excell Seniorem habitae, eundem Excell Seniorem in extendendis contra Persianum penis impedivit, Sadivos ad exeundum ex Communi Contubernii Tuba et Convocatione per verbum exeamus compulit, taliterq; Jurisdictionem et Authoritatem Senioris interturbavit, punibilem esse advenit. Et quatenus reparando Scandalum Excell Seniorem verbis a se praeconceptis in Convocatione in praesentia Amici Domini Syndici Universitatis et Bedellorum deprecetur. Proattentatis tibus actibus Philosophicis in Superioni Lectorio celebrari solitis ab hora Octava usq; ad Horam pomeridianam sedeat injunxit, Similia in posterum nec per se nec per subordinatas Personas attentet, sub gravioribus penis prohibuit. Quia vero ex ijsdem Inquisitionibus manifeste liquet, qualiter Excell M. Matheus Temprowski, Contubernii Starnigeliani Senior Citatus die 10 Junii Anno curren crapulatus verba contumeliosa, et honoris Excell Actoris lesiva in eum protulit, et eorum aliqua temulentus in fudicio praesenti repetit, in Conceptione paterna

minus

minus se prudentem exhibuit, in probandis Objectis Excell Actori crapulis dejecit, et licet quidem depositiones Testium in peragendis Convocationibus et Visitationibus commodant diligentiam, quia tamen eas aliquando minus sobrius peregit et perayit, taliterq scandalum Juventuti suo regimini subjecte dat et dedit, puniendum quoq duxit, et quatenus pariter reparando scandalum Excell Actori in stuba communi Contubernii sub tempus habite Convocationis in presentia Ejusdem qui supra bona verba det demandavit. Resolvendo vero interventionem Fiscalis Officii presen Nomine Perillris Provisoris supralati Contubernii in anterioribus terminis factam, quatenus Citatus inhierendo Conclusioni Universitatis et Statutis Contubernii dicti Perillrem Provisorem debita observantia et reverentia prosequatur, Eidemq in iis omnibus qua ad bonum ordinem et regimen Contubernii spectant obediat, modeste se et sobrie gerat, atq per labores tam in Facultate Philosophica quàm in Mathematica Professione serios ulteriorem ascensum aret, ultimario monendum esse censuit, et in casu non paritionis Decreto presenti, insistendo antecedentibus suis Decretis, Eundem Citatum destituendi, alium seniorem, donec formalis ab Universitate Senior eligatur, substituendi, Perillri Provisori dedit et concessit facultatem. Insuper id Excell Actor cum Citato mutuam in futurum charitatem servent, bonoc

affectu

xxx

affectu prosequantur, sub pœnis irremissibiliter in-
fligendis decrevit, prout decernit, injungit, censet,
demandat dat et concedit præsentis Decreti et vigo-
re ad præmissa mediante. Præsente me M. Antonio
Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

H. Jackowski contra Studiosos.

Coram Magnifico Dnõ Rectore ac in ejus publica
Causarum audientia comparens personaliter H.
Antonius Jackowski Civis Cracoviensis
Actor Principalis in termino ex Citatione
Literali ad Valvas Collegiorum debite
prout apparebat executt. in diem hodier-
nam inciden accusata Contumacia Inge-
nuorum Casimiri Bajorski et Mathiæ
Bugaiski Scholæ Rhetoricæ Audito-
rum, occasione sui Actoris captivatio-
nis, Vestis Kiereia dictt: spoliationis,
et aliarum violentiarum Citatorum, nec
per se, nec per suum Plenipotentem com-
parentium, quod Juris et Justitiæ est,
decerni petiit. Et Magnificus Do-
minus Rector attenta Contumacia Cita-
torum post trinam Bedelli acclamatio-
nem nec per se nec per suum Plenipotentem
comparentium, ipsos tanquam inobedientes,
et Jurisdictioni Rectorali refragos, ex Al-
bo Studentium Universitatis prescriben-
dos esse duxit, ac amplius Privilegiis, Im-
munitatibus, quibus alii in Universitate

Studentes

xxx

studentes gaudent, et potiuntur, gaudere et potiri non debere declaravit. Præsensq Decretum more solito publicari demandavit. Præsente me M. Antonio Zołędziowski Actorum Officii Rectoralis Notario.

ACTA ACTORUM Officij Rectoralis Almæ Universitatis Cracoviensis Rectoratu IV.

Magnifici Perillris, Clarissimi et Admo Rndi Domini M. Stanislai Filipowicz Sæ Thæ Doctoris et Professoris Collegij Majoris Senioris Patris, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani ad Cracoviam Decani, Curelovienſis Scholastici, Parochialium Præmicoviensis Præpositi, in Igołomia Curati, Contubernij Staringeliani, et Alumnatiis Roszczeviani Provisoris, Studij Generalis Universitatis Cracoviensis vigilantissimi

RECTORIS.

Commutatione Hyberna. Annô Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo primo.

Fundatio Jurisdictionis

Coram Perillri Magnifico, Clarissimo et Admo Rndo Dno M. Stanislao Filipowicz Sæ Thæ Doctore et Professore, Collegij Majoris Seniore Patre Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani ad Cracoviam Decano, Curelovienſis Scholastico, Parochialium Præmicoviensis Præposito, in Igołomia Curato, Contubernij Staringeliani et Alumnatiis Roszczeviani Provisore, Studij Generalis Universitatis

Cracoviensis Rectore ac in Ejus publica Causarum Audientia, in Stuba Collegij Majoris communi, Loco formandorum Judiciorum Rectoralium ad id destinato, personaliter comparens Honoratus Joannes Gajowski, Bedellus Universitatis, et Fiscalis Judiciorum Rectoralium, Actor, Principalis, in termino ex praefixione praefati Magnifici Dni Rectoris praevenienti et in diem hodiernam legitimè incidenti, accusatâ contumaciâ omnium Citatorum, si et inquantum non comparent, nec aliquid contra Fundationem Jurisdictionis Rectoralis inferent, Ipsos contumaces reputari, ac in Eorum contumaciam Jurisdictionem Rectoralem fundari, se Judicem omnibus Causis, et Personis, ad Jurisdictionem suam Rectoralem spectantibus competentem pronunciari, Causas omnes, lites, et Controversias, si et inquantum indecisae pendent, reassumi, et terminari, dies, et horas Judiciorum formandorum assignari, Judices Surrogatos, Assessores, Notarium, Fiscalem constitui, et nominari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector supra memoratus attentâ termini hodierni incidentiâ, invocato Dei Omnipotentis Auxiliô, omnes, et singulos contumaces reputavit. Et in eorum contumaciam Jurisdictionem suam Rectoralem fundavit, se Judicem competentem pronunciavit, Causas, lites, et Controversias reassumpsit, illisque, et alijs de novo advenientibus disjudicandis Dies juridicos cujuslibet Septimanae nempe Lunae, Mercurij, et Veneris non impeditos, horam verò primam, vel secundam in Stuba Communi Collegij Majoris assignavit, Judices Surrogatos omnes Perillres Ex-Rectores nempe Perillres, Clarissimos, Rndissimos, Adm Rndos DD. Petrum Szymakowski, Casimirum Pałaszowski, Adalbertum Miciński; Assessores verò Perillres, Illres, Clarissimos Adalbertum Grzymała Sae Thae, Stanislaum Mamczynski Utriusque Juris, Joannem Pałaszowski Utriusque Juris, Stanislaum Wadowski Medicinae Doctores et Professores, Adalbertum Goszkowski, Andream Cybulski, Josephum Popiołek, Antonium Trzgnowski, Casimirum Stęplowski Sae Thae Professores, Joannem Przypkowski, Antonium Michalski, Michaelem Czyrnicki, Adalbertum Biegaczewicz, Antonium Zołędziowski Philosophiae Doctores et Professores,

Notarium Actorum me M. Antonium Kocikowski Phiæ Doctorem et Professorem, Collegam Minorem; Fiscalem Honoratos Viros Joannem Gajowski, et Jacobum Kowalski Universitatis Bedellos constituit, cæteraq omnia juxta præscriptum Statutorum Universitatis et Privilegiorum Ejusdem fieri debere declaravit præsensq Decretum fundatæ Jurisdictionis per consvetas publici Mandati Literas in Coloniis, Contubernijs, et Scholis, Locisq alijs Jurisdictioni suæ Rectorali subjectis intra, et extra Cracoviam publicari decrevit et sententiavit. Præsentibus Perillustribus Rndissimo, Illustribus Clarissimis, et Admodum Rndis DD. M.M. Petro Szymakowski Universitatis Seniore Patre, Sancti Floriani Præposito, Casimiro Pałaszowski Canonico Cathedrali Cracovien. Adalberto Grzymała Sanctæ Annæ Decano Sæ Thæ Doctoribus et Professoribus, Joanne Pałaszowski Utriusq Juris Doctore et Professore, Sanctorum Omnium Stanislao Wadowski Phiæ et Medicinæ Doctore ac Professore, Adalberto Goszkowski, Andrea Cybulski, Josepho Popiołek, Antonio Krzągowski, Casimiro Stęplowski Sæ Thæ Professoribus, Joanne Przypkowski, Michaele Czyrnicki, Adalberto Biegaczewicz, Antonio Zołędziowski Facultatis Philosophicæ Decano, Philosophiæ Doctoribus et Professoribus, et me Antonio Kocikowski Philosophiæ Doctore et Professore, constituto Notario, et Universitatis Bedellis.

Eadem die

Honoratus Strzelecki contra Excellentem Traianowicz

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Franciscus Strzelecki, Civis, et Pellio Cracovien. Actor Principalis, in termino ex Citatione verbali contra infra scriptum Citatum proposuit de et super eo: Quia Ipse non veritus rigorem pœnarum, contra infra scripta Attentantes in Jure sancitt, se Actorem verbis contumeliosis lædere, ac infamare ausus est, et præsumpsit. Proinde contra Ipsum ob præmissa pœnas condignas extendi, deprecationem sibi Actori faciendam injungi, debita cum instantia postulavit. In præsentia Excellentis M. Mathiæ Trajanowicz Phiæ Doctoris et Professoris Scholæ SS. OO. Crac. Senioris, Citati ex adverso Principalis. Salvis omnibus beneficijs Juris, sibi in toto reservatis, et præmissa solemni protestatione contra

Actorem

Actorem de indebita impetitione dictum Actorem in aliquo lesisse, sive infamasse absolute negantis. Et Magnificus Dnus Rector Causam praesentem ad 1mam Juris distulit. Praesentibus Illribus, Clarissimis, et Adm Rndis MM. Michaele Czyrnicki, Antonio Zołędziowski Philosophicae Facultatis Decano, Ecclesiae Collegiatae Sae Annae Canonicis, Phiae Doctoribus et Professoribus, ac me Antonio Kocikowski quo supra Notario.

Veneris Trigesima Octobris

Honoratus Strzelecki contra eundem Excellentem.

In termino hodierno ex dilatione et Citatione praevenien comparens personaliter Honoratus Franciscus Strzelecki, Civis et Pellio Crac in publica Causarum Audientia contra infra scriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse non veritus rigorem poenarum, contra infra scripta Attentantes in Jure sancitarum, se Actorem verbis contumeliosis laedere, ac infamare ausus est, et praesumpsit. Proinde contra Ipsum ob praemissa poenas condignas extendi, deprecationem sibi Actori injungi debita cum instantia postulavit. In praesentia Excellentis M. Mathiae Trajanowicz Phiae Dnis et Professoris Scholae SS. OO. Cracoviae Senioris, citati ex adverso Principalis, salvis omnibus beneficijs Juris, sibi in toto reservatis, et praemissa solemni protestatione contra Actorem de indebita impetitione, Actorem in aliquo laesisse, sive diffamasse absolute negantis, sed duntaxat ratione immutationis trium martium vulgo Kony Actorem per se Citatum allocutum fuisse dicentis, et sibi Citato facultatem ubi de Jure venerit, cum Actore ratione praemissae immutationis agendi concedi debita cum instantia postulantis. Et Magnificus Dnus Rector auditis propositis, et responsis, suspensis petitis Actoris Citato facultatem cum Actore in foro competenti experiendi ratione immutationis allegatae concessit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Illribus Clarissimis, et Adm Rndis MM. Casimiro Stęplowski Sae Thae Professore, Colgtae Sancti Floriani Clepardiae ad Cracoviam Canonico, Antonio Zołędziowski Philosophiae Doctore et Professore, Ejusdemque Facultatis Decano, Collegiatae Sae Annae Crac Canonico, Collegis Majoribus, et me Antonio Kocikowski quo supra Notario.

Mercurij Tertia Mensis Novembris.

1. Nobilis Gutowski contra V. Pichorowski M.O.C.
Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Nobilis Martinus Gutowski, Capellistarum Eccleæ Archipresbyteralis B.M. Virginis in Circulo Cracoviensi, Principalis Actor in termino hodierno ex Citatione verbali accusata contumacia V. Pichorowski M.O. Clerici, Lectionum publicarum Auditoris, pro die hodierno legitimè Citati, non comparentis nec quidquam ad Propositionem contra se dicit super eo: Quia ipse se Actorem nulla habita ratione, Die secunda Mensis et Anni currentium, graviter concutere, et converberare, idque in publico Hospitio ausus est, et præsumpsit. Proinde ratione præmissorum eundem puniri et dolorem ex concussione passum compensari mandari, formatam dicentis, aut respondentis, eam Causa Definitivam ferri, et relaxari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector quoniam supra scriptus Citatus pro die et termino hodierno legitimè incidenti non comparuit ipsum contumacem reputavit, et pro secundo citandum pro Prima Junii decrevit. Præsente me quo supra Actorum Notario.

Idem contra eundem. Veneris 6. Novembr.

2. In publica Causarum Audientia personaliter comparens Nobilis Martinus Gutowski, Capellistarum Eccleæ Archipresbyteralis B.V.M. in Circulo Cracoviensi, Principalis Actor in termino hodierno ex Citatione verbali pro secundo contra V. Pichorowski M.O. Clericum, Lectionum publicarum Auditorem emanata præveniente, contumaciam ipsius quatenus pro die et termino hodierno pro secundo Citati non comparentis, nec quidquam contra se ad Propositionem super eo: Quia ipse se Actorem nulla habita ratione die secunda Mensis et Anni currentium graviter concutere, et converberare, idque in publico Hospitio ausus est, et præsumpsit. Proinde ratione præmissorum eundem puniri, dolorem ex concussione passum compensari mandari, formatam dicentis aut respondentis accusavit. Proinde contra ipsum ratione præmissa contumacia id quod Juris, et justitiæ est, decerni, debita cum instantia postulavit. In præsentia Fiscalis Officij, præsentis Judicij ad Causam præsentem intervenientis. Quoniam supra scriptus V. Pichorowski nulla studia in hac Universitate tractat, sed in obsequijs extranei existit, consequenter Jurisdictioni præsenti Rectorali non subest: Proinde Actorem modernum in Foro competenti cum eodem experiri debere declarari

clarari, inferentis. Et Magnificus Dnus Rector eo attento, quod prædictus Pichorowski non sit Studiosus, proinde Actorem ad Quem de Jure agendi cum eodem remisit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsente Illri, Clarissimo et Admo Rndo M. Antonio Zołędziowski, Philosophiæ Doctore et Professore, ejusdemq Facultatis Decano, Collega majore, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonico, et Me quo supra Actorum Notario.

Eadem die

V. Fiscalis Officij præsen contra Ingenuum Zmudzinski Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Honoratus Joannes Gajowski, Fiscalis Officij Judicij præsentis, Principalis, Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali prævenienti, contumaciam Ingenui Simonis Zmudzinski, pro die et termino hodierno Citati legitimè, non comparentis, nec quidquam ad Propositionem contra se super eo: Quia Ipse deserendo Statum militarem, cui Nomen suum dare permiserat, licèt ad præsens nulla Studia in Vniversitate hac tractet, se tamen Studiosum in præjudicium Jurium, et Privilegiorum Vniversitatis jactitare, ausus est, et præsumpsit. Proinde Ipsum amplius non posse gaudere Privilegijs Studiosorum Vniversitatis, et non esse formalem Studiosum declarari: formatam dicentis, aut respondentis accusavit, et contra Ipsum ratione præmissæ contumaciæ id quod Juris, et justitiæ fuerit, decerni debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector, quoniam supra scriptus Citatus pro die et termino hodierno legitimè incidenti non comparet, Ipsum Contumacem esse reputavit, et pro secundo citandum pro Prima Juris decrevit. Præsentibus quibus supra.

Lunæ 9na Mensis Novembris.

Fiscalis Officij contra Excellentem Temprowski.

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski, Officij Judicij præsentis Fiscalis, in termino hodierno ex Citatione verbali contra infra scriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse Officio Senioratûs sui non satisfaciendo, Auditores Lectionum publicarum ad exercitandum se, et capiendum in Scientijs emolumentum ex Actibus Sabbativis, mittere non curavit, taliterq; Decreto Monitionis contravenire ausus est, et præsumpsit. Ipsum proinde condignè puniri, et ad Conductionem pro

Actibus præmissis Auditorum Lectionum publicarum Mandatum desuper necessarium extendi debita cum instantia postulavit. In præsentia Excellentis M. Matthæi Temporowski, Phil. Doctoris et Professoris Citati ex Adverso Principalis, Contubernij Staringeliani Senioris; Monitioni Judicij præsentis se Citatum satisfecisse, Alumnosq; sui Contubernij ad assistendum Actui publico Sabbativo ordinasse. Et quoniam Ingenuus Michael Rogowski Mandatis sui Citati quò ad assistendum præmisso Actui non obtemperavit, proinde eundem respectu præmissæ renitentiæ defferentis. Et Magnificus Dnus Rector auditis præmissis pro informatione Judicij sui Præsidentem Actus publici Sabbativi Excellentem Opeydowicz ad recognoscendum, utrum à principio Actui Disputationis publico Auditores prædicti cum suo Excellente Seniore adfuerint, necnon V. Michaelem Rogowski respectu non comparitionis pro prædicto Actu citandos esse decrevit. Præsentibus iisdem quibus supra.

Eodem die

Fiscalis Officij contra Ingenuum Zmudzinski.

In termino hodierno, ex Citatione verbali contra infrascriptum Citatum pro secundo emanata, comparens personaliter in publica Causarum Audientia Honoratus Joannes Gajowski Officij Judicij præsentis Fiscalis, Principalis Actor, contumaciam Ingenui Simonis Zmudzinski, pro die et termino hodierno Citati, non comparentis, nec quidquam ad propositionem contra se super eo: Quia esse deserendo Statum militarem, cui nomen suum dare permiserat, licèt ad præsens in Universitate hac Studia nulla tractet, se laicèt Studiosum in præjudicium Jurium et Privilegiorum Universitatis jactitare ausus est, et præsumpsit. Proinde ipsum amplius non posse gaudere Privilegijs Studiosorum Universitatis, et non esse formalem Studiosum declarari: formatam dicentis, aut respondentis accusavit, et contra ipsum ratione præmissæ contumacia id quod Juris, et justitiæ fuerit, decerni debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Stanislai Markiewicz, Patris, et Officialistæ Schola ad Ecclesiam Collegiatam Sanctæ Annæ Cracoviæ nomine Excellentis Senioris prædictæ Schola ad Causam præsentem

Intem.

Intervenientis, et quod Citatus modernus modo primum ante aliquot dies Scholam praefatam inhabitare caepit, nec continuo et ad praesens in ea residet, testimonium perhibentis. Et Magnificus Dnus Rector suprascriptum Zmudzinski ultra horam Audientiae expectatum, non comparentem, contumacem, prout merito erat, reputavit, et amplius non posse gaudere Privilegijs Studiosorum declaravit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus quibus supra.

Veneris 13tia Mensis Novembris

1. Fiscalis Officij in Causa Excellentis Temprowski.

Comparens personaliter Honoratus Joannes Grajowski Fiscalis Officij Judicij praesentis, in termino ex Citatione verbali statuit Testem Excellentem M. Carolum Opeydowicz, Phiae Doctorem, et Professorem, idque in Causa inter se Actorem ex una et Excellentem M. Mathaeum Temprowski, Philosophiae Doctorem, et Professorem, Contubernij Staringeliani Seniorem, occasione Auditorum Lectionum publicarum, ad Actus publicarum Disputationum, diebus Sabbativis peragi solitos, non missionis, Citatum parte ab altera, ab eodem statuto Teste testimonium recipi debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector quoniam compertum est ex testimonio statuti Testis Excellentis Opeydowicz, nec non diligenti inspectione Alumnos Contubernij Staringeliani à principio Actibus praesentes non adfuisse, proinde quatenus in poenam pro actu futuro breviter hac Septimana imminenti, idque ad inchoationem ejusdemmet Actûs publici compareant, et sic in posterum semper exequi curent, quotiescunque eos turnus tetigerit, mandavit. Quantum vero ad personam V. Rogowski, quoniam protunc impeditus erat certa legalitate, poenalitatem ei indulsit, cum Excellente vero Seniore Actionem reservavit. Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesen quibus supra.

2. Lunae 16ta Novembris

1. Famatus Dulski contra V. Maszczykiewicz

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Famatus Albertus Dulski Civis Volbramen, suo, et Filij sui Antonij nomine, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali contra infra scriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse

nulla habita ratione ad prædictum Actoris Filium Scholæ Grammaticæ Alumnum, præterita Feriâ 3tiâ flagrô enormiter, ac injustè, per nudum corpus adhibitis Socijs Fratribus suis, ex Scholis Universitatis proscriptis, converberare, taliterq; modum Correctionis excedere, ausus est, et præsumpsit. Proinde ratione præmissi excessûs Ipsum pœnis condignis puniri debita cum instantia postulavit. In præsentiâ Fiscalis Officij Judicij præsentis, ad Causam præsentem Intervenientis. Quoniam infra scriptus Citatus contra juramentum circa Inscriptionem in Album Studiosorum emissum /: quod propriâ Authoritate injuriam quamcunq; sibi illatam non vindicabit :/ processit, necnon cum Proscriptis ex Universitate commercium habuit, proinde ratione hujus illiciti progressûs contra Ipsum pœnas condignas extendi flagitantis. In præsentiâ V. Francisci Maszczykiewicz, Lectionum publicarum Auditoris, in Schola Omnium Sanctorum manentis, Citati ex adverso Principalis, Filium supra scripti Actoris converberasse; et ad converberationem obsequiô Fratrum suorum Proscriptorum usum fuisse, absolutè negantis. Et Magnificus Dnus Rector quoniam ex revisione Corporis Filij Actoris, per Fiscalem Officij Judicij præsentis peracta constat, et probatur enormis converberatio ejusdemmet Filij, per Citatum nulla habita ratione ad eundem, attentata; proinde quatenus passo dolorem sæpefato Filio Actoris Marcas decem in instanti enumeret, Parenti verò videlicet Actori moderno deprecationem per Personas condignas, sive Sæculares, sive Spirituales faciat, injunxit. Pro eo verò quod cum Proscriptis ex Albo Universitatis commercium, et consortium habuerit, et habeat, proscribendum eum ex Schola Sanctorum Omnium, in qua ad præsens manet, censuit, et ne similia in posterum attentare præsumat, sub pœnis gravioribus, ipsaq; proscriptione ex Albo Universitatis inhibuit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

1 Strenuus Ostakowski contra Ingenuum Trąbski

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Strenuus Andreas Ostakowski Miles, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali contra infrascriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse nulla data sibi occasione per eundem Actorem, ipsum collaphizare, præmissa collaphizatione non contentus, verbis contumeliosis

lædere ac cum summa vehementia insequi ausus est, et præsumpsit. Proinde contra Ipsum ratione præmissorum pœnas condignas extendi, debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Sebastiani Trąbski Scholæ Rhetorices Alumni, Citati ex adverso Principalis, colaphum Actori per se Citatum fuisse impictum absolute negantis. Et reconventionaliter contra Actorem ratione dilacerationis vestis, quam præsentat, ac sui converberationis, proponentis, et Actorem ad respondendum reconventioni stringi postulantis. Et Magnificus Dnus Rector auditis propositis, et responsis, utramque Partem suam injuriam probare, Testes futuro in termino inducere mandavit, Causamque præsentem ad Primam Juris distulit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Mercurij 18va Novembris.

1 Idem contra eundem.

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis, et conservatione illius Die Lunæ Decima sexta Mensis et Anni currentium comparens personaliter in publica Causarum Audientia Strenuus Andreas Ostakowski Miles, Principalis Actor, Testes Famatt. Petrum Złotnicki, et Jacobum Smidowski Cives Cracovien in Causa inter se Actorem ex una, et Citatum infra scriptum, occasione sui Actoris colaphizationis, ac læsionis per dictum Citatum attentatæ, partibus ex altera induxit, eosdemque admitti, et prævio corporali juramento, juxta Interrogatoria per se porrigenda examinari mandari debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Sebastiani Trąbski Scholæ Rhetorices Alumni, Citati ex adverso Principalis, in admissionem Testium consentientis. Et quoniam pro sui relevamine alios non habet Testes, proinde in ipsemmet Testibus persistentis. Et Magnificus Dnus Rector Testes inductos admisit, et examinari in Officio suo, necnon plures Testes si quos Partes habent, inducere mandavit, Causamque præsentem ad Secundam Juris distulit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Veneris 27ma Novembris.

1 Inductio Testis per Nobilem Gałeczka.

Comparens personaliter Nobilis Antonius Doskoczewic, Nobilis, ac Spectabilis Joannis Gałeczka, Civis et Consulis Cracoviensis Prin-

cipalis Actoris Mandatarius, ac Plenipotens, in termino hodierno ex Citatione verbali Testem V. Petrum Parzelski, Lectionum publicarum Auditorem ad perhibendum fidele veridicale testimonium in Causa inter suprascriptum Actorem ex una, et Famatum Michaelem Michiewicz, Mercatorem, Civem Cracovien, occasione quarundam pretensionum in Pretorio Cracovien vertente Citatum partibus ex altera induxit, eundemq admitti, et previo corporali juramento juxta Interrogatoria, ad presens judicialiter producta examinari mandari, peracto examine, Dicta, et Depositiones ejusmodi Testis in occluso Rotulo ad Judicium Pretorij Cracovien remitti debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector Testem inductum admisit, eundemq in Officio suo juxta Interrogatoria examinari mandavit, ac ejusmodi examen in occluso Rotulo ad Judicium Pretorij Cracovien remittendum esse censuit. Decreti sui vigore ad premissa mediante. Presentibus quibus supra.

Infidelis Herzla contra V. Idzienniczki.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Infidelis Jacobus Herzla, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali contra infrascriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse nulla habita ad Actorem ratione, eundem in Contubernio Jurisperitorum molestare, angariare, ac varias violentias, tum concussiones inferre ausus est, et presumpsit. Ipsum propterea condigne puniri, et quod Juris, ac justitiæ fuerit, statui, et decerni debita cum instantia postulavit. In presentia V. Antonij Idzienniczki Primæ Laureæ Candidati, Citati ex adverso Principalis, premissa contra Actorem solemni protestatione de indebita impetitione, aliisque injurijs moderno Actori per se Citatum fuisse illatas absolutè negantis, ac reconventionaliter contra eundem Actorem ratione damnificationis sui in prileo Actori ad comparandum dato, proponentis, et respondere petentis. Et Magnificus Dnus Rector pro informatione Judicij sui Testes, tam ratione concussionis Actoris, quam super injuria Citati, nimirum quo tempore Citatus prileum ad comparendum Actori dederit, ac quo tempore receperit, et quam diu vivus fuerit eo, Utrique Parti in futuro termino inducere mandavit, Causamq presentem ad Primam Juris distulit, et terminum conservavit. Presentibus quibus supra.

Mercurij

Mercurij 3tia Mensis Decembris.

1 Dem Infidelis contra Eundem.

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis, et conservatione Stilus Die Veneris 27ma Mensis Novembris Anno currenti judicialiter facta et connotata provenientis in publica Causarum Audientia comparens personaliter V. Antonius Ldziennicki, Prima Laurea Candidatus, Citatus ex adverso Principalis, Testem pro parte sui V. Hilarium Przeciszowski, eoque in Causa inter infra scriptum Actorem ex una et se Citatum, occasione assertæ angarizationis, et concussionis, per se Citatum quasi perpetratæ, Citatum partibus ex altera induxit, et Assistentiam sibi contra eundem Actorem ad Quem de Jure dari, ac recognitionem ab eodem Teste recepi debita cum instantia postulavit. In præsentia Infidelis Jacobi Herzla, Principalis Actoris, in admissionem inducti Testis consentientis. Et Magnificus Dnus Rector inductum pro parte Citati Testem admisit, qui taliter sub juramento est: et admissus quoniam judicialiter recognovit super Cathegoria pilei, quod Citatus pileum dedit ad reparandum post Festum Sancti Michaelis Anno currenti, recepit quatuor septimanas elapsas, usus verò eodem pileo per septimanas duas: Actor autem ad probandam concussionem sui per Citatum nullum Testem induxit, taliterque quod objecit Actori non probavit, pro inde Citatum liberum à Causa et termino respectu assertæ concussionis Actoris pronunciavit. Quantùm verò ad Cathegoriam pilei, quoniam eundem Citatus acceptavit, ideo eodemmet contentum esse debere declaravit; Nihilominus quoniam Actor approximavit bonas pelles, et pannum ad præfatum pileum dare, et utrumq; deterioratum reperitur, solutionem verò sufficientem juxta Conventionem cum Citato factam accepit, ideo quatenus idemmet Actor bonis pellibus eundem pileum subducat, et pannum adaptet novum, mandavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

2. # Mercurij 10ta Decembris.

Excellens Lukini contra V. Ldzinnicki.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Excellens Franciscus Lukini, Philosophiæ Doctor et Professor, in termino hodierno ex Citatione verbali provenienti, contra infra scriptum Citatum proposuit super eo: Quòd ipse sponte sua accepto sibi

Actori pileô, eundem reddere, ac restituere multoties requisitus non vult, et recusat. Ipsum ad restitutionem prædicti pilei Juris medijs stringi, et compelli debita cum instantia postulavit. In præsentia V. Antonij Zdziennicki, Citati ex adverso Principalis, pileum Actoris esse proprium agnoscentis, et eundem omni tempore extradere paratum allegantis libertatemq; à termino et Causa postulantis. Et Magnificus Dnus Rector attenta agnitione Citati super proprietate pilei Actoris, quatenus dictum pileum Citatus Actori extradat, sub pœnis arbitrarijs demandavit. Præsentibus quibus supra.

Nobilis Witalisowa contra Illrem Cybulski.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Nobilis Anna Witalisowa, Civis et Mercatriæ Cracoviensis, Principalis Actriæ, in termino ex Literis Citationis debitè executis provenienti, contra infrascriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse Summam Ducentorum, sexaginta quinque florenorum polonicalium, grossorum viginti, juxta Documenta literatoria suprascriptæ Actricis defuncto Marito debitam, multoties amicabiliter requisitus solvere non vult, quinimo recusat. Ipsum proinde ad solutionem hujusmodi Summæ Juris medijs stringi, et compelli debita cum instantia postulavit. In præsentia Illris Clarissimi, et Adm Rndi Andreæ Cybulski, Sæ Thæ Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonici, Citati ex adverso Principalis. Salvis omnibus beneficijs Juris, sibi in toto reservatis, et præmissa solemni protestatione contra Actricem de indebita vexa, se Citatum nihil debere Actrici ex eo: quod longè major Summa videlicet florenorum Quingentorum per Assignationem consignata, interesse sui Citati respiciens, apud defunctum Actricis Maritum hæserit, dicentis, seque liberum à Causa et termino pronunciari postulantis. Et Magnificus Dnus Rector Causam præsentem propter capiendam informationem respectu Summæ Quingentorum florenorum, per Citatum allegatorum, ad adventum cujusdam Joannis Swaisk, Famuli in ante Actricis distulit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Annô Dni
1751mo

Annô Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo Primo.

Veneris Sva Mensis Januarijo

1 Fiscalis Stra Ingenuum Majowski rnē Inconvenientiae.

Coram Magnifico, Perillustri, Clarissimo, et Adnō Rndō Dnō M. Stanislao Filipowicz, Sæ Thæ Doctore, et Professore, Collegij Majoris Seniore Patre, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Decano, Curelowiensis Scholastico, Parochialium Præmicoviensis Præposito, in Igołomia Curato, Contubernij Staringeliani, et Alumnatûs Roszczeviani Provisore, Studij Generalis Universitatis Cracoviensis Rectore ac in Epis publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski, Officij Rectoralis præsentis Fiscalis, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali prævenienti contra infrascriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse non veritus rigorem pœnarum contra infrascripta sancitarum, tempore non ita pridem præterito, videlicet Dominica præcedenti Die 3tia Mensis, et Anni currentium horâ quartâ pomeridianâ homines varij Statûs, et Conditionis, temulentus existens infestare, tumultus excitare ausus est, et præsumpsit. Proinde contra Ipsum ratione præmissorum pœnas adæquatas extendi, Complices facti produci, ac quod Juris, et Justitiæ est, statui, et decerni debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Joannis Majowski, Scholæ Rhetorices Alumni, Citati ex adverso Principalis, tumulentiam suam tum altercationem cum quodam ignoto Germano agnoscentis, et cum Citatus domum redire voluerit, per Famulos, sive Pueros Nobilium ac Spectabilium Kikulinus, Vitalis Mercatorum Cracoviensium, tum per Famulum vulgo Parobek Nobilis ac Spectabilis Awedyk Consulis Cracoviensis fuisse in via publica detentum, impetitum, tractum, percussum, colaphizatum, converberatum, ac per dictos Famulos et Pueros in Assistentia Militum Prætorianorum Civitatis Cracoviensis, cum summa ignominia Studiosorum, ac totius Universitatis Cracovien

ad Carceres Praetorij Crac deductum, ibidem detentum, ac per supervenientem brevi ad Locum Praetorij ipsummet tunc Pro-Consulem supra scriptum Nobilem Awedyk nulla praevia investigatione de Statu et Conditione sui Citati, primò verbis contumeliosis affectum, ter expost colaphis caesum, et baculo arundinaceo ad manum Sinistram circa humerum bis fortiter percussum dicentis. Quo verò ad assertam objectionem, quasi Citatus excitati tumultus occasionem dederit, eandem veram esse negantis, et ratione sibi Citato illatae injuriae Assistentiam Judicij Rectoralis, ac totius Universitatis in quovis Foro, et Judicio competenti agendi, tum ratione percussionis et incarcerationis, contra specificatos Injuriatores, et Percussores debita cum instantia implorantis. Et Magnificus Dnus Rector praelibatus Actorem ad probandum contenta propositionis, tum Citatum ad probanda sua allegata, quò ad sui relevantiam admisit, Testesq; in futuro advenienti termino utriq; Parti inducere mandavit. Quò vero ad petitam productionem seu specificationem Complicium Citati, eandem ad finem Causae praesentis reservavit, Causamq; praesentem ad Primam Juris dictulit, et terminum conservavit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Illribus Clarmis et Admd Rndis MM. Stanislao Mamczynski, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Michaelis in Arce Crac Decano Sandecensis Primicerio, in Krolowka, Joanne Pałaszonski Sanctorum Omnium Crac Archidiacono, in Casimiro Jarmundowicz ejusdem Colgtae in Dziekanowice Curatis Utriusq; Juris Doctoribus et Professoribus, Antonio Zołędziowski Phiae Doctore ejusdem Regio Professore, Sancti Floriani Clepardiae ad Cracoviam Primicerio, Mcussiensi Praeposito et me Antonio Kocikowski quo supra Actorum Notario.

Caeterae Causae, quae ad praesens expediri non poterant, hinc ad Primam Juris sunt limitatae.

Lunae 11ma Mensis Januarij

Inductio Testium per Fiscalem contra Ingenuum Maiowski in Causa supra scripta Inconvenientiarum.

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Joannes Gajowski, Officij praesentis Rectoralis Fiscalis, Actor Principalis

cipalis, in termino hodierno ex Actis, et conservatione illius Die Veneris Ova Mensis, et Anni currentium judicialiter facta, et connotata provenienti, Testes Discretum Blasium Pogankiewicz, Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae Campanatorem, Joannem Kosicki Ecclesiae Sancti Andreae Conventus Monialium Ordinis Sanctae Clarae Servitorem, Illrem, Clarissimum Adm Rndum M. Petrum Filipowski Philosophiae Doctorem, et Professorem Collegam Majorem, tum VV. Andream Stęczkowski P. Philosophiae Baccalaureos, Valentinum Gajowski M. O. Clericum, Famatos Kruszyna Civem Mensifabrum, Barbaram Kasicka Halsatricem, Franciscum Siermantowski Chyrurgum Cracov. Ingenuum Paulum Małecki Servitorem V. Bronikowski, salva aliorum inductione, idque in Causa occasione infestationis hominum varij Status et Conditionis, tumultus excitationis, per Citatum infra scriptum attentatorum induxit, eosdemque admitti praevio juramento de dicenda veritate praestari solito, examinari mandari, quatenus Citatus Complices tumultus specificet, injungi debita cum instantia postulavit. In praesentia Ingenui Joannis Maiowski Scholae Rhetorices Alumni, Citati ex adverso Principalis, in admissionem Testium, per Actorem inductorum consentientis. Et quoniam ad praesens pro sui parte Testes inducere non potest, ob varias legalitates quibus sunt impediti, proinde dilationem sibi ad inducendum eosdem concedi flagitantis. Quantum vero ad petitam specificationem Complicum tumultus, dictos Complices specificari non posse, ex quo protunc in carceribus detentus fuerit, nec de ipsdem Complicibus sciat, dicentis, et se in praemisso puncto liberum pronunciari postulantis. Et Magnificus Dnus Rector Testes per Actorem inductos admisit, eosdemque praevio Corporali juramento, de dicenda veritate praestari solito, in Officio praesenti examinari mandavit. Et quoniam Citatus uti protunc in carceribus existens de Complicibus notitiam non habuit, ideo ipsimet Actori dictos Complices suprascripti tumultus specificare mandavit; Citatus vero quoniam pro sui relevantia nullos ad praesens inducit Testes, ideo de benignitate Judicij sui intra Quindenam eosdem inducere absque omni spe ulterioris dilationis eidem concessit, et terminum hac in parte reservavit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus quibus supra.

Mercurij 14ta Mensis Januarij

Gnrosus Janicki contra Ingenuos Terski, et Sokołowski ratione Aggressionis Cunæ Villæ Gruszow:

1 Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Gnrosus Stanislaus Janicki Roth-Magister Militiæ Districtûs Cyrzycensis, Bonorum Villæ Gruszow Possessor, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali contra Citatos suprascriptt proposuit super eo: Quia Ipsi non veriti rigorem pœnarum, contra infrascripta Attentantes sancitarum, tempore non ita pridem præterito videlicet Die 2da Mensis et Anni currentium, nocte profunda, scilicet ante ipsam noctem mediam, associatis in sui Consortium Complicibus, manu armata Curiam Villæ Gruszow invadere, tumultus illicitos /: quibus stantibus Gnrosus Ignatius Zawadzki interfectus est:/ exercere, Actoris Filium nomine Gregorium funibus ligare, graviter concutere, violentias plurimas inferre ausi sunt, et præsumpserunt. Ipsos ob præmissum attentatum factum, prævia exclusione de Albo Studiosorum Universitatis præsentis ad Forum competens pro sumendis ex Ipsis adæquatis pœnis remitti, ac quod Juris et justitiæ fuerit, statui et decerni debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenuorum Nicolai Terski, et Jacobi Sokołowski, Scholæ Rhetorices Universitatis præsentis Studiosorum, Citatorum ex adverso Principalium, salvis omnibus beneficijs Juris sibi in toto præcustoditis, ac præmissa solemni protestatione de calumniosa sui Citatorum in præmissa propositione circumscriptione, Contenta propositionis vera esse negantium, nec Arma etiam circa Visitationem Curiæ Villæ Gruszow se Citatos habuisse, cum eadem Arma, quæ stante visitatione dictæ Curiæ circa se Citatos extabant, fuerint per Gnrosum Osiecki sibi Citatis recepta, neque etiam Complices aliquos circa visitationem ejusmodi Curiæ assumpsisse dicentium, ac libertatem à Causa et termino petentium, Actoremq; ratione indebitæ vexæ ad Forum competens sæculare, additâ sibi Assistentiâ à Judicio præsenti remitti petentium.

11 Et Magnificus Dnus Rector auditis propositis, et responsis, Utriusq; Partis, in Causa præsenti Inquisitionem decrevit, et Testes Parti utriq; etiam in continenti inducere mandavit. Tandem

Supr.

suprascriptus Actor Testes Ingenuos Wdiakowski, Czarkowski, et ipsummet modernum Citatum Jacobum Sokołowski induxit, eosdemq admitti, examinari, ad Interrogatoria per se Actorem porrigenda prævio juramento postulavit. In præsentia quorum supra Citatorum, in admissionem Testium ex parte Actorea inductorum consentientium, et pro sui parte Testes Nobiles Przeworski, Stanislaum Markiewicz Famulos Gnrosi Andreæ Zawadzki et Gnrosi Osiecki inducentium, eosdemq pariter admitti, et examinari prævio juramento petentium. Ex adverso suprascriptus Actor excipiendo contra Testes ex parte Citata inductos: quoniam dicti Testes sunt suprascripti facti Complices, ideo eosdem rejci petijt. Et Magnificus Dnus Rector prælibatus Testes per Partem Actoream inductos admisit, et eosdem examinare mandavit. Testes verò ex parte Citata inducti quoniam non subsunt Jurisdictioni Judicij præsentis, ideo non intrando in cognitionem oppositæ per Actorem exceptionis, eandem Cathegoriam inductionis ad Forum competens Sæculare remisit. Ingenuum verò Sokołowski propter informationem Judicij sui pariter admisit, Causamq præsentem ad tempus expediendarum Inquisitionum distulit, et terminum conservavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Lunæ Sva Mensis Februarij.

Commissio dispositionis rerum post Intestatum Clarissimum olim Iwanski Collegam Majorem derelictarum. Testamentaria post intestatum

Comparentes personaliter Illres Clarissimi, et Adm Rndi MM. Antonius Michalski Phiæ Doctor, ejusdemq Regius Professor, Collegij Majoris Præpositus, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Canonicus, Andreas Cybulski Sæ Thæ Professor, Collegij ejusdem Consiliarius secundus, Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Canonicus, Officio præsenti Rectorali de fatis subsecutis Clarissimi et Adm Rndi olim M. Nicolai Iwanski Philosophiæ Doctoris, Cursus Vladislaviani Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiæ Parochialis in Zebrzydowice Curati Die hesterna, horâ vespertina septima detulerunt. Qui quoniam Intestatus decessit, dispositioq rerum derelictarum, et totius Supellectilis post Intestatum juxta Bullam Leonis X. ad Officium præsens Rectorale devoluta

Officium Coll. Jovis

existat, proinde aliquibus Viris probis de Gremio Universitatis praesentis ejusmodi Dispositionem committi ex munere suo petierunt. Et Magnificus Dnus Rector audita praemissa relatione de subsecutis fatis praedicti Clarissimi olim Iwanski, inhaerendo praeallegatae Bullae Leonis X. ac alijs Juribus, et Privilegijs in praemissis occurrentijs Universitati praesenti servientibus, ante omnia suprascriptos Clarissimos Exponentes in Executores praememorati Clarissimi olim Iwanski ex Officio suo elegit, Ipsisque facultatem, quatenus Sepulturam Corporis pie Defuncti peragant, Inventarium derelictarum rerum, et totius Massae Substantiae, in praesentia mei infrascripti Notarij conscribant, ac conscriptum judicialiter producant, concessit. Hoc suo Decreto ad praemissa mediante. Praesente me M. Antonio Kocikowski, Phiae Dre et Professore, Collega minore, Actorum Notario.

Mercurij, 10. Mensis Februarij.

Constitutio Bedelli Honorati Zastawski.

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Adalbertus Zastawski se in Bedellum Universitatis praesentis constitui, et legalisari debita cum instantia postulavit. In praesentia Honorati Jacobi Kowalski Judicij praesentis Rectoralis Fiscalis. Quoniam modernus comparens de nulla inhonestate vitae arguitur, proinde in Constitutionem Illius et legalisationem consentientis. Et Magnificus Dnus Rector praelobatus modernum Comparentem Honoratum Zastawski, recepto ab Ipso corporali juramento super servandis secretis Universitatis praesentis, quorum erit conscius, bono ejusdem Universitatis promovendo, et quae demandata fuerint, fideliter exequendis, in Bedellum Universitatis praesentis Ipsum constituit, et pro legitimo declaravit, omnia et singula munia Bedellos concernentia, Ipsi peragenda commisit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesente me quo supra Actorum Notario.

Veneris 26ta Mensis Februarij.

Productio Inventarij per Executt Clarmi olim Iwanski Intestati.

Coram

Coram Magnifico, Perillustri, Clarissimo, et Adm Rndo Dno M. Stanislao Filipowicz, Sae Theologiae Doctore &c Studij Generalis Almae Universitatis Cracoviensis Rectore, ac in Ejus publica Causarum Audientia comparens personaliter Illustris, Clarissimus, et Adm Rndus M. Antonius Michalski Phiae Doctor et Professor, Collegij Majoris Praepositus, Ecclesiae Collegiatae Sae Annae Canonicus suo, tum Illustris, Clarissimi, Adm Rndi M. Andreae Cybulski Sae Thae Professoris, Collegij majoris Consiliarij secundi, Ecclesiae Collegiatae Sancti Floriani Clepardiae ad Cracoviam Canonici, uti et tanquam Clarissimi, Adm Rndi olim Nicolai Iwanski, Philosophiae Doctoris, Cursus Vladislaviani Professoris, Collegae Majoris, Parochialis in Zebrzydowice Curati, Intestati, ab Officio praesenti Judicij Rectoralis Dativi Coexecutoris nomine, satisfaciendo Decreto Judicij praesentis Inventarium rerum, ac Massae totius Substantiae post fata dicti Clarissimi olim Iwanski derelictae, ubicunque reperibilis fideliter conscriptum, necnon connotationem debitorum per dictum Clarissimum olim Iwanski quasi contractorum, et à varijs Creditoribus specificatorum produxit, et ad liquidationem ejusmodi debitorum procedi debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector praelibatus ex rationibus, animum suum permoventibus Causam praesentem ad Quindenam distulit, et terminum conservavit. Praesentibus quibus supra. 1.

Lunae Ima Mensis Martij.

Fiscalis contra Ingenuum Tyrski ratione Usurpationis Privilegij Studiosorum. 2.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Honoratus Jacobus Kowalski Fiscalis Officij Judicij praesentis, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali contra Ingenuum Tyrski, assertum Studiosum Universitatis praesentis, ad sistendum se Judicio praesenti pro Die, et termino hodierno, legitimè Citatum proposuit super eo: Quia Ipse sciens se per Decretum Judicij praesentis Die 2da Mensis Aprilis Anno Millesimo, Septingentesimo, quadragesimo quinto latum de Albo Studiosorum Universitatis praesentis proscriptum, se se nomine Studiosi jactitare,

Privilegijs Studiosorum abuti, et sub pretextu eorundem varias inconvenientias exercere ausus est, et presumpsit, eaque et presumit. Proinde accusata contumacia supra positarum violentiarum Citati legitimè, pro die et termino hodierno non comparenti, pro allegatum Decretum debitæ executioni demandari, et pro formando Processu contra dictum Citatum ratione abusûs Privilegij se Actorem ad Forum competens pro sumendis ea Eo pœnis de jure prescriptis remitti debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector Citatum supra scriptum diutiùs ultra horam Audientiæ expectatum, non comparentem, contumacem, prout meritò erat, adinvenit, visoque Decreto Judicij presentis de Anno, Die, et Mense supra specificatis, idem Decretum debitæ executioni demandavit, supra scriptoque Actori facultatem contra Citatum agendi in Foro Ubiquitario ratione abusûs Privilegij Studiosorum concessit. Decreti presentis vigore ad premissa mediante. Presentibus quibus supra.

Veneris 5ta Mensis Martij

Fiscalis contra Clarissimos et Excellentes Seniores ratione non productionis, tum præfectæ Conscriptionis Catalogorum Studiosorum. Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Fiscalis Officij Judicij presentis, in termino ex Citatione verbali, contumaciam moderni Directoris Scholæ Sancti Nicolai extra mœnia Cracoviæ extantis, quatenus non comparentis accusavit, contra verò Excellentes Professores, et Seniores Scholarum, et Contuberniorum, hiè Cracoviæ consistentium proposuit super eo: Quòd nonnulli personarum, et quidem ex Schola Rhetorica, Poetica, et Grammatica nullos Catalogos Studiosorum porrexerunt. Reliqui verò licèt porrexerint, eos sæpe defectuosos, nempe sine specificatione Annorum, Mansionis, et diligentiæ. Proinde eosdem ob premissa puniri, et quatenus dictos Catalogos plenius conscribant, cum specificatione Anni, quo quis Cracoviam Studiorum causâ accessit, et subinam à primordijs studiis, quo Anno in Schola, vel Contubernio habitare cœpit, ac quot Annis manet, quo Anno natus, etan in hac Schola, vel Contubernio immutabiliter mansit, aut manet, necnon cum specificatione Patriæ, Vitæ, modestiæ, et profectus, nempe quot Annis quis aliquam Scholam causâ Studiorum frequentaverit, et frequentat, quibus Præceptoribus utitur, et usus est, an sit Albo Vniversitatis inscriptus, et quo Anno, vel prescriptionis capax, quas Lectiones aliquis in Classibus, vel Publicas

in Philosophia, Mathesi, Jure, Medicina, et Theologia audivit et audit, incipiendo ab Arithmetica, Poetica et Rhetorica, Dialectica, Geographia, et Computu Ecclesiastico, et an omnes illas habet, ac intelligat demonstrare, sub pœnis gravibus injungi; Directorem verò suprascriptæ Scholæ Sancti Nicolai contumacem reputari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector exceptò Excellente M. Jacobo Marciszowski Seniore Contubernij Jurisperitorum, ad præsens Recollectionibus ad suscipiendos Ordines impeditò, Directorem Scholæ Sancti Nicolai contumacem prout meritò erat, reputavit, et pro secundo citandum esse censuit. Cum alijs verò Causam præsentem ad Quindenam distulit, et terminum conservavit. Præsente Illri Clarissimo Antonio Zołędziowski, Phiæ Doctore, ejusdemq Regio Professore, Collega Majore, et me Antonio Kocikowski Actorum quo supra Notario.

Inductio Testium per Ingenuum Majowski in Causa Fiscalis ratione Inconvenientiarum. 1

In termino hodierno ex Actis, et conservatione illius Die Lunæ 11ma Mensis Januarij Annò currenti judicialiter facta, et connotata provenienti, in publica Causarum Audientia comparens personaliter Ingenuus Joannes Majowski Scholæ Rhetorices Alumnus originaliter Citatus, Principalis, Testes pro sui relevamine Nobilem Albertum Małecki, Florianum Mikołaiowski Artis Chirurgicæ, idque in Causa assertæ infestationis hominum varij Status et Conditionis, tumultus excitationis, quasi per se Citatum attentatorum induxit, eosdemq admitti, et prævio juramentò de dicenda veritate præstari solito, examinari mandari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector Testes, per modernum originaliter Citatum pro relevamine comparentem inductos admisit eosdemq prævio corporali juramentò, juxta Interrogatoria per Partes, tam Actoream, quam modernum Citatum porrecta in Officio præsenti examinare mandavit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Jovis 10va Mensis Martij 2.

Clarissimus Marciszowski contra V. Karski ratione impictæ Calumniæ. Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Clarissimus

et Adm Rndus M. Jacobus Marcizzovzli Utriusq; Juris Professor, Contubernij Jurisperitorum Senior, Ecclesiæ Collegiatæ Vicensis Canonicus, Principalis Actor, in termino hodierno ex Citatione verbali contra Citatum infra scriptum proposuit super eo: Quia Ipse nonveritus rigorem pœnarum, tam Divino, quam humano contra Calumniatores sancitarum, post multas injurias et lesiones in et contra se Actorem, suamq; Authoritatem Senioralem, jam alias in ante attentatas, gravaminidam tandem calumniam ratione acsi cujusdam inhonestæ conversationis, et Coctricis sui Contubernij impregnationis spargere, nec facto ubi debuerat recursu, eoq; ipso contra juramentum et fidem publicam procedendo, eandem calumniam coram variis diversi Status Personis temerè spargere, sicque honorem sui Actoris, et intaminatam famam ledere ausus est, et præsumpsit. Proinde contra Ipsum pœnam talionis extendi, ipsumq; ex Contuberniò ejici, et ad revocationem publicam objectorum stringi debita cum instantiâ postulavit. In præsentia V. Joannis Katali M.O. Clerici, præfecti Contubernij Jurisperitorum Alumni, Citati ex adverso Principalis, Actorem in aliquo calumniatum justè negantis. Et adverso Actor quoniam supra specificatas calumnias, honori sui Actoris lesivas sparsisse se Citatus negat, et ex vehementibus præsumptionibus conjicitur ejusmodi sparsas Calumnias in Personam Citati redolere, proinde dicto Citato juramentum ad purgandum sua negata defert. In contrarium Citato, in sua ut supra, negatione perstitente, et locum dellato juramento non esse inferente, ex quo Actor quidquid objicit, probare tenetur suè per Documenta, suè per Inquisitionem juratoriam. Et quoniam ad probanda hæc non se Actor trahij, ideo se liberum à Causa et termino pronunciari postulante. Et Magnificus Dnus Rector auditis Partium controversijs, Actori sparsam per Citatum calumniam per Testes probare, eodemq; in Octava statuere mandavit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Lunæ 22da Mensis Martij

Item contra eundem.

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Christianus, et Adm Rndus M. Jacobus Marcizzovzli, Utriusq; Juris Professor, Contubernij Jurisperitorum Senior, Ecclesiæ Collegiatæ Vicensis Canonicus, Principalis Actor, in termino hodierno ex Actis et conservatione illius Die 18va Mensis et Anni currentium provenienti, Testes videlicet VV. Antonium Zdziennicki Contubernij

Consiliarium

Consiliarium Joannem Kidawski Philosophiæ Baccalaureos, Hilarium Przeciszowski Gnrosum Franciscum Rosciszowski, et Stanislaum Kobylecki, ejusdem Contubernij Alumnos, Juris-Prudentiæ Auditores in Causa occasione sui Actoris pro impicta Calumnia, in Citatione originali specificata, per infra scriptum Citatum læsionis, Testes induxit, eosdemq; examinari, et admitti prævio juramentô corporari debita cum instantia postulavit. In præsentia V. Joannis Karski M. O. Clerici, Contubernij Prædicti Jurisperitorum Alumni, Citati ex adverso Principalis contra VV. Zdziennicki, Przeciszewski, ex quo sint Actoris familiares, Gnrosus Rosciszewski ex quo sit sui Citati Inimicus, Actorisq; Consiliarius, excipientis, et in reliquos consentientis. Ex Adverso quoniam domestica domesticâs probantur, omnisq; suspitio per juramentum tollitur, nulloq; documentô exceptio asserta per Citatum probatur, ideo ejusmodi assertas exceptiones Citati, uti irreales, et illegitimas rejci petijt. In oppositum Citatus se ad exceptionem supradictam retulit, ejusmodiq; exceptuatos Testes rejci flagitavit. Et Magnificus Dnus Rector rejectis per Citatum allegatis exceptionibus, uti nullo documentô justificatis, Testes per Actorem superinductos, omnes, et singulos admisit, eosdemq; prævio corporali juramentô, in Officio suo juxta Interrogatoria per Partes porrigenda examinari mandavit, Causamq; præsentem ad Secundam Juris distulit et terminum conservavit. Præsentibus Illri Clarissimo, Adm Rndo M. Antonio Zołędziowski, Philosophiæ Doctore, ejusdemq; Regio Professore &c et me quo supra Actorum Notario.

Lunæ 29na Mensis Martij. 1

Idem contra eundem.

Juxta exigentiam termini hodierni ex Actis, et conservatione illius, in publica Causarum Audientia comparens personaliter Clarissimus et Adm Rndus M. Jacobus Marciszowski, Phiæ Doctor, et Utriusq; Juris Professor, Contubernij Jurisperitorum senior, Ecclesiæ Collegiatæ Voinicensis Canonicus, Principalis Actor, Dicta, et Depositiones Testium juratorum, in Causa occasione sui Actoris per impictam calumniam in Citatione originali specificatam per infrascriptum Citatum læsionis in Judicio præsenti expeditas legi, et publicari, ac desuper Decretum definitivum ferri debita cum instantia postulavit. In præsentia V. Joannis Karski, Contubernij prædicti Jurisperitorum Alumni, se Citatum ad exceptionem Testium in anteriori termino oppositam referentis, et quod Dicta Ipsorum nullam possint

habere attendentiam præcustodientis. In contrarium Actor quoniam exceptio asserta, per Decretum opposita, jam sit per Decretum Judicij præsentis elisa, ideo præcustoditionem ejusdemmet Citati nihil ad præsens valere allegavit, et ut supra pro publicatione dictorum institit. " Et Magnificus Dnus Rector ex rationibus, Animum suum permoventibus Causam præsentem ad Primam Juris distulit, et interea quatenus Citatus super nova Cathegoria in verbo allegata Testimonia pro Prima Juris producat, mandavit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Lunæ 5ta Mensis Aprilis

1 Clarissimus Marciszowski ctra V. Karski.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Clarissimus et Adm Rndus M. Jacobus Marciszowski Phiæ Doctor U. J. Pr Contubernij Jurisperitorum Senior Eccleæ Colgtæ Voinicen Canonicus, Principalis Actor, in termino hodierno ex Actis, et conservatione illius Die Lunæ 29. Mensis Martij Annô currenti judicialiter facta et connotata provenien providendo indemnitati sui honoris, et integritati famæ, ne sparsa et divulgata per quemcunq falsum Delatorem, contra quem in Judicio præsenti solemniter imo solemnissimè protestatur, impictaq sibi Actori calumnia quomodocunq noceat et bonum suum Nomen lædat, proinde ad emundationem, et plenissimam probationem innocentiæ suæ quæ jam alias magna in parte publicè innotuit, Testes fide dignos videlicet Adm Rndum Laurentium Matuski, Contubernij Jurisperitorum Consilianum primum, VV. Antonium Dziennicki Consilianum secundum, Secundæ Laureæ Candidatos, Paulum Preis, Antonium Brzostowski M. O. Clericos Jurisprudentiæ Auditores induxit, eosdemq admitti et juxta Interrogatoria per se ad præsens producta, prævio corporali juramentô examinari mandari, et per Decretum ex ijsdem Inquisitionibus ferendum se immunem ab impicta calumnia declarari debita cum instantia postulavit. Et " Magnificus Dnus Rector quoniam Modernus Actor ex nullo termino novam Cathegoriam in Judicio præsenti proposuit, nec pro satisfactione Decreto anteriori institit, taliterq contra ordinem Processus petita sua intulit, ideo ijsdem petitis Actoris, nisi prævia satisfactione anteriori Decreto locum non esse declaravit. Tandem Actor in vim meliorationis Processus in Causa occasione sui Actoris per impictam

calumn.

calumniam in Citatione originali specificatam per infrascriptum Citatum læsionis, quoniam sæpefatus Citatus Decreto anteriori Judicij præsentis non satisfacit, nec Testimonia aliqua produci injuncta ad præsens producit, proinde eundem in Allegatis suis succubuisse declarari, et pœnas ratione temere Allegatorum extendi postulavit. In præsentia V. Joannis Karski, Contubernij Jurisperitorum Alumni M. O. Clerici, Citati ex adverso Principalis, satisfaciendo Decreto anteriori Judicij præsentis Testimonium producentis, et ad plura procedendo Terminum ad Primam Juris prorogari petentis. Et Magnificus Dnus Rector attenta petitione Citati terminum ad producenda plura Testimonia prorogavit, et quatenus eadem Primâ Juris producat, injunxit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus Illustri Clarissimo, Admodum Rndo M. Thoma Muszynski, Utriusque Juris Doctore, Sæ Theæ Professore Ecclesiarum Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ ac Sæ Annæ Canonico, Parochialis Sancti Nicolai extra Muros Præposito, et me quo supra Actorum Notario.

Admissio ad Privilegia Bibliopolarum Nobilis Kobylanski.

1

Comparens personaliter Nobilis Dominicus Petrus Kobylanski Bibliopola Leopoliensis, Principalis se ad Privilegia Universitatis præsentis, Bibliopolis servientia admitti debita cum instantia postulavit Et Magnificus Dnus Rector auditis moderni Comparentis petitis, ante omnia recepto ab eodem super Catholicæ Fidei professione, necnon promovendo Bono Universitatis ac denique super obedientia in honestis et licitis, sibi, ac Successoribus suis Universitatis hujus Rectoribus præstanda, corporali juramento, eundem ad omnia et singula dictæ Universitati Privilegia, gratiose concessa etiamque ad Bibliopolas omnes, et singulos extensa admisit et Decretum præsens Ipsi extradi ex Cancellaria Judicij sui mandavit. Præsentibus Illustri Clarissimo, et Admodum Rndo M. Thoma Muszynski, Utriusque Juris Doctore, Sæ Theologiæ Professore, Ecclesiarum Collegiatarum Sanctorum Omnium,

ac Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonico, Parochialis Sancti Nicolai extra Muros Præposito, et me M. Antonio Kochowski Phicæ Drē et Pfē Collega Minore, Actorem Notario.

Mercurij 1ma Mensis Aprilis.

1 Denunciatio defatis Mris olim Cybulski Sæ Theæ et Pfis

Comparens personaliter Illustris Clarissimus et Admd Rndus M. Antonius Michalski Phicæ Drē et Pfē Collega Major Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Canonicus Collegij Majoris Præpositus, Testamentaria Instituti in Assistentia Illustris Clarissimi et Admd Rndi M. Antonij Krzygrowski Sæ Theologiæ Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani Cleparicæ ad Cracoviam Canonici, Executor Parochialis in Smardzowice Curati, defatis Illustris Clarissimi, Admd Rndi olim M. Andreæ Cybulski, Sacræ Officium Theologiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Majoris Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani Cleparicæ ad Cracoviam Canonici, Die hodierna horâ 3tiâ pomeridianâ subsecutis, tum quod dictus Illustris olim Cybulski nullum Testamentum in scripto condidit sed solummodò prætatum Illustrem Krzygrowski in Executorem nominavit Officio præsenti detulit, et denunciavit et pro Approbatione in Executorem ejusdem Illustris Krzygrowski instituit. Et Magnificus Dnus Rector audita moderni Comparentis relatione defatis subsecutis pie defuncti Illustris Cybulski, et attentâ ejusdem instantiâ, Illrem Krzygrowski supprascriptum Executorem nuncupativum approbavit, ac Eidem modernum Comparentem addidit qui taliter ut supra in Executores constituti quatenus rei pie Defuncti post exportationem Corporis Ejus in præsentiâ Notarij conscribant injunxit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsente me quo supra Actorum Notario.

Mercurij 2 Ma Mensis Aprilis.

2 Devota Olechowszczanka alias Tomatt Popstawska.

In termino hodierno, ex Citatione verbali proveniente comparens personaliter in publica Causarum Audientia Devota Lovalia Olechowszczanka, Principalis Actrix contra Citatos supra scriptos

propos.

proposuit super eo: Quia Ipsi, et quidem Ipsiusmet Citati Conjunæ Die Decimâ, septima Mensis et Anni currentium se Actricem nulla habita ratione, verbis contumeliosis afficere, Ipse verò Citatus concutere velle, et subsequenti die in via publica verbis probrosis, contumeliosis, bonam famam denigrantibus lædere, à verbis ad verbera procedendo, pugnò aliquoties colaphum impingere, per vanas Corporis partes concutere, converberare, obsanguinolare, ad terram prosternere, et alias injurias personales inferre, ausi sunt, et præsumpserunt. Ipsos propterea condignè puniri, compensationem dolorum, inde secutorum, deprecationemq; solemnem eidem præstandam injungi, et quod Juris, ac justitiæ est, statui, et decerni debita cum instantiâ postulavit. In præsentiâ Famatorum Michaelis Poplawski, et Evæ Conjugum, Citatorum ex adverso Principalium, salvis omnibus beneficijs Juris, sibi in toto reservatis, et præmissâ solemni protestatione contra Actricem de indebita impetitione ad propositionem Actricis modificatè respondentium, et se se liberos à Causa, et termino pronunciari petentium. Et Magnificus Dnus Rector auditis Partium propositis, et responsis, agnitaq; Citati propriâ oris confessione, proinde eundem Citatum tam pro incontinentiâ Uxoris suæ, quam pro attentato publico facto per ipsummet Citatum perpetrato, punibilem esse adinvenit, et quatenus compensando dolorem passæ Marcas quinque in instanti enumeret, deprecationem exnunc judicialiter faciat, Sessionemq; Carceris ad liberum Nostrum arbitrium explendam subeat, decrevit, et ne similiâ in posterum attentare audeant, sub pœnis gravioribus inhibuit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsentibus Illustri Clarissimo Adm Rndo M. Antonio Zołędziowski, Philosophiæ Doctore et Professore, Collega Majore, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonico, et Me M. Antonio Kocikowski, quo supra Actorum Notario.

Lunæ 26. Mensis Aprilis.

Honesti Nowogorscy contra Ingenuos Wielgoszowski, et Hodorowicz.

Personaliter comparens in publica Causarum Audientiâ

Honestus Antonius Nowogorski suo, et Hedvigis Consortis
1 suæ nomine Actor, Principalis, in termino ex Citatione verbali pro-
venti contra infra scriptos Citatos proposuit de et super eo: Quia
Ipsi nulla habita ad se Actorem, suamq Consortem occasione, se Actores
graviter concutere, et alias injurias personales inferre ausi sunt, et præsum-
pserunt. Ipsos ob præmissum factum condigne puniri, ac quod Juris, et justi-
tiæ fuerit, statui, et decerni debita cum instantia postulavit. In præsentia
Ingenuorum Valentini Wielgoszowski Scholæ Dialectices Auditoris, Mathiæ
Hodorowicz Scholæ Parochialis Alumni Citatt ex adverso Principalium, salvisq
et præmissa solemni protestatione contra Actores de indebita sui impetitione
ad propositionem Actoris modificate respondentium et se liberos a Causa, et
termino pronunciari peten. Et Magnificus D. Rector auditis Te-
stes Partibus ad proban factum in termino futuro advenienti nominare,
et inducere mandavit, et Caam præsen ad 1ma Junis distulit, et terminum
conservavit. Præsentibus quibus supra.

Fiscalis Officij contra Studiosos.

2. In publica Caar Audiga comparens personaliter Fiscalis Offij Judicij
præsen in termino hodierno, ex Citatione verbali provenien stra Ingenuos
Thoma Korniewicz Franciscum Brzyskiewicz Scholæ Poëseos Alumnos, Jose-
phum Krolikowski Scholæ Dialectices, Gasparum Gorayski, Michae-
lem Molęcki, Joannem Widawski Scholæ Rhetorices Auditores
Simonem Terpinski, Blasium Ziemblinski, Paulum Zabicki,
Franciscum Kozłowski, Thomam Trelinski, Josephum Sienko-
wski, et Stanislaum Gorecki proposuit super eo: Quia Ipsi non ve-
riti rigorem pœnarum contra infrascripta Attentantes sancitt in Festo
S. Adalberti Anno curren, cum Militibus Mrmi Hieronymi Wielo-
polski Pincernæ Regni, tumultus varios, tam hic Cracoviæ, quam etiam
Clepardiæ, necnon in alijs locis ausi sunt excitare, et præsumpserunt.
Proinde contra Ipsos ratione præmissorum pœnas condignas extendi,
ac quod Juris, et justitiæ est, statui, et decerni debita cum instantia po-
stulavit. Et Magnificus Dnus Rector quoniam ex supra scri-
ptis Citatis non omnes pro die, et termino comparent, proinde non
Comparentes pro futuro termino adcitare mandavit; Cum Comparen-
tibus vero Causam suspendit, et quatenus se moderni Comparentes
modeste gerant, sub pœnis gravissimis Ipsis injunxit, Causamq
præsentem ad Primam Junis distulit, et terminum conservavit.
Præsentibus quibus supra.

Mercurij 28 Mensis Aprilis.

1 Fiscalis contra Studiosos.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Fiscalis Officij praesentis Judicij, in termino hodierno ex Actis, et conservatione illius sub Die 6ta Mensis Aprilis provenienti contra infrascriptos Citatos proposuit de et super eo: Quia Ipsi cum Militibus Illmi Hieronymi Wielopolski Pincernae Regni tumultus varios excitare, taliterque Decreto Judicij praesentis Rectoralis contravenire ausi sunt, et praesumpserunt. Ipsos proinde exemplariter puniri de Numero Studiosorum proscribi debita cum instantia postulavit. In praesentia Ingenuorum Thomae Korniewicz Poëseos, Josephi Krolikowski Dialectices, Gaspari Gorayski Rhetorices, Michaelis Brzyskiewicz Poëseos, Michaelis Molęcki Francisci Kozłowski Rhetorices Alumnorum, ad objecta modificate respondentium, et praecipue Ingenui Korniewicz se enormiter fuisse à Famulo Aulico ejusdem Illmi Pincernae Regni, ac alijs Militibus, videlicet Miller, Jodłowicz, et Pęczkiewicz laesum dicentis, et se ~~liberum~~ à termino et Causa liberum pronunciari petentis ac Assistentiam cum ijsdem agendi dari sibi flagitantis. Et Magnificus Dnus Rector hac in Causa Inquisitionem decrevit, et quatenus tam Actor, quam Citati Testes pro Prima Juris inducant, injunxit, Non Comparentes verò adhuc adcitare mandavit. Praesente me M. Antonio Zołędziowski Regio Phiae Pfre, Collega Majore, Collegiatae Sae Annae Canonico, Substituto Notario.

2. Gnrosus Włodecki contra Ingenuum Majowski

In termino hodierno ex Citatione verbali provenien comparens personaliter Gnrosus Ignatius Włodecki Actor Principalis accusata contumaciâ Ingenui Majowski Scholae Rhetorices Alumni, contra dictum Citatum proposuit de et super eo: Quia Ipse circa Monasterium Sancti Andreae varios tumultus saepius excitando, Actorem verbis corrosivis laesit, Illumq confusione affecit. Proinde Ipsum ad restitutionem famae Decreto Judicij praesentis stringi, deprecationem publicam injungi, ac quod Juris fuerit, statui, et decerni, debita cum instantia postulavit. Et Magnificus

Dnus Rector Citatum contumacem declaravit, et eundem pro secundo adcitare mandavit. Præsente me quo supra Substituto Actorum Notario.

1 Nobiles Nowogurskie contra Ingenn. Wilgoszowski &c.

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Honestus Antonius Nowborski suo, et Hedvigis Consortis suæ nomine contra Ingenuos Wilgoszowski et Hodorowicz Studiosos repetita anteriori sua Instantia, Testes nempe Nobilem Michaelem Sikorski Aulicum Mrmi Capitanei Volbramen, Franciscum Dulski, et Albertum Wolenski Milites Cracovien, inducerunt, et eosdem ad perhiben fidele veritatis testimonium admitti, jurari, et examinari debita cum instantia postularunt In præsentia Citatorum, etiam pro sui parte Testes inducen videlicet Ingenuum Mathiam Bugayski Studiosum Scholæ Poëseos, Urbanum Prokopowicz Rhetorices Alumnos, eosdemq; pariter admitti jurari, et examinari postulantium. Et Magnificus Dnus Rector Testes per Partem utramq; inductos admisit, et eosdem in Officio suo examinandos esse mandavit, et terminum conservavit. Præsente me quo supra Notario

2. Clarissimus Marciszowski stra V. Karski.

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Mris Clarissimus Adm Rndus M. Jacobus Marciszowski Phiæ Dr U. J. Pfr, in termino ex dilatione sub Die Lunæ 3ta Mensis Aprilis Anni curren provenienti supersedendo à justificatione V. Joannis Karski M. O. Clerici, Citati respective quo ad producen Testimonia, uti et tanquam ad Causam præsentem, et principale Negotium minus opportuna et eundem Citatum minime relevantia, ante omnia inhærendo Instantiæ suæ, in Termino anteriori de Die Mense et Anno specificatt, in Judicio præsen factæ et salvo per omnia lato ante Decreto Suspensionis Causæ futuris in terminis unà cum decisione ejusdem resolvendæ, modò duntaxat ad tollendam omnem infamiæ notam et recuperandam sibi Actori bonam famam, per quemcunq; Calumniatorem læsam, tum ad vindican

ab

iniqua diffamatione innocentiam suam, ne dicta Malitiosi cujuscunq Delatoris calumnia honori sui Actoris aliquando, et quomodocunq noceat, aut praejudicet, Testes super honesta Conversatione, et integritate vitae sui Actoris, jam alias in ante in termino coram Judicio praesen de Nomine, et cognomine specificatos, et inductos admitti ac praevio juramento, examinari, seque Actorem à suprafata iniqua calumnia liberum, et immunem declarari debita cum instantia petijt. In praesentia V. Joannis Karski M. O. Clerici originaliter Citati, satisfaciendo Decreto anteriori Testimonium secundum producentis, et in Negotio principali tergiversantis. Et Magnificus Dnus Rector V. Joannem Karski Citatum satisfecisse Decreto anteriori adinvenit, et ulterius in Negotio principali Partibus procedere mandavit, et alias Decretum reassumendo, et suspensionem resolvendo, ad lectionem earundem Inquisitionum condescendit. Tandem lectis Inquisitionibus Testium, hac in Causa juratorijs, ex quibus quoniam manifeste liquet; quod V. Karski Citatus, ex praeconcepto contra Actorem odio eundem Actorem, tam coram Alumnis Contubernij, quam coram alijs extraneis Personis, etiam in Dignitate existentibus, diffamare ausus est, et praesumpsit, seq de facta infammatione, et delatione temeraria ejusdem Actoris jactitaverit, nisi sparsa contra Actorem objecta probaverit, punibilem esse adinvenit, Actoris verò ad emundationem sui Testes, jam alias inductos admisit, eosdemq praevio juramento corporali, examinari mandavit, et terminum conservavit. Tandem Citato Appellante. Cujus Appellatio est refutata. Iterum à Refutatorijs appellante. Et Magnificus Dnus Rector stetit in Decretis. Praesente Illri Clarissimo, Adm Rndo M. Antonio Zołędziowski Regio Phiae Pfre, Collega Majore, Ecclesiae Colgtae Scae Annae Crac Canonico, et me quo supra Actorum Notario.

Veneris 30ma Mensis Aprilis

Fiscalis contra Studiosos.

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Fiscalis Officij Judicij praesen in termino ex Actis et Citatione pro hodie incidenti, accusata contumaciâ Ingenuorum Tho-

mæ Korniewicz Josephi Krolikowski Gaspari Gorayski, Francisci Brzyskiewicz Josephi Sienkowski, Bartholomæi Tracinski, Sebastiani Zabicki, Thomæ Widawski, in quantum non comparentium, petijt eos ad parendum Decreto Die 20. Mensis et Anni currentis lato stringi. In præsentia Citatorum satisfaciendo prælibato Decreto Testes videlicet Albertum Słupski Artis Sutoreæ Socium, Joannem Kotyni Negotiatorem salva plurium si opus fuerit inductione, pro parte sui nominantium, eosdemque jurari, et examinari juxta Interrogatoria per se Citatos porrigenda debita cum instantia postulantium.

" Et Magnificus Dnus Rector Testes inductos admisit eosque prævio juramento corporali examinandos ad Cancellariam Officij sui remisit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsente me quo supra Actorum Notario.

1 Gnrosus Włodecki contra Ingenuum Majowski

Comparens personaliter in publica Causarum Audientia Generosus Ignatius Włodecki, Actor Principalis, in termino ex Actis et conservatione illius sub Die Vigesima Octava Mensis et Anni currentium, provenienti contra infrascriptum Citatum proposuit de et super eo: Quia Ipse circa Monasterium Sancti Andreæ Apli hic Cracoviæ consistentis varios tumultus excitando, supra scriptum Actorem verbis corrosivis læsit, Illumque confusione affecit. Proinde Ipsum ad restitutionem famæ Decreto Judicij præsentis stringi, sibi Actori deprecationem publicam injungi, ac quod Juris et justitiæ fuerit, statui, et decerni debita cum instantia postulavit.

" Et Magnificus Dnus Rector quoniam ultra Allegata in propositione multas alias inconvenientias, et ebrietates idem Citatus perpetrare ausus est, et præsumpsit, eundem in instanti quinquaginta plagis afficiendum esse censuit, ac ut à similibus abstineat, sub pœna proscriptionis inhibuit. Præsente me M. Michaele Czyrnicki, Philosophiæ Doctore et Professore, Collega Majore, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonico, Actorum Substituto Notario.

ACTA ACTORUM
Judicij Rectoralis
ALMÆ VNIVERSITA-
TIS CRACOVIENSIS
Rectoratu V.

Magnifici Perillris Clarissimi et Adm Rndi Domini, Dñi M. Stanislai Lilpsovicz, Sæ Phiæ Doctoris et Professoris, Collegij Majoris Senioris Patris, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Decani, Curelioviensis Scholastici Parochialium Præmicovien Præpositi, in Igotomia Curati Contuberrij Staringeliani et Alumnatus Rozzoreviani Provisoris Studij Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis vigilantissimi Rectoris

Commutatione Æstivali

Annô Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo Primo.

per me

M. Antonium Michalski Philosophiæ Doctorem, et Professorem, Collegam Majorem, Ecclesiæ Collegialis Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonicum, Constitutum tunc Notarium

ACTICATA.

Lunæ 10. Mensis Maji.

Clarissimus Marciszowski contra V. Karski.

Coram eodem, quo supra Magnifico Dno Rectore in publica Causarum Audientia comparens personaliter Illris Clarissimus, Adm Rndus M. Jacobus Marciszowski, Phiæ Doctor, et Utriusq Juris Professor, Contubernij Jurisperitorum Senior, Actor Principalis, in termino ex Actis, et adcitatione, tum salvis pœnis pro Contumacia contra Citatum extendendis, eundem Citatum, si quid contra Testes, jam alias in anterioribus terminis inductos habet, et dicit, ad respondendum stringi, tum ad satisfaciendum Decreto Die Vigesima Octava Mensis Aprilis Anno currenti lato, Ipsum Juris medijs cogi et compelli, debita cum instantia postulavit. In præsentia Citati suprascripti stando sub tuitione Appellationis se præallegato Decreto parere non teneri allegantis. Ex adverso Actor Citatum eidem Decreto parere debere, ex quo et Appellatio per eundem interposita fuerit refutata, ac nulli Juris fundamento innixa, tum quod is idem Citatus in terminis anterioribus se Objecta probaturum promisit, dixit, et ut supra institit. Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus quoniam Appellatio per Citatum interposita fuerit refutata, nec constet ex Actis ad Quem de Jure appellaverit, et quantumvis constaret, nil in contra producit, ideo Citatum non debere se Appellatione tueri, nec locum exceptionis ejus habere posse adinvenit ac directè respondere mandavit, et terminum conservavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus Illri Clarissimo, Adm Rndo M. Antonio Zołędziowski, Phiæ Doctore, et Professore, Collega Majore, Ecclesiæ Collegiatæ Sæ Annæ Crac Canonico, Parochialium Ucussiensis Præposito, in Krzęcice Curato, et me quo supra Actorum Notario.

Lunæ 24. Mensis Maji

Seniores Artis Pictoreæ contra Honoratum Franciscum Romanowski, Artis ejusdem Magistrum.

Coram S in publica Causarum Audientia comparentes personaliter Honorati Josephus Romaniecki Senior, Dominicus Mandzini Vice-Senior Congregationis Artis pictoreæ, Suo, et totius ejusdem Congregationis Nomine, Actores, Principales, in termino ex Citatione verbali pro hodie legitimè incidenti contra infrascriptum Citatu proposuerunt de et super eo: Quòd posse suprascriptos Magistros coram variis Personis, minimè attentis contra ejusmodi Attentantes pœnis, diffamare ausus est, et præsumpsit. Posse proinde ad restitutionem famæ suæ mediis stringi, pro præmissis exemplariter puniri debita cum instantia postulârunt. In præsentia Honorati Francisci Romanowski, Artis præfactæ Magistri, narrata, prout narrantur, vera esse negantis. Et Magnificus Dnus Rector Causam præsentem ad crastinam Juris distulit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Clarissimus Marcinowski contra V. Karski. 1

Coram S in publica Causarum Audientia comparens personaliter Illus Clarissimus Adm Rndus M. Jacobus Marcinowski, Phiæ Dr Utriusq; Juris Professor, Collegiatæ Vilnicen Canonicus, Contubernij Jurisperitorum Senior, in termino ex Actis, et conservatione illius sub Die Lunæ 10. Mensis et Anni currentis accusatâ contumaciâ V. Joannis Karski M. G. Clerici, Jurisprudentiæ Auditoris, Citati, in quantum non comparentis, nec objecta contra se Actorem in Judicio præsenti jam aliàs in terminis anterioribus illata quomodocunq; justificantis, in illius contumaciam Inquisitiones juratorias in ordine ad emundationem sui Actoris expeditas legi, ex iisdemq; mediante Decreto Judicij præsentis immunem de à Calumnia per Citatum sparsa declarari, necnon pro prædictis diffamationibus, lationibus, tum aliis injurijs, in propositione originali specificatis pœnas jam alias per anterius Decretum, suspensas revolvi, et in eundem Citatu extendi debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector Citato pro contumaci reputato, ad lectionem Inquisitionum condescendit, quibus lectis, Venerabilem Præs pro meliori Judicij sui informatione sufficientius examinandum esse censuit, et terminum conservavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præ-

sentibus quibus supra.

Mercurij 26. Mensis Maji

Coram &c in publica Causarum Audientia comparens personaliter Dñus Casimirus Dziennicki Compalestrita dicti Crastin termino ex Citatione verbali in diem hodiernam incidenti contra infrascriptum Citatum proposuit dicit super eo: Quia ipse ad multas postulationes habens sibi ab Actore pro die unica accommodatam vestem inferiorem, adhuc Anno praeterito acceptâ, eandem hucusq restituere non vult, verum ad hoc usq tempus detinet ac in usus suos saepe saepius convertendo, eam notabiliter deterioravit, et dilacerabit, magisq deteriorat, et dilacerat. Subsequenti tandem tempore inita segum Actore verbali complanatione, eidem satisfacere renuit. Proinde facto judicialiter uti à verbali Complanatione recessit, ad solutionem valoris ejusdem Vestis aut restitutionem alterius non deterioratæ dictum Citatum stringi debita cum instantia postulavit. In praesentia Pmdi Clementis Myszkowski Scholæ Rhetoricæ Auditoris, Contuberny Jurisperitorum Alumni, Citati ex adverso Principalis, se satisfecisse Complanationi judicialiter coram Clarissimo Seniore Contuberny praetacti, Vestemq per quempiam aliam deterioratam a se tamen Citato reparatam Actori restituere voluisse dicentis, segue liberum abimpetitione Actoris pronunciari postulantis. Et Magnificus D. Rector auditis, et consideratis Partium propositis, et responsis, Citatum ad compensationem sufficientem damnorum, in veste Actoris specificata per se, sive per alium ex sua occasione causatorum stringendum esse duxit, prout de facto stringit. praesentis Decreti vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Viris Clarissimis Adm Rndis MM. Thoma Muszynski U. J. Doctore, ac Scæ Theologiæ Professore, Collegiatarum SS. Omnium et Scæ Annæ Cracoviæ Canonico Parochialis Sancti Nicolai extra muros Praeposito Antonio Lotedzioviski Philosophiæ Dre et Pbre Collega Majore, dictæ Collegiatæ Scæ Annæ Canonico, Parochialium Ecclesiarum Praeposito, ac Krzycice Curato, et me quo supra Actorum Notario.

Honoratus Franciscus Romanowski Artis pictoriæ Magister Originaliter citatus, contra Honoratos Seniores Artis ejusdem Actores ut infra.

Coram &c in publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Franciscus Romanowski Artis pictoreæ Magister originaliter Citatus, Principalis Actor, in termino ex Actis, et dilatione ejusdem sub Die Lunæ 24. Mensis et Anni currentis facta provenienti, accusatâ contumaciâ Honoratorum Josephi Komonieckí Senioris, Dominici Mandrini Vice-Senioris dictæ Congregationis Pictorum, et Magistrorum Cracovien. suo, et totius Congregationis prætactæ nomine occasione cujusdam quasi diffamationis supra scriptorum Seniorum, seu aliàs quarumcunq; personarum Congregationis ejusdem sparsæ agentium, in quantum nec per se, nec per aliud quemcunq; legitimum Procuratorem comparentium accusavit. Et in eorum hujusmodi contumaciam de à Causa et termino liberum pronunciari, illatis eorum locum non esse declarari debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector ||
attenta Citatorum contumaciâ, Citatum à termino liberum pronunciavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus supra.

Clarissimus Marcizowski ats V. Karski.

Coram &c in publica Causarum Audientia comparens personaliter Illus Clarissimus Adm Rndus M. Jacobus Marcizowski Phiæ Dr Utriusq; Juris Professor, Canonicus Voinicen. Contubernij Jurisperitorum Senior, insistendo Decreto Judicij præsen. Die Lunæ 24. Mensis et Anni currentis lato, contumaciam V. Joannis Karski M. G. Clerici, Jurisprudentiæ Auditoris accusavit. Et in ejus contumaciam præallegatum Decretum debitæ executioni demandari postulavit. Et Magnificus ||
Dnus Rector adhuc pro sufficientiori informatione Judicij præsen. Prozum Kobyleckí adcitandum esse mandavit. Et quoniam idem Prozus Kobyleckí in instanti comparuit, ideo eundem ad juramentum admisit, quo ad Imaginem Crucifixi præstito, ad examen Prozius descendit. Facta tandem ejusdem depositione, ad Inquisitiones etiam anteriores se retulit et Decretum definitivum tulit, quod se publicaturum servatis de Jure servandis, nimirum prævia ad audiendam publicationem ejusdem Decreti adcitatione V. Joannis Karski statuto in termino detulit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus Illibus

Illrbus Clarissimis Adno Rndis M.M. Thoma Muszynski, U. J. Drē Sæ Thæ Pfrē, Ecclesiarum Collegiatarum SS. Omnium et Sæ Annæ Parochialis Sancti Nicolai extra Muros Præposito, Antonio Zołędziowski Phiæ Drē et Pfrē Collega Majore ejusdem Colgtæ Sæ Annæ Canonicis, Parochialis in Krzęcice Curato, et me quo supra Actorum Notario.

Mercurij 2da Mensis Junij

Antonius Pawłowski amovet à Studijs

1 Fiscalis contra Ingenuum Kozicki

Coram 8 in publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Albertus Zastawski Fiscalis Officij Judicij præsens, in termino ex Citatione verbali, in et contra Ingenuum Antonium Kozicki Scholæ Rhetorices Alumnum proposuit de et super eo: Quia Ipse die Dominico præcedenti Spiritus Sancti solemnissimo, nulla urgente necessitate, sed mera insolentiâ divagari per Urbem, homines varios infestare, inebriari, ac tandem ad se, sive suam habitationem ad Scholam SS. OO. nocte profunda quosdam homines Artifices armatos, et inebriatos conducere, ibidemq eosdem temulentus armis spoliare, converberare, et violenter apud se detinere ausus est, et præsumpsit, per quod dissidiorum cum Urbe et Civibus Rectori, totiq Universitati Causam, et occasionem dedit. Ipsum proinde exemplariter puniri debita cum instantiâ postulavit. In præsentiâ cujus supra Citati, se tunc ex Oratione in Arenis habita modestè iviste, ac tandem per quosdam Germanos Aurifabros ad D. Luchs Mercatorem vinarium invitatum, indeq usq ad Scholam OO. Sanctorum benevolè comitatum fuisse, factumq ejusmodi excessivum minime se Citatum, sed 1mo Antonium Pawłowski Mendicantem 2do V. Paulum Jobinski M.O. Clericum, et ipsum Excellentem D. Seniorem Scholæ, ac alios eandem Scholam inhabitantes afficere videlicet Jacobum Hankiewicz, Simonem Walinski, Blasium Godowski Hyacinthum Muszynski, Antonium Dulski, Josephum Barchanowski Mathiam Ostrowski, Augustinum Strzałkowski, Franciscum Dalewicz, Josephum et Casimirum Oblitowicz, et Paulum Orzechowski afficere allegantis, consequenter pœnas duplices in Ipsos extendi, se Citatum liberum à Causa et termino pronunciari postulantis. Tum reconventionaliter contra eosdem facti Attentatores ratione capillationis, converberationis, suiq Actoris ligationis, necnon rerum

suarum

suarum, contra Inhibitionem Magnifici Dni Rectoris stante hac lite
emanatam ejectionis, proponentis, et ut supra pro parte instantis.
In praesentia Citatorum, et Imo quidem Excellentis Senioris contra
eundem Ingenuum Kozicki, ac alios sui Socios uti armatos, et te-
mulentos, et tumultus varios, et clamores in Schola excitantes
se Authoritatem suam Senioralem, ne inde quidquam sequatur
mali, extendisse, et eundem poenis arbitrarijs puniendum esse
postulantis. Et Magnificus Dnus Rector auditis contro-
versijs Partium, propositis et responsis in verbo allatis, eo attento,
quod Ingenius Kozicki temulentus homines sibi bene notos,
pariter temulentos, ac aliquos armatos in Scholam conduxit, tali-
terq; tam Excellentem Seniorem, quam Scholam inhabitantes ex
sua temulentia disturbavit, et incommodavit, eum quinquaginta
plagis puniendum esse decrevit, et quatenus in posterum a simi-
libus abstineat, sub poenis rigorosissimis inhibuit. Quia verò
Ingenius Pawlowski per attentatum factum ablationem sive rece-
ptionem armorum Personis per Ingenium Kozicki ad Scholam
conductis curari fecit, taliterq; occasionem disturbij, tumultus, et in-
quietationis Scholarium, tum extraneorum sub tempus nocturnum
dedit, et jam in Judicio praesenti in simili facto convictus extitit,
eum plagis centum afficiendum in instanti et a studio sine spe
reditus amendum duxit, et sententiavit. Quia verò in hujusmodi
disturbio Excellens Senior justa et debita media pacis non arripuit
quinimo supra Citatum Kozicki vinculis alligare hic et nunc ex Schola
migrare, res epis ex habitatione, etiam stante Inhibitione Rectorali,
ejicere Scholaribus suis demandavit, seu per suam conniventia
ejci procuravit, proinde Ipsum ob praemissa, acaliis rationes
suas permoventes inhabilem regiminis Scholae et Stationis Aca-
demicae adinvenit. Nihilominus paterne cum Ipso procedendo, ad-
huc ultimario monendum esse declaravit, prout declarat, decernit, et
sententiat. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus
quibus supra, et me quo supra Actorum Notario.

Luna 1ma Mensis Junij

Famatus Mozlowski contra Lukasiewicz

Coram & in publica Causarum Audientia comparens personaliter

444. Famatus Albertus Moszkowski, Civis, et Senior Contubernij Pistorum Crac. in termino ex Citatione verbali in et contra Ingenuum Joannem Lukaskiewicz Publicarum Lectionum Auditorem, suo, et Consortis suae Nomine proposuit de et super eo: Quia Ipse Domum suprascripti Actoris propriam nullo habito praetextu invadere, Consortem suam primo verbis laesivis, expost verberibus laedere injurias varias tam personales, quam reales, prout alias ex Articulis nunc judicialiter productis manifeste liquet, inferre ausus est et praesumpsit. Ipsum proinde exemplariter puniri, ac quod Juris et justitiae fuerit, statui, et decerni debita cum instantia postulavit. In praesentia suprascripti Citati Objecta per Actorem prout objiciuntur, vera esse negantis, et suas praetensiones, ac laesiones sibi Citato per Actorem irrogatas in vim Reconventionis allegantis. Et Magnificus Dnus Rector Testes utrique Parti ad probandum Allegata pro Prima Juris inducere, et nominare mandavit, et terminum conservavit. Praesente Illri, Clarissimo, Admo Rndo M. Antonio Zołędziowski, Phiae Drae et Professore &c et me quo supra Notario.

Pictores inter se.

1 Coram &c in publica Causarum Audientia comparentes personaliter Honorati Josephus Komoniecki Senior, Gabriel Durayski suo, totiusque Congregationis Pictorum nomine, Actores Principales, in termino hodierno ex Citatione verbali provenien. Decretum Judicij praesentis sub Die Mercurij Vigesima sexta Mensis elapsi Anno currenti, uti contumaciale retractari, et contra infrascriptum Citatum vigore Articulorum jam alias nunc in Judicio praesenti Rectorali porrectorum via Juris procedi mandari debita cum instantia postularunt. In praesentia Honorati Francisci Romanowski, Citati ex adverso Principalis, salvis &c praemissa solemni protestatione contra suprascriptos Actores de indebita sui Citati vexa, quoniam ijdem Actores nomine Congregationis agunt, ideo ante omnia de Mandato speciali Congregationis ejusdem Magistrorum et Sociorum quantum attinet Actum praesentem, doceri petentis. Ex adverso quoniam Honoratus Komoniecki dictae Congregationis Senior cum pluribus alijs Magistris personaliter

compa-

comparet, et in terminis anterioribus, etiam in primo limine Judicij praesen haecce exceptio per Citatum non est adducta, et nonnisi ad repositionem Decreti contumacialis, ex qua terminus est, fuerit emanata, ideo praeposteram esse Citati illationem adinveniri petierunt. Et Magnificus Dnus Rector auditis propositis Partium, et responsis, directe respondere mandavit. Tandem Citatus parendo Decreto et respondendo ad praetensos Articulos, quoniam ijdem Articuli, videlicet 1mus, 3tius, et 4tus sunt generaliter conscripti, ideo eosdem cum suis Articulis specificari; Quantum vero ad 6tum, et 7mum, quoniam Actores ante Annos 4or se Citatum ad Congregationem pictoream susceperunt, ac is idem Citatus conformando se Juribus praetactae Congregationis, in Album Universitatis praesen praevio juramento, est inscriptus, ideo se non teneri ad justificationem Articulorum dixit. In contrarium Actores sufficientem esse specificationem Articulorum asseruere, proinde Citatum ad respondendum ijsdem stringi debere petierunt. Et Magnificus Dnus Rector ante omnia Acta Congregationis pictoreae ad Judicium praesens per Seniorem ejusdem Congregationis comportare mandavit, et terminum conservavit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus quibus supra, et me Actorum Notario.

Clarissimus Marciszowski contra V. Karski

Coram 8 in publica Causarum Audientia comparens personaliter Illris Clarissimus Adm Rndus M. Jacobus Marciszowski, Phiae Dr, J. U. Pr, Contubernij Jurisperitorum Senior, Canonicus Voinicen Actor Principalis, in termino ex Actis, et adcitatione in diem hodiernam legitime incidente, Decretum definitivum, jam alias in anteriori termino Die Mercurij Vigesima sexta Mensis Maji Anno curren latum publicari debita cum instantia postulavit. In praesentia V. Joannis Karski M. O. C. Contubernij Jurisperitorum Alumni, Citati ex adverso Principalis, interposita Appellatione se tuentis. In contrarium Actor, quoniam Citati Appellatio, uti in nullo Juris fundamento interposita, per Judicium praesens fuerit, ac est refutata, cujus etiam et fatalia intercesserunt, Citatus quoque post sui Comparitionem etiam ad praesens contumaciter se gerens, a Judicio praesenti post Comparitionem inscriptam temerarie

recessit et disparuit, ideo ut supra pro publicatione Decreti institit.
" Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus attenta Citati
Contumaciâ, ut in ante aliquoties, ita et ad præsens in spretum Judicij
præsen practicata, tum quod Appellatio per Citatum interposita,
fatalijs Juris sit extincta, proinde ad publicationem Decreti ut su-
pra lati condescendit, quod est tenoris ejusmodi. = Quando quidem ex
lectis, et maturè trutinatis Inquisitionibus juratorijs deducitur, et ma-
nifestè constat suprafatum Clarissimum et Adm Rndum M. Jaco-
bum Marciszowski U. J. Pfrem, Contubernij Jurisperitorum Seniorem
Actorem, omnimoda exemplaritate in Officio Senioratûs sui se
gessisse, ac gerere, ita ut nullâ suspicionis notâ de inhonesta conver-
satione laboret, quinimo à temerarijs Citati infamationibus releva-
tur, nec in antecessum quidquam à honestate morum debita,
Vocationem, Statum, ac Professionem Academicam concernente de-
viasse adinvenitur, eundem Actorem immunem ab objectis calumnijs,
et infamationibus per V. Joannem Karski Citatum frivolè temerè,
ac malitiosè sparsis, pronunciavit, objectasq calumnias, et infa-
mationes nihil quidquam honori ejusdem Actoris et bonæ famæ
nocere debere declaravit. Quoniam verò ex ijsdem Testium
depositionibus hac in Causa juratorijs evincitur, quod V. Joannes
Karski M. O. Clericus, Contubernij Jurisperitorum Alumnus, Cita-
tus ex præconcepto contra Actorem quodam odio, ejusdem Actoris
Jurisdictioni Seniorali refragus, aliquoties Ei in faciem contra Le-
ges, tam Divinas, quam humanas, et Statuta Contubernij restiterit,
verbis probrosis Personam et Authoritatem Ejusdem Actoris Senio-
ralem lædentibus aggressus fuerit, tum quoq per impictam Co-
ctricis Contubernij acsi impregnationem, et quasi inhonestam cum ea
conversationem, tam coram Alumnis Contubernij, quam coram alijs
Personis extraneis, etiam in Dignitate existentibus, non sine gravi
Actoris injuria, et Alumnorum Contubernij scandalo læserit, in pro-
bationibus objectorum /: quas se toties coram Alumnis Contubernij
allaturum jactitavit, et appromisit :/ non modò defecerit, sed etiam
temerè à Causa, et Actione præsenti judicialiter recesserit, ideo pœnas
in anteriori Decreto Judicij præsen Die Lunæ Vigesima Octava Men-
sis Aprilis Anno curren lato suspensas, contra eundem V. Joan-

nem

nem Karski Citatum ex Albo Studentium proscribendum esse censuit. Jam verò pro pœnis Calumniatores afficientibus ad Quem de Jure remisit, prout de facto proscribit, decernit, et remittit. Præsentis Decreti vigore ad præmissa mediante. Quod quidem Decretum ut quantocyùs ad executionem deducatur, mandavit et Bedellum addidit. Præsentibus Illrîbus Clarissimis Adm Rndis MM. Thoma Muszynski U. J. Drê, Sæ Thæ Pfrê Ecclesiarum Collegiatarum SS. Omnium, et Sæ Annæ Canonico, Parochialis Sancti Nicolai extra muros Præposito, Antonio Zołędziowski, Phiæ Drê, Ejusdemq Regio Professore, Collega Majore, dictæ Colgtæ Sæ Annæ Canonico, Cathedralis Cracoviensis Concionatore Garvasciano, in Krzęcice Curato, et me quo supra Actorum Rectoralium Notario.

Executio suprascripti Decreti.

Ad Officium et Acta Rectoralia veniens personaliter Honoratus Albertus Zastauski, Universitatis Bedellus ac Officij Judicij præsentis Fiscalis recognovit: Quia Ipse satisfaciendo supra lato, et publicato immediatè Decreto Judicij præsentis exnunc adijt V. Joannem Karski, Minorum Ordinum Clericum, Contubernij Jurisperitorum Alumnum, Citatum et Jure victum, eidemq de præfato contra se Citatum taliter lato, et publicato Decreto nunciavit, ac ut idem V. Citatus eidem Decreto in instanti satisfaciat, injunxit. In quorum fidem se subscripsit. Albertus Zastauski Bedellus Univttis mp

Lunæ 14ta Mensis Junij

1 Moszkowski contra Łukasiewicz

Coram 8 in publica Causarum Audientia comparens personaliter Famatus Albertus Moszkowski, Civis et Senior Contubernij Pistorum Cracovien in termino ex Actis, satisfaciendo Decreto Die Lunæ 7ma Mensis et Anni curren lato, Testes videlicet Honestum Casimirum Gruszczynski Socium Artis Pistoreæ, et Elisabetham Studzinska Famulos suos in Causa suprascripta induxit, eosdemq admitti, et prævio juramento juxta Articulos examinari mandari debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Joannis Łukasiewicz, Lectionum Publicarum Auditoris, Citati ex adverso Principalis in Testes per Actorem inductos consentientis, eosque pro sua parte juxta Articulos judicialiter per se porrectos

pariter admitti, et examinari postulantis. Et Magnificus Dnus Rector Testes inductos admisit, et prævio juramento corporali, in continenti facto, eosdem Officio suo examinandos commisit, et terminum conservavit. Præsentibus quibus supra.

Mercurij 23tia Mensis Junij.

Clarissimus Marciszowski ctra Excell. Lipiewicz protestat. Coram Officio, Actisq. præsen. Rectoralibus Almæ Universitatis Cracovien. constitutus personaliter Illris Clarissimus, Adm. Rndus M. Jacobus Marciszowski, U. J. Pp., Ecclesiæ Collgtæ Voinicen. Canonicus, uti Contubernij Jurisperitorum Senior, Principalis omnibus melioribus, quibus de Jure, forma, via, Stylo potuit, ac debuit modis, accepta notitia cujusdam Institutionis ad Canonicatum, Fundationis Gorscianæ, in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviæ, præcavendoq. cuivis indemnitati sibi, ac suis Succedaneis ejusdem Contubernij Senioribus respectu Canonicatus Fundationis Gorscianæ in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Crac. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo Die Mercurij 5ta Mensis Martij fundati, et erecti, necnon vigore hujusmodi Erectionis ejusdem Canonicatus solos Clarissimos Collegas Juridicos vel in defectu Illorum, ipsum Seniorem Contubernij Jurisperitor. concernen. ctra Excel. et Adm. Rndum M. Andream Lipiewicz Phiæ Drem, Matheseos Pfrem, Capellæ Sancti Philippi, et Jacobi Præbendarium assertum ad prædictum Canonicatum Fundationis Gorscianæ per obtentam nuper illegitimam Præsentationem Intrusum Institutum protestatus, et manifestatus est de et super eo: Quia Ipse contra mentem et obloquentiam Originalis Erectionis prædicti Canonicatus Fundationis Gorscianæ, qua clare, et per expressum disponit, quod Perillris et Rndmus è Collegio Juridico Cathedralis Canonicus Cracoviensis uti et tanquam passivus dicti Canonicatus Collator, non nisi aliquem de gremio Clarissimorum Collegarum Juridicorum Professorem Juris, vel his deficientibus, aut non optantibus, Ipsum Seniorem Contubernij Jurisperitorum pro tunc existentem, idque prævia Recommendatione Venerabilis Communitatis, per Convocationem

Canonici

Canonicè factam congregatæ penes Quam Ipsam Jus Activum præsentandi ad dictum Canonicatum Fundationis Gorscianæ esse dignoscitur, prout id etiam ex immediato Statu factæ Præsentationis p. d. Illmis olim Joannis Wierzbicz, antecedanei dicti Canonicatus Fundationis Gorscianæ Possessoris in Anno Millesimo Septingentesimo Trigesimo quinto Die Vigesima nona Octobris in Convocatione V. Communitatis Collegij Juridici celebrato, manifestè patet, taliter ut præmissum est propositum et recommendatum præsentare tenetur. / procedendo. subreptitiò assertam Præsentationem à moderno Perillri et Rndmo Cathedrali Cracovien Canonico Collegij Juridici Seniore Patre inscia V. Communitate Clarissimorum Collegarum Juridicorum, et non exhibita pro informatione prælibati Rndmi Canonici ejusdem Canonicatus Fundationis Gorscianæ Erectione cum neque sit Collega Juridicus, neque Senior Contubernij Jurisperitorum, obtinere, ac expracticare, Literas Cridæ vigore assertæ Præsentationis, ad sinistram, ut præsumitur informationem obtentæ, subdolè procurare, easdemq Literas nescitur, utrum legitimè publicatas ac executas in ordine ad se instituendum Officio Consistorij Gnralis Cracovien, taliterq nulliter, ac indebitè Institutionem ad præfatum Canonicatum Fundationis Gorscianæ impetrare, consequenter Jus Erectionis perpetuum violare, summumq præjudicium sibi Manifestanti, uti Seniori Contubernij Jurisperitorum, Ipsiusq in posterum Succedaneis, dicti Contubernij Senioribus ad sæpefatum Canonicatum Fundationis Gorscianæ firmum, ac legitimum interesse habentibus inferre ausus est, et præsumpsit. Super quibus omnibus iterum, atq iterum idem Manifestans solemniter, imo solemnissimè protestatus, et manifestatus est. Offerens se præmissam injuriam Ubi, et coram Quo de Jure venerit vindicaturum. Salvo & Omni & Præsente me M. Antonio Michalski Philosophiæ Doctore, Ejusdemq Regio Professore, Collega Majore, Ecclesiæ Collegiatæ Sæ Annæ Canonico, Actorum Rectoralium Universitatis Crac Notario. = Protestationem hanc cum Consensu Magnifici Dni Rectoris Actis Rectoralibus Almæ Universitatis Crac inscribi petij. Idem qui supra M. Jacobus Marciszowski U. J. Pr. Contubern. Jurisp. Senior, Cancus Voinicen

mpp

Excerptum, seu Punctum Convocaõis Domûs Clarissimorum DD. Juridicorum in ordine ad suprascriptam Protestationem serviens, ut sequitur:

Ex Præpositura quarta M. Stanislai Kutlinouski U. J. D. Magdalenistici Professoris, Ecclesiarum Colgtæ S. Michaelis in Arce Crac. Decani, Parochialis in Koniusza Curati inchoata Annô Domini Millesimo, Septingentesimo, Trigesimo quinto. Die Sexta Mensis Maji.

Convocatio 1ma.

1 Anno quo supra, Die verò Vigesima Nona Octobris. Data fuit Convocatio Stylo, et more ex parte Præpositi Domûs solito, ad sua Puncta. Tum ad alia per Præpositum Domûs pro utilitate, et honestate, ac necessitate proponenda. Et in continenti intulit Clarissimus Dnus Præpositus Canonicatum SS. Omnium Fundationis Gorscianæ ipso Jure vacantem post Illrem Adm Rndum Micinski, ut pote cum favore V. Communittis jam obtinuerit recommendationem in ordine ad recipien Præsentationem ad supraspecificatam Custodiam, in eadem Ecclesia SS. Omnium fundatam. Ad quem obtinendum Canonicatum cum neminem alium, præter Illrem Adm Rndum Namczynski U. J. Pfrem, et protunc electum Præpositum in fundamento Erectionis Turnus et ordo concerneret ac V. Communitas vigore sui Juris Activi cum Rndmo Dnô Canonico Lukini, Passivo Collatore in continenti præsentandum recommendaret. Ipse nihilominus ex Loco suo, et rationibus sibi bene visis pro ista benevolentia gratias ageret, nemoq; esset ex Clarissimis Collegis, qui hunc Canonicatum peteret. Hinc prænominatus Dnus Canonicus, uti et tanquam Passivus Collator pro suo V. Joanne Wierzbicz Minorum Ordinum Clerico, sibi proximè sanguine juncto ad V. Communittem petitionem suam /: ut huic et non alteri Præsentationem sibi subscribi liceret :/ intulit, et ad eam Gratiam per V. Communittem sibi facilius præstandam, Summam 2000 fl. polonicalium nomine tam suo, quam præfati V. Wierzbicz, idq in spatio brevissimi temporis ad supradictum Canonicatum auctorum spopondit, et se verbo Sacerdotali, et Canonicali

in facie

in Facie V. Communitatis submisit. Ideo V. Communitas attenta sola duntaxat Auctione Summae praemissae 2000. Florenorum polonicalium ad supra specificatum Canonicatum, ex quo sit tenuis Fundationis dictum V. Wierzbicz Rndmo Dno Canonico Lukini pro hac sola duntaxat vice praesentandum concessit. Auctionem stipulatam sub verbo Canonicali et Sacerdotali acceptavit. Salvum Jus in posterum recommendandi et praesentandi solos CC. Collegas Juridicos praecusto divit, de Contrarijs verò si et inquantum nuda, et ficta promissio nonnisi in deceptionem fuerit, V. Communitas protestata, et manifestata est. Offerens se nunc in posterumque imo quovis tempore tam stante vita, quam postfata Utriusque tam Stipulati, quam ejusdem, qui nomine Alterius stipulatus est, praedictam Summam Duorum Millium quovis Juris medio, et in quovis Foro evincere, repetere, et uti propriam vindicare, hac sui Conclusione ad praemissa mediante.

Acta haec sunt in Stuba Collegij Juridici, Anno, Mense, quibus supra. Praesentibus Perillri et Adm Rndo Dno Joanne Lukini, U. J. Doctore et Professore Canonico Cracovien. Perillri, Clarissimo, Adm Rndo M. Stanislao Kutlinowski U. J. Doctore et Professore, Decano S. Michaelis in Arce, Illri Adm Rndo M. Adalberto Micinski, U. Juris et Luborzyciano Professore, et Me M. Stanislao Mamczynski U. Juris, et Justiniano Professore, protunc Praeposito Domus. = Actum Convocationis Collegij Juridici, ex Conclusionibus ejusdem Collegij de verbo ad verbum extractum obtulit ad Acta Rectoralia Universitatis Crac. unà cum Protestatione supra in seorsiva Scheda producta M. Jacobus Marciszowski U. J. Pfr Contubernij Jurisperitorum Senior, Canonicus Voinicensis.

Veneris 25ta Mensis Junij

Fiscalis contra V. Szaszkowski

Coram 8 in publica Causarum Audientia comparens personaliter Fiscalis Officij Judicij praesentis, productis Literis Missivis Illmi et Rmi Dni Fabiani Plaskowski, Suffraganei, Archidiaconi et Officialis Gnralis Culmen. ad Magnificum Dnum Rectorem, Totamque Universitatem praesentem directis, Rotulum Inquisitionum in et contra Rndum Joannem Szaszkowski Presbyterum, acsi Academicum Cracovien. in V. Consistorio Gnrali Culmen.

contra eundem ratione indebitæ Titulorum in Artibus Liberalibus, et Philosophia, tum Sacra Theologia Doctoratus usurpationis ac aliarum inconvenientiarum Statum, honorem, et prærogativam Professorum Universitatis Crac. dehonestantium, prout alias fusius in productis Inquisitionibus descriptum supponitur, perpetratarum, in Mensa Judicij præsen. reposuit, ac pro Apertione ejusdem institit. Præsente Honorato Jacobo Kowalski Universitatis Bedello, suptum Rndum Joannem Szaszkowski Presbyterum, Foro et Judicio præsen. non subesse, ex quo non is idem de nomine, sed alius quispiam Josephus Szaszkowski ad Primam in Artibus Liberalibus et Philosophia Lauream in Universitate præsen. promotus fuerit, prout id evidenter Libris Metrices Philosophicæ Facultatis deduxit, idemq. Rndus Joannes Szaszkowski propter aliquod novum demeritum Die Dominico immediate præcedenti per Illmum Officium Consistorij Gnralis Crac. sequestratus sit, dicente. In contrarium Fiscalis Literas ejusdem Rndi Joannis Szaszkowski, in quibus Foro se, et Judicio præsenti subjecit, et Interpositione Magnifici Dni Rectoris, ac Totius Universitatis ad Illustrissimum Officium Consistoriale Crac. expostulat produxit, ac ut supra institit. Et Magnificus Dnus Rector visis videndis, tum consideratis considerandis, memoratum Rndum Joannem Szaszkowski Academicum non esse, Privilegijs Universitatis gaudere non debere, nec posse ac Foro et Judicio præsen. non subjacere declaravit. Rotulum Inquisitionum in Illmo Officio Culmensi contra eundem eductarum, intacto, et inviolato Sigillo, ad Officium, Cujus interest, remisit, prout declarat, remittit Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus Perillribus, Illribus, Clarissimis, et Adm Rndis MM. Joanne Palassowski J. U. Dre SS. Omnium Archidiacono, Antonio Urzgnowski Sæ Thæ Pfre, Sancti Floriani, Antonio Zołędziowski Phiæ Dre, Sæ Annæ Canonicis, et Me quo supra Actorum Notario.

Lunæ 5ta Mensis Julij

Moszkolski contra Lukaskiewicz Proscriptus

Coram & comparens personaliter Famatus Albertus Moszkolski, Civis, et Senior Contubernij Pistorum Crac. in termino ex Actis, et conservatione illius, accusata Contumacia

Ingen.

Ingenui Joannis Lukasiewicz, Publicarum Lectionum Auditoris, Citati, si et inquantum non comparentis, Inquisitiones Testium juratoriales legi, et ex illis Decretum definitivum ferri debita cum instantia postulavit. In præsentia cujus supra Citati in lectionem Inquisitionum consentientis. Et Magnificus Dnus Rector lectis Inquisitionibus illisq; bene trutinatis, ex quibus quando quidem manifestè liquet, quod Ingenuus Lukasiewicz Citatus contra Statum, et decentiã suam compotationibus usq; ad ebrietatem sui indulsit, et per eam scandalum Discipulis dedit, eosq; angarizavit, Matremfamilias non tantùm verbis laesivit, sed etiam verberibus usq; ad lividinem affecit, aliasq; injurias personales eidem intulit, tum majora verba commiserat est, Libros Dotis Matrisfamilias ex præconcepta malitia distraxit, dictum Citatum punibilem esse advinvenit eumq; Privilegijs Universitatis Cracovien gaudere non posse declaravit, prout de facto declarat, et decernit Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra, et mè Actorum Notario.

V. Joannes Rucinski ab Objectis Liber, rehabilitat.

Coram S. in publica Causarum Audientia comparens personaliter V. Joannes Rucinski, quondam Scholæ Rhetoricæ Alumnus, ad præsens Scholæ Arcensis Officialista, producto Testimonio Spectabilis Stanislai Rekleuski super bonis moribus, et honestate, Annó plus quàm medio in Ejus conversatione, tum debita Filiorum Joannis Constitutione, petijt non obstante Decreto Judicij præsen. Anno 1747. contra se absentem quomodocunq; lato rehabilitari. Et Magnificus Dnus Rector viso producto Testimonio petitionem ejusdem admisit. Præsentibus ut supra.

2. Mercurij 7ma Mensis Julij.

Joannes Sobolewski contra Patrem Gozlowski.

Coram S. in publica Causarum Audientia comparens personaliter Venerus Joannes Sobolewski, Actor Principalis, ex mutuo Partium consensu in et contra Perillustrem Clarissimum, et Admodum Reverendum M. Albertum Gozlowski, Collegam Majorem, Sæ Theologiæ Patrem Sancti Floriani Canonicum prosposuit de et super eo: Quia Actori duo dotia vini mediante Contractu mercatoriali Aureis decem quinq; valentia, à se Actore accepta, multotiès amicabiliter

requisitus solvere non vult, et recusat. Proinde Ipsum ad persolvenda dicta duo Vini dolia Juris medijs stringi debita cum instantia postulavit. In praesentia cujus supra Illris Citati Contractum quidem ratione duorum doliorum vini pro Personis Perillrium olim Kalewski et Kolendowicz Scae Thae Doctorum et Professorum cum Actore inivisse dicentis, sed quia ab Actore obligatus fuerit, quatenus a quo vinum illud emerat, in secreto tenuisset, exindeque eadem duo Vini dolia ad Cameram sive Telonium intercepta fuerunt, seque ea ex Telonio recuperare, et vindicare non potuisse, ideo ad solutionem praetensae Summae se non teneri allegantis, libertatemque a Causa et termino postulantis. Et Magnificus Dnus Rector auditis Partium propositis et responsis, illis maturè perpensis, ante omnia quatenus Citatus ex Telonio Testimonium, ob quam rationem eadem vina intercepta, et non extradita fuerunt; an solum ideo quia Telonio non est solutum, an quia Venditorem Citatus subticebat, exportet, mandavit, et terminum pro Prima Juris praefixit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesen ut supra. et me Actorum Notario.

Veneris 9na Mensis Julij

Idem contra Eundem

Coram Ipso in publica Causarum Audientia comparens personaliter Gnus Joannes Sobolowski, in termino ex Actis pro hodie praefixo in et contra Perillrem Adm Rndum M. Albertum Goszkowski, Scae Thae Pfrem Ipso proposuit ut supra, petens eundem ad satisfactionem duorum doliorum vini Juris medijs stringi, et Decretum anterius videlicet Mercurij Die 7ma Mensis et Anni currentis latum, alias ad hodie suspensum resolvi, et debitae executioni demandari. In praesentia Perillris Citati, praefato Decreto nondum posse satisfieri, ex quo tam subito Testimonium ex Telonio haberi nequit, sed quia non Ejus Citati Causâ praetacta dolia vini sint ad Cameram intercepta, et non reddita, sed potius ideo, quod Venditorem eorundem, a quo obligatus fuit, non prodiderit, juramentum sibi deferri super eo petentis. Et Magnificus Dnus Rector eo attento, quod circa invectionem duorum doliorum vini utraque Pars peccavit, ideo utramque

Partem

Partem dammum subire, et sentire debere adinvenit, et quatenus Peritus Citatus Prosco Actori aureos septem et medium ea substantia pro qua defunctorum Peritorum Kaleuski et Kolendowicz pro quorum interesse eadem Vina querunt coempta solvat, decrevit, et ut a similibus in posterum abstineat injunxit. Presenti Decreti vigore ad premissa mediante. Presente Egrio. Clarissimo, et Adm Rndo M. Antonio Sobolouski Phice Dre, et Pfre Collega majore, de Anna Canonico, et me Actorum Notario.

1 Luna 19na Mensis Julij

Prosius Sobolouski Peritum Gorzkouski vigore Decreti quietat.

Coram Officio Actis Prozen Judicij Rectoralis comparens personaliter Prosius Joannes Sobolouski palam, et per expressum recognovit. Quia pro se aureos septem et medium pro duobus vini dolijs, ante aliquos Annos in Personas Peritum olim Kaleuski et Kolendowicz conductis, et in Camera sive Telonio confiscatis debitos, et in Judicio presenti Rectorali sibi Actori adjudicatos, a Perito Clarissimo Adm Rndo M. Alberto Gorzkouski Sae Phae Pfre Sancti Floriani Canonico uti Executore dictorum Peritum olim Kaleuski et Kolendowicz recepit, de quibus recepthis eundem Peritum Gorzkouski plene et integre quietat cum manus propria appositione. = Joannes Sobolouski mpp

1 Sabbato 24. Mensis Julij

Famati Cieptouski Domum suam Universitati vendunt.

Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo primo. Die Vigesima quarta Mensis Julij.

Coram Actis et Officio Magnifici Peritum, et Adm Rndi Dni M. Stanislai Dilipowicz Sae Phae Doctoris et Pfris, Collegij Majoris Senioris Patris, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Cleparidis ad Cracoviam Decani, Curelouiensis Scholastici, Parochialium Pramicouiensis Prepositi, in Zgotonia Curati, Contubernij Staringeliani, et Alumnatus Kozkreviani Provisoris Studij Generalis Universitatis Cracovien Pro-Cancellarij et Rectoris, Eidem Actis protunc presidente Peritum et Rnio Dno M. Casimiro Patazkouski Sae Phae Doctore et Professore, Collega Majore, Eccleziar Cathedralis Cracovien Canonico, Collgte S. OO. Preposito, Parochialis in Czerniechow Curato, Librorum per Diocesin Cra Ordinario Censore, Canonizationis Rn Joannis Cantij Procuratore, Scholarum Novodworscianarum, et Contuberniij Hierosolymitani

456 Provisore, Judice Surrogato, Comparentes personaliter Nobiles Casimirus Cieplowski, et Barbara Soror Ejus germana, Nobilium olim Stanislai, et Agnetis Consortum Cieplowskie Filius, et Filia, uti Successores legitimi sani mente, et corpore existentes, facta Fori praesen, quo ad hunc Actum attinet, approbatione non coacti, nec compulsi, sed sponte palam, libere, ac per expressum agentes recognoverunt. Quia Ipsi Domum suam propriam, et haereditariam, olim Tomaskiewiczowskie, nunc Cieplowskie dictam, in Fundo Collegiali Universitatis Crac. Jure Divino, et naturali, Successionis titulo post fata praefatorum Parentum suorum ad se devolutam, inter Fundum Magnae Procurationis ex una, et Braxatorium Universitatis ex altera sui Venditorum modernorum parte, ad Vistulam post Rudavam eundo in Zwierzyniec, consistentem totam, et integram mundam, et liberam, neminiq. (: pro quo solemniter cavent :) obligatam, vero, puro, et mere haereditario, perpetuoq. ac irrevocabili, Cessionis, Abscessionis, et Condescensionis titulo Perillri Clarissimo, et Adm. Rndo Dno M. Josepho Popiolek, Sae Thae Praesentato, Collegae Majori, Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani ad Cracoviam Canonico, Siradiensis Cancellario, Parochialis in antiqua Korczyn Curato, Scholarum Novodvorscianarum Vice-Provisori, uti Universitatis Crac. Procuratori, Totiq. Univtti Crac. pro Summa Septingentorum quindecim florenorum polonicalium juxta Taxam, realiter, et in effectu ad manus Perillris, Clarissimi et Adm. Rndi Dni M. Stanislai Filipowicz etc. uti interea post fata suorum Parentum ex Officio Rectorali Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Trigesimo Octavo superadditi Tutoris, enumerata, et persoluta, de qua praesenti satisfactione suprascriptum Emptorem, totamq. Universitatem Cracoviensem praesentibus quietant perpetuo et in aevum vendiderunt, cesserunt, abscesserunt, et condescenderunt, prout praesentibus vendunt, cedunt, abscedunt, et condescendunt, nihil sibi, et suis Successoribus amplius Juris ad praesens cessi Dominij, proprietatis, propinquitatis, haereditatis, possessionis, usus, fructus, aut alicujus praetextus ad praefatam Domum cum Attinentijs praesentibus venditam reservando, relinquendo, aut excipiendo, verum idem totumque modo suprascripto Recognoscentibus serviens in Personas praenominati Perillris Procuratoris, Totiusq. Universitatis Emptorum

plen-

plenissimè, ac efficacissimè transfundendo, transferendo et incorporando, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, dandum, donandum, vendendum, alienandum, resignandum, commutandum, possidendum, consequenter in alios usus, quos sibi suprascripti Emptores meliores, et commodiores noverint futuros, tutò, et securè, citra cujuspiam contradictionem et præpedimentum debebunt, et tenebuntur. Jam vero suprascripti Recognoscentes prout se cum suis Successoribus in et super Bonis generaliter omnibus, ubicunq locorum sitis, habitis, et in posterum habendis inscribunt, et obligant præfatum Emptorem totamq Universitatem nonnisi Domus hujus pretij supra specificati ab omni, et qualibet quarumcunq Personarum, cujuscunq Status, sexus, et Conditionis existentium, impetitione juridica, ex parte Domus per se Recognoscentes venditæ, quovis modo, et coram quocunq Officio seu Judicio Regni exoriunda, suis proprijs sumptibus, et impensis, toties, quotiescunq opus fuerit, tueri, evincere, intercedere indemnesq omnino reddere, idq sub Intromissionis juridicæ gradibus tribus, simul et semel in Bona sui Recognoscentium omnia, ubicunq Locorum, et sub quacunq Jurisdictione defectu Evictionis præstandæ, dandis et concedendis. Quam quidem summam Septingentorum quindecim florenorum polonicalium supra fati Nobiles Casimirus, et Barbara Cieplowskie realiter, et in effectu levant, percipiunt, ac de Manibus suprascripti Emptoris modo supra præmisso recipiunt. Renunciando quo ad præsentem venditoriam quietationem omnibus, et singulis, tam in genere, quam in specie beneficijs Juris, Exceptionibus, Dilationibus Appellationibus, earum prosecutionibus, alijsq quibusvis Juris, et facti remedijs, ad labefactandam præsentem venditoriam cessionem, et Quietationem excogitatis, vel excogitandis, non aliter ac si ratione præmissorum ijdem Recognoscentes cum suis Successoribus Decreto Ultimæ Instantiæ Judicis convicti forent, præsenti Cessione, et Quietatione venditoria ad præmissa mediante.

= Barbara Cieplowska. Casimirus Cieplowski mpp

Ad quam quidem Domum, modo præmisso venditam et traditam Anno et Die quibus supra facta est Intromissio Officiosa per Me M. Antonium Michalski, Phiæ Drem et Pfrem, Collegam Majorem Sæ Annæ Canonicum, Actorum Rectoralium Notarium, ejusdemq Domus traditio facta Clarissimo et Excellmo M. Stanislao

Baranski, Phiæ Dni et Pfri Collegæ Minori Universitatis Syndico. Præsentibus Nobili Casimiro Cieplguski Recognoscente, tum Honoratis Alberto Zastawski, et Jacobo Kowalski Bedellis.

1 Lunæ 6ta Mensis Septembris.

Muszynski Cursor Conrij Crac contra Scholares S. Stephani oram 8 in publica Causar Audientia comparens persl Honoratus Balthasar Muszynski Cursor Illmi Conrij Crac, in termino ex Citatione verbali pro hodie incidenti in et contra Ingenuos, et quidem Imo contra V. Albertum Cybulski M. O. Clericum Scholæ Patrem, Laurentium Cukrowski Rhetorices, Andream Gaiewski Grammatices Alumnos, ac alios Scholam S. Stephani inhabitantes de et super eo: Quia Ipsi se Actorem die hesterna horâ vespertina 9na, ~~se Actorem~~ pro administranda justitia ad Clarissimum Seniorem Scholæ prætactæ venientem, et quosdam Pauperes Loci ejusdem in certo delicto accusantem et deferentem, non habito respectu Senioris, ac Authoritatis illius, dictum Actorem ex habitatione Dni Senioris, extraxerunt verbis, et verberibus affecerunt. Proinde Ipsos ob præmissa exemplariter puniri debita cum instantia postulavit. In præsentia Citatorum ad objecta modificate respondentium. Et Magnificus Dnus Rector attentis Partium Allegatis, et responsis suspensa interea cum principalioribus Citatis Causâ, quod videlicet Pauperes se Actorem infestârunt, et percusserunt, utriq Parti per Testes inducendos, et nominandos probare mandavit, et terminum conservavit. Tandem in continenti Pars Actorea pro sua parte nominavit Honestum Benedictum Gurski Consocium suum. Jam verò Pars Citata Valentinum Murarium, et Prevalistam B. V. M. in Circulo Crac:

2. Sabbato Die 25ta Mensis Septembris

Excellens Niegowiecki Substitutus Contub. Staringeliani Senior oram Officio, et Actis præsen Rectoralibus Universitatis Crac constitutus persl Honoratus Albertus Zastawski, Fiscalis Officij Judicij præsen palam, et per expressum recognovit: Quod eadem ut supra die, ante horam undecimam matutinam Magnificus Dnus Rector, uti et tanquam Contubernij Staringeliani Provisor, habens plenam facultatem per immediatam Convocationem Universitatis, tum anteriora Decreta Judicij Rectoralis

contra Excellentem M. Mathæum Temprowski Phiæ Drem Matheseos Professorem, modernum dicti Contubernij Staringeliani Seniorem, uti incorrigibilem lata, Ipsum amovendi, et Senioratu ejusdem Contubernij privandi in Assistentia Clarissimi et Excellmi M. Stanislai Baranski Universitatis Syndici elegit et substituit in locum Senioris Excellentem M. Jacobum Niegowiecki Phiæ Drem Matheseos Pfrem, donec venerit noviter electus ad idem Contubernium Senior videlicet Excellens M. Laurentius Zurkowski Coloniæ Neo-Corcinen Director. In præsentia ejusdem Clarissimi Universitatis Syndici, DD. Alumnorum Contubernij, et Bedellorum Universitatis.

Veneris 1ma Mensis Octobris

Illris Filipowski Nomine Magnifici Dni Rectoris in Assistentia Fiscalis Officij contra Excellentem Temprowski Coram Perillri et Rmo Dno M. Casimiro Pałaszowski, Sæ Thæ Doctore et Pfre, Collega Majore Ecclesiarum Cathedralis Cracovien Canonico, Collegiatæ SS. OO. Præposito, in Czerniechow Curato, Librorum per Diœcesim Crac Ordinario Censore Canonizationis B. Joannis Cantij Procuratore, Contubernij Hierosolymitani, et Scholarum Novodvorscianarum Provisore, Actus præsen Judice Surrogato, in termino ex Citatione verbali, et reali legitimè provenienti comparens personaliter Clarissimus, et Adm Rndus M. Petrus Filipowski, Phiæ Dr, Cursus Vladislaviani Pfr, Collega Minor uti et tanquam Plenipotens Magnifici Perillris, et Adm Rndi Dni M. Stanislai Filipowicz, Sæ Thæ Dris et Pfris, Collegij Majoris Senioris Patris Ecclesiarum Colgtar S. Floriani ad Crac Decani, Curelovien Scholastici, in Igołomia Curati, Contubernij Staringeliani et Alumnatus Roszczeviani Provisoris, Studij Gnralis Universitatis Crac Rectoris, Principalis Actoris, in Assistentia Instigatoris Officij præsen in et contra Excellentem M. Mathæum Temprowski Phiæ Drem, ejusdemq et Matheseos Pfrem, Geometram Ordinarium Strzałkovianum Contubernij Staringeliani in Convocatione Almæ Univtis publica Die 24 Mensis Septembris Ao curren per Electionem Novi Dni Senioris exauthorizatum Seniorem propter suorum excessuum patrationem, die Sabbati proximè præteriti captivatum, et hucusq providendo publicæ securitati, et dehonestati Academicæ in carceribus detentum, pro die hodierna verbaliter Citatum

et è Carceribus coram Judicio præsentem constitutum proposuit
de et super eo: Quòd Ipse immemor vocationis suæ Professoralis
et Senioralis, contemptis Legibus Divinis, et humanis, spretis etiam
omnibus Canonicis Monitionibus, continuis computationibus,
inebriationibus, furgijs, et contentionibus deditus, immemor jura-
menti de Obedientia Mcô Dño Rectori pro tempore existenti pra-
standa, et Bono communi Universitatis, et Studiorum ejus pro-
movendo, emisi, Die Sabbati proxime præteriti, contra Decreta
Almæ Universitatis, atq; Rectoralia et præsertim contra Autho-
ritatem præsentanei Magnifici Dñi Rectoris, et totius Universi-
tatis, necnon contra Authoritatem Inclytæ Facultatis Phcæ, ac denig;
contra eundem Mcum D. Rectorem uti Provisorem, et Alumnos
dicti Contubernij Staringeliani ausus est, et præsumpsit inconve-
nientias quasdam enormissimas perpetrare, nempe Mcô Dño
Rectori præsentaneo, et antecedaneis pluribus in faciem semper
resistere, Habitationem Rectoralem moderni Mci D. Rectoris
trina vice eodem die Sabbati, tempore antemeridiano, videlicet ante
Imam, post Quam, et Nonam horam, cum clamoribus maximis,
et scommatibus lœsivis invadere, ibidemq; Togam, quæ est ornatus
Facultis Phcæ de humeris sui, propriis manibus pone oculis
ejusdem Mci D. Rectoris detractam terræ allidere, Alumnis
Contubernij in Contubernio telo quodam ferrato vulgo Korster
mortem attentare, Ipsiq; Mcô Dño Rectori præsentaneo, uti
ejusdem Contuberniij Provisori, in Residentia Ejus Rectorali hanc
ipsam mortem violentem per se Citatum inferendam, verbis im-
petuosissimis, cum clamore validissimo minari, Contubernium præ-
dictum Staringelianum, ne Mcus D. Rector uti Provisor ad
statuendum debitum ordinem in eodem Contubernio juxta Dispo-
sitionem Almæ Universitatis, et suam Ipsius præconceptam volun-
tatem veniret, præcludere, clavim ab eodem Contubernio præclu-
so, penes se etiam usq; ad noctem in detentione existens occul-
tare, et alia multa licentiosissimè agere, ac committere præ-
sumpsit. Proinde eundem Excellentem Citatum ob præmissa
pœnis condignis, ac ipsâ Proscriptionis, Vestitus, tum Profes-
ralis Prærogativæ exauthorisationis pœnâ affici debita cum

vind.

instantiâ postulavit. In præsentiâ supra specificati Citati ex Carceribus comparentis, salvisq; et præmissa solemni protestatione delegatione sui, tum projectione ad habitationem suam tanquam latronis, expost ad locum sordidum deductionis, ibidemq; per aliquot dies detentionis, etiam non observatis Charitatis juribus, in contemptum et convulsionem Jurium Universitatis, ut cæteri à Laurea arceantur, licetsi prout et modò constet debilis nimis fuerit, nequaquam nec quidquam ad Cibum jubere conceden, quinimo in oppressionem sicuti à principio cæptum Excellentem Niegowiecki et Lusinski ad Mcum D. Rectorem delatus, nescitur quo facto aliàs neq; Condemnati, neq; Jurevicti, neq; ut alius sit per Universitatem electus; Quoniam Conclusio, quæ erat allegata ad eligen novum Seniorem, optimè pro parte Citati militat, ubi expressè docetur ad finem in hæc verba: in locum Privati constituatur alius, donec hic, vel alius eligatur per Universitatem. Tandem Conclusione præcedenti immediatè facta, solummodò est electus Senior, absq; mentione Substitutionis, et privationis sui Citati. Subsequenter in majorem exacerbationem, ac dandum motivum Scandali Juvenibus (quod semper dabatur per Excellentes supra specificatos, prout et modò constat ex Substitutione ejusdem, et plurima aliâ docebunt:) id solummodo factum. Jam verò præmissa omnia, contra se Citatum per Partem Actoream inducta, et allegata, vera esse negantis, et salvum sui Conductum ex Carceribus petentis. Ex adverso Actor ad probationem Allegatorum, per Citatum negatorum se admitti, et Citato Salvum Conductum non debere concedi ob rationes Majorum perpetrandorum scelerum per eundem Citatum, ac securitatis publicæ conservan gratiâ petijt. Et Rndmus Dnus Judex Surrogatus auditis propositis Partium, et responsis, Actori probationem Allegatorum injunxit, Citatum verò ad ulteriorem decisionem Causæ adhuc in Carceribus detinendum esse censuit, et terminum conservavit. Præsentibus Perillribus, Illribus, Clarissimis, et Adm Rndis MM. Alberto Goszkowski, Josepho Popiołek, Antonio Urzgnowski, Casimiro Stęplowski Sæ Thæ Pfribus, Sancti Floriani ad Cracoviam, Antonio Wilkoszowski U. J. Pfre, SS. Omnium, Michaele Czyrnicki Phiæ Dre et Pfre, Sæ Annæ Canonicis, et me quo supra Actorum Notario.

Mercurij 6ta Mensis Octobris.

1 Generosus Starzynski contra Clarissimum Marciszowski
Coram eodem quo supra Mco Dno Rectore, in publica Causarum
Audientia comparens perstr Generosus Antonius Starzynski Illmi
Castellani Konarien Aulicus, Actor Ppalis, in termino ex Citatione
literali, ut à tergo ejusdem constat, legitimè per Bedellum exe-
cuta provenien contra Illrem Clarissimum et Adm Rndum
M. Jacobum Marciszowski, U. J. Dfrem, Contubernij Juris peri-
torum Seniorem, Cancum Voinicen, inquantum nec per se, nec
quempiam Lgmum Procuratorem comparentem proposuit super
eo: Quia Ipse Annulum Aureum, lapillis in superficie insigni-
tum, adhuc in Ao 1749no ratione quatuordecim fl. polon. in
rem sui protune Ppalis ab eodem Illri Citato accommodato-
rum, oppignoratum, multoties amicabiliter requisitus resti-
tuere recusat. Ipsum proinde ad restitutionem prædicti Annuli
Juris medijs stringi, et compelli, in damnis, et litis expensis con-
demnari, tum ratione indebitæ detentionis ejusdem Annuli, ac
vexæ temeranæ sui Actoris pœnis adæquatis puniri debita cum
instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector supra
scriptum Citatum Contumacem reputavit eundemq pro se-
cundo adcitare mandavit. Præsen Perillri Clarissimo Adm Rndo
M. Thoma Muszynski U. J. Drè Sæ Thæ Pfrè Colgtarum
Sæ Annæ et SS. OO. Crac Canonico, Parochialis S. Nicolai
extra muros Præposito, et me quo supra Actorum Notario.

2. Illris Filipowski ut supra contra Excel. Temprowski
Coram eodem quo supra Perillri Rndmo Dno Judice Surro-
gato in termino ex Actis et conservatione illius sub Die Veneris
1ma Mensis Octobris Anni curren, comparens personaliter
Illris Clarissimus, Adm Rndus M. Petrus Filipowski
Phiæ Dr et Pfr Collega Major, uti et tanquam supra speci-
ficati Magnifici Perillris, et Adm Rndi Dni M. Stanislai
Filipowicz & Principalis constitutus Plenipotens, satisfaci-
endo Decreto dicta Die 1ma Mensis et Anni curren lato,
in et contra Inculpatum Excellentem M. Mathæum Tempro-
wski

Contub.

Contubernij Staringeliani exauthorisatum Seniorem, ex adverso verbaliter, et realiter Citatum, inducit Testes, omni exceptione majores, nempe VV. Franciscum Tomiecki, Josephum Skorupski, Andream Henkowski Phiæ Baccalaureos, Michaelem Rogowski Minorum Ordinum Clericum, Honoratos Viros Albertum Zastawski, ac Jacobum Kowalski Universitatis Bedellos, et Nobilem Antonium Merkowski Dispensatorem Collegij Majoris, salva plurium inductione, si et inquantum opus fuerit, eosdemq admitti, et uti in re ex notorio facto, et manifesto scandalo, quæ ad præsens judicialiter producit, examinari debita cum instantia postulavit. In præsentia Excellentis M. Mathæi Temprowski, Citati ex adverso Ppalis, in Testes per Clarissimum Plenipotentem nomine Magnifici Dni Rectoris agentem, uti Contubernij Staringeliani Provisoris, primò quò ad Contubernales ex eo: quod sint Jurisdictioni Provisorali subjecti; Quantum verò ad Honoratos Bedellos Uniotis, quoniam hi ligaverunt Citatum, et ligatum per Aream Collegij ad locum sordidum, videlicet ad Celarium duxerunt, non consentientis. Præterea quoniam Articuli per Magnificum D. Rectorem, uti Contubernij Staringeliani Provisorem sunt contra mancipium sui uti Provisoris, ejusdem Jurisdictioni subjectum, salvam fidem habere debent, neque Professor puncta punctis opponere potest, proinde ad Articulos Ipsius, et ad liberam Ejus voluntatem vinctas manus dantis, et Clementiam Ejusdem Magnifici Dni Rectoris tum quoq Judicij præsentis humillimè exposcentis, ac Intercessionem ejusdem Judicij ad Magnificum Dnum Rectorem debita cum Veneratione postulantis. Ex adverso Actor exceptiones contra Testes inductos, et specificatos, nullum posse habere robur, ex quo domestica domesticis probantur. Tum quia per juramentum omnis Testium suspicio tollitur. Quò verò ad Articulos etiamsi Citatus vinctas porrigat manus, eundem tamen ad quemlibet seorsim Articulum ut directè respondeat, stringi, et ut supra institit. In contrarium Citatus ut supra petijt. Et Rmus Dnus Judex Surrogatus auditis propositis Partium, et responsis, eoq attento, quoniam Citatus contra Testes inductos nullas dedit exce-

ptiones legales, ideo easdem tanquam irreales rejecit. Et quamvis
propria sui oris confessione contra se Allegata, et in Articulis produ-
cta ab Actore aliquomodo fateatur esse vera, nihilominus pro sufficienti
Judicij sui informatione, ipsiusq; Citati convictione, vel re-
levatione prædictos Testes admisit, eosdemq; examinandos prævio cor-
porali juramento, juxta productos ab Actore Articulos Mri Cyr-
richi, et Judicij præsentis Notario commisit, et terminum conserva-
vit. Et in continenti Citatus Inquisitiones per Testes juratorias
non esse necessarias, ex quo omnia per se dicta, et facta contra Mum
Dnum Rectorem et Provisorem Contuberniij Staringeliani, fa-
tetur, quam etiam Literis, manu propria Citati scriptis, licet qui-
dem generaliter, specialiter tamen singula Allegatorum contra
se Citatum puncta dignoscit, et ut supra Clementiam Judicij
præsen petit. Pro contrarium Actor, quoniam Citatus modo su-
pra præmisso omnia, et singula, quæ continentur in Allegato-
rum Articulis, palam, et liberè in præsenti Judicio agnoscit, conse-
quenter Inquisitiones juratorias non esse necessarias dicit, ideo
justa supernis Allegata, et per Citatum agnita, Decretum definiti-
vum ferri, ac in eundem Citatum debitas pro præmissis pœnas
extendi debita cum instantia petijit. Et Rndmus Dnus Judex
Surrogatus auditis Partium Allegatis, et responsis, aliisque
maturo Judicio, et deliberatione trutinatis ad Decretum definiti-
vum condescendit quod est tenoris sequen = Quando quidem
Excellens M. Matthæus Temporalis, Phiæ Dr, ejusdemq;, et
Matheseos Pfr Geometra Ordinarius, sui immemor juramenti,
tam circa Inscriptionem in Album, quam circa Promotiones ad
Lauream, de Obedientia Magnifico Dno Rectori pro tempore
existenti præstanda, et Bono Communi Universitatis promovendo
emissi immemor quoq; vocationis suæ Professoralis, et Seniorales
in Contubernio Staringeliano, continuè computationibus, et inebri-
ationibus, jurgijs, et contentionibus deditus, de quo licet si multoties
in ante monitus, tum quoq; Decretis Imo in Anno 1747mo Die
Veneris 20ma Mensis Octobris, 2do in Anno 1750mo Die 12ma
Mensis ejusdem in quibus per Judicium Rectorale data erat facultas
Perillri Dno Provisori dicti Contuberniij Staringeliani eundem Excel-
lentem Temporalis Citatum à Senioratu amovendi, et alium in
locum ejus substituendi latis, judicatus fuerit, se tamen incorrigibiliter

et inter

et inemendabilem gessit, jam ipso facto obstuam incorrigibilitatem, ac alia Statum Professoralem, multo magis Senioralem dedecentia inter Alumnos Contubernales commissa, et practicata, per se Citatum solita in Convocatione Universitatis Die 24ta Septembris Mo currenti celebrata instante Magnifico Dno Rectore, suspti Contuberniy Provisore per Electionem alius Senioris ad idem Contubernium sit amotus, et Senioratu privatus. Nihilominus pejora pejoribus accumulando Die Sabbati 25ta Mensis Ubis Anni currenti Residentiam Mci Dni Rectoris presentanei, et Contuberniy Staringeliani Provisoris temulentus circa horam Nonam antemeridianam, tribus repetitis vicibus, nullo habito respectu Authoritatis, et Prerogativa Rectoralis, cum verbis scommaticis, lasciviis, clamorosis, et execrationibus maximis, in presentia Bedellorum Universitatis, et famulatus sui Actoriy cum stupore DD. Professorum in Collegio manentium, sed etiam Extraneorum pretereuntium invasit in facien Mco Dno Rectori, uti sepesepius in ante solebat, restitit Togam de humeris sui projs manibus detractam pre oculis Mci Dni Rectoris interram projecit, se amplius nominandum esse Academicum reclamavit, Alumnis in dicto Contubernio Staringeliano, telo quodam ferrato mortem inferre attentavit, projq Mco Dno Rectori uti ejusdem Contuberniy Provisori, in Residentia Epis Rectorali hoc ipsum per se Citatum faciendum esse verbis impetuosissimis comminari presumpsit, predictum Contubernium, ne ea illo amoveretur, præclusit clavim ab eodem præcluso penes se usq ad noctem, etiam indetentione existens occultavit, et retinuit multaq alia scandala decentiosissime perpetravit, ideo eundem Excellentem M. Mathæum Demyanski Dnice Dren ejusdemq et Matheseos Profm, moderatum Citatum, punibilem esse advenit. Et licet pro premissis gravissimas pœnas, premaq juxta Statuta Universitatis meruit Proscriptionem, nihilominus attento eo, quod Excellens Citatus premissa omnia, dicta, et facta, à se perpetrata, in Judicio præsens allegata, propria ore confessione, Literis manu propria scriptis, ad Mcum Dnum Rectorem directis, in presenti Judicio productis, et lectis agnovit, se sponte Judicio submisit clementiam petijt, et quod jam in parte per sectionem Carceris pœnas subijt, ad mitiores descendit. Eundemq Excellentem Citatum ante omnia Toga Academica, quam ex se detractam in terram projecit, tanquam ea indignum, privavit, omnibus juribus, Priviligijs, et Immunitatibus Universitatis Cracq gaudere, Academicum

se Professorem nominare, in Studio Academico, et in consortio Professorum commorari, extunc amplius nec debere, nec posse sub pœna Proscriptionis, et Habitûs depositionis, ipso facto incurrenda, et ad Valvas Collegiorum per affixionem publicanda censuit, decrevit, et sententiavit Decreti præsens vigore ad præmissa mediante

Præsentibus Illûbus, Clarissimis Admû Rndis MM. Thoma Murzynski U. J. Drê, Sæ Phil. Pfê, Collgtarum SS. CC. et Sæ Annæ Canonico, Parochiali S. Nicolai extra Urbem Præposito, Michaele Czyrnicki Phicæ Drê, ejusdemq; et Cursus Vladislaviani Pfê, Collega Majore, in Opatowiec, et Robiedr Curato, Collgtâ Sæ Annæ Canonico, et me quo supra Actorum Notario.

Publicatio Decreti da o Jemprowski

Veneris Ova Mensis Octobris coram eodem quo supra Perillri Rmo Dno Judice Surrogato comparens personaliter Illris Clarissimus, Admû Rndus M. Petrus Filipowski Phicæ Drê et Pfê, Collega Minor uti et tanquam Perillris Admû Rndi Dni M. Stanislai Filipowicz, Sæ Phicæ Dris et Pfris Specialiter constitutus Plenipotens, in termino ex Citatione Verbali pro hodie incidenti, Decretum definitivum, jam alias in anteriori termino videlicet Mercurij Die 6ta Mensis et Anni currentis latum publicari, idemq; debitæ executioni demandari debita cum instantia postulavit. In præsentia Excellentis M. Matthæi Temprowski Phicæ Dris, ejusdemq; et Thesaurarii Pfris, Citati Principalis, in publicationem Decreti ingressum favorabilis consentientis. Et Rmus Dnus Judex Surrogatus auditis Partibus, in publicationem Decreti consentientibus, ad publicationem ejusdem condescendit quod est tenoris subsequentis. Post promulgationem Decreti Pars Citata appellavit. Quam Appellationem Rmus Dnus Judex Surrogatus refutavit. Ipsem appellavit, et iterum refutavit, et in Decreto stetit.

2. Excellens Buszyd Dativus Executor.

coram Officio, et Actis præsentibus Rectoralibus constitutus personaliter Excellens M. Ambrosius Buszyd Dativus, Phicæ Dris, ejusdemq; et Scholæ Dialecticæ in Classibus Novodvorsciani Pfris, Contubernij Hierosolymitani Senior, de subsecutis fatis Excellentis olim M. Testamentaria Caroli Opeypowicz Phicæ Dris et Pfris, Die hodierna horâ 2da pomeridianâ vitâ functi detulit, subsequenter dispositionem rerum ejusdem p. Defuncti, et totius supellectilis, quoniam justa

Dativi Executor.

Bullæ

Bullam Leonis Papæ X. ad Officium præsens Rectorale ea spectare, et pertinere dignoscitur, alicui Viro bonæ famæ committi debita cum instantia postulavit. Et Officium præsens Rectorale audita præmissa relatione, insistendoq prædictæ Bullæ, ac alijs Juribus eo in puncto Universitti huic servientibus ante omnia suprafatum Excellentem M. Ambrosium Buszydłowski, ejusdem Contubernij Seniorem, in Executorem Dativum, quatenus videlicet in præsentia mei suprascripti Notarij, aut Facultatis Phcæ Decani Inventarium rerum, et totius Substantiæ reperibilis, dictum pie Defunctum concernentis, conscribat, Curam Sepulturæ Corporis gerat, præcommisit, futuro tandem in termino Officio Nostro rationem expensorum, et derelictorum quorumcunq redditurus. Præsente me quo supra Actorum Notario.

1 Lunæ 11ma Mensis Octobris.

Honoratus Klein admittitur ad Privilegia Bibliopolarum, et Typographorum omnia, et singula, ut infra.

Coram eodem quo supra Mco Dno Rectore, in publica Causarum Audientia, comparens personaliter Honoratus Adamus Kleyn, Artis Typographicæ Socius, inter Typographos et Bibliopolas annumerari ac super hoc Privilegium gratiose sibi concedi, et ex Cancellaria Officij præsen in forma probanti et authentica extradi mandari, debita cum instantia postulavit. Et Magnificus Dnus Rector postulationi ejusdem suprafati Honorati Kleyn uti justæ benigne annuendo Susceptionis Privilegium prævio juramento corporali, eidem concessit illudq ex Cancellaria Officij sui in forma Authentica et probanti extradere mandavit, ac eundem inter Typographos et Bibliopolas annumerandum esse duxit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsente me quo supra Actorum Notario.

1. Gnrosus Starzynski contra Clarissimum Marciszowski.

Coram 8 in termino ex Actis, et conservatione illius in diem hodiernam inciden comparens personaliter Gnrosus Antonius Starzynski, Illrmi Castellani Konarien Aulicus, Actor Ppalis, accusata contumacia suprascripti Citati, inquantum non comparen, satisfaciendoq Decreto Judicij præsen Die Mercurij Sexta Mensis et Anni currentium lato, inducit Ipsum Ignatium Brzozowski, uti et tanquam proprium suprascripti Annuli Dominum, per se

Actorem, apud suprà datum Clarissimum Rectorem in Aº 1749.
Die 29. Martij ratione florenorum 14. polonicalium, et gr 10.
in Rem Spi Brzozowski accommodatorum, oppignorati, ad com-
portationem, et restitutionem hujusmodi Annuli eundem Reum
stringi, et compelli ed ut supra petijt. Præsente Procura-
tore Clarissimi Actoris cujus supra, salvis & et præmissa &
satisfaciendo Decreto Judicij processum, Annulum protensum, tur
submissionem suprafati Actoris producente, salva quoj ex-
solutione florenorum 14. gr 10. quoniam ex eadem submissi-
one non constat de dispositione directi ejusdem Annuli Domini,
nec in submissione a se Actore data mentio aliqua specialis
lapillorum, et valoris fuerit exposita, ideo præcavendo cuivis
indemnitati sui Citati, ante omnia de dispositione Annuli
oppignorati, tum valore ejusdem, et lapillorum doceri petente.
Magnificus Dnus Rector visa submissione Actoris, ad
manus Citati Aº Dñi 1749no Die 26. Martij data, ad
præsens judicialiter producta una cum comportatione Annuli,
ratione florenorum 14. gr 10. oppignorati, per Partem Actoris
ream per modum Recogniti acceptata, eundem Annulum Actori,
prævia sibi Citato florenor 14. gr 10. ea solutione officiosa, re-
stituere mandavit, ad quod spatio dierum trium sub Annuli
amissione. Decreti præsentis vigore, ad præmissa mediante.
Præsentibus Wlmi Clarissimo Admodum Rndo M. Michaele Cypr
riche, Phiæ Dre et Pfre, Collega Majore & et me quo supra
Actorum Rectoralium Notario Actuario.

Luna 10na Mensis Octobris.

Honorati Cieplowskie Perillres Filipowicz, et Lacho-
wicz Testamentarios sui Autores, et Executores Testamenti
Nobilis olim Stanislai Cieplowski Parentis sui quietant.

Między Wielmożnym Jmć X. Stanisławem Filipo-
wiczem, Skrzetney Teologij Doktorem y Profesorem, Kollegiatem
Wileńskim, Kościoła Swiętego Jonpana na Ulesparzu przy Kra-
kowie będącego Plebanem, Scholastykiem Kurzelowskim, Prze-
myskowskim Proboszczem, Rzestawney Akademii Krakowskiey
Rektorem, iako Testamentu niegdy Jp. P. Stanisława Ciepło-

wskiego

uszliego, Die secunda Junij Anno Dñi Millesimo Septingente-
simo Trigesimo Octavo uczynionego et per Officium Rectorale
approbowanego do Wielmożnego Jmci x. Łachowicza Hoyana
na ten czas Filozofii Doktora, Kollegiaty S. Anny w Krakowie
Kanonika Dziekana Pilechiego, przez pomieniony Testament
obranego Exekutora, przypadaiąc na tenże czas Exekutorem, ex
post Recessum tegoż Jmci x. Łachowicza, in Anno proteriito
officio sè factum teraźnieyszym Protektorem Ziednej, a Jchmciami
to iest Jmcią P. Kazimierzem, y Barbarą, w Panieńskim Stanie zo-
staiącą, tak przy Assystencyi pomienionego Jmci Pana Kazimierza
Brata swego rodzonego, iako też Jmci Pana Woyciecha Zdu-
skiego Kolligata swego, czyniącą Ciepłowskiemi Bratem, y
Siostrą między sobą rodzonemi niegdy pomienionego Jmci P.
Stanisława Ciepłowskiego, Synem y Corką ex Imo voto spło-
dzonemi, y pozostałemi naturalnemi Sukcessorami z drugiey
strony, stanęła pewna, y wieczysta nieodmienna Transakcya
w niżey opisany sposob takowa: Pomienieni Jchmc P.P.
Kazimierz y Barbara Ciepłowscy, Brat, y Siostra między
sobą rodzeni będąc Testamentem wyżey namienionym Śpco-
wskim w Exekutorya Jmci x. Hoyanowi Łachowiczowi, a zaś
w Protekcyą Wielmożnemu Jmci x. Rektorowi Przestawney
Akademii Krakowskiey in Anno 1733 do dan. ktoryn
Testamentem tenże niegdy Jmci P. Stanisław Ciepłowski rze-
czy swoie od Boga powierzone, tak ruchome, iako y nieruchome,
tudzież całą substancyą przez siebie przyspsobioną dowol-
nej Jmci x. Exekutora wedat Dyspozycyi oraz in Supplemen-
tum takowego Testamentu na Pogrzeb Złotych Polskich 000.
a zaś na odprawienie Mszy SS. przed Grobem Błogosławio-
nego Pana Kantego z tey substancyi pozostałey Złott. Dzięc
Polskich legował podług ktorey Dyspozycyi pomieniony
Jmci x. Łachowicz chcąc ad Massam substancyą pozostałą
przyprowadzić rzeczy ruchome corruptioni podległe potrzebo-
wać przez Starszych Cechowych kazał y one przedaiąc y
za nie Summę wraz z innemi Summami, tak z Długow
windykowanemi, iako też z innych Dobr podniesionemi

ztączyuszy, y odrąciuszy tak Legata, iako też y Expensy, pro
Re tychże Pośmne PP. Sukcessorow, na teraz małoletnich,
Tozną Summę Pięć Tysięcy Złotych Polskich dla tychże Pośmnych
PP. Sukcessorow Ciepłowskich ztączył, ex stante Ich Minorenni-
tate, takową Summę nie stanowiąc, z Wielmożnym Pośmnie x.
Filipowiczem, na ten czas przypadanym per Officium Rectorale
Exekutorem, a teraźnieyszym Protektorem, na Dobrach Ziem-
skich propter usum, fructum, et augmentum lokował, ktora
Summa nayprzod na Paszkowce zapisana, a potym z tych Dobr
podniesiona znowu na innych Dobrach to iest Trzy Tysiące
Złotych Polskich, na Dobrach Stryszowie, niegdy Wielmoznego
Pośmci Pana Kazimierza Wilkonskiego, Chorązego Zator-
skiego dziedzicznych, a zas Dwa Tysiące Złott Polskich
na Dobrach Rabbie P. W. Pośmne P. Gabryela Sierakowskie-
go Kasztelana Oświecimskiego, Parosty Mszanskiego lokowa-
ne były, ktore Summy W. Pośmne x. Filipowicz iako Prote-
ktor, y przypadany Exekutor post Recessum od tey Exekutoryi
przez pomienionego Pośmne x. Lachowicza Anno przeszłe
przeszłego 1755 mo officiose factum takowe Summy wypro-
dzić Urzędowym windykował y one w Roku teraźnieyszym
to iest Dwa Tysiące Złott Polskich od P. W. Pośmne P. Ka-
sztelana Oświecimskiego mediante quietatione officiose facta,
a zas Trzy Tysiące Złott Polskich od Wielmoznej Pośmne
Pani Krystyny z Dembinskich Wilkonskiej, Chorązyny Za-
torskiey, iako Dobr Stryszowa Pani dożywotniey, mediante
Cessione in Personam tegoż Wielmoznej Chorązyny, cum
Evictione inscripta, recognita podniosł. Więc pomieniony
Pośmne PP. Kazimierz y Barbara Ciepłowscy, Brat y
Siostra między sobą rodzeni, takowe Grodowe Transakcye
przez Wielmoznego Pośmne x. Filipowicza, zeznane, to iest
lwit y Cessyą, przez niniejszą Transakcyą ewerszystkim
approbacią approbuią, konfirmuią, ratyfikuią, oraz tak Wiel-
moznego Pośmne x. Filipowicza, iako też Pośmne x. Lachowicza
z tey Exekutoryi z wszelkich pretensyi nie tylko niniejszą

Dzrani

Transakcyą kwituią, ale też y urzędownie kwitować deklaruią. A że do pomienionych Summ Pięć Tysięcy Złott Polskich wynoszących Wielmożny Jmć X. Filipowicz, tak z Prowizyi branych, iako y za Domostwo na Gruncie Akademickim będące, sprzedane Tysiąc Trzysta Trzydzieści Złott Polskich, groszy siedm, Szeląg ieden dla tychże PP. Ciepłowskich przysposobił, a zas kleynociki ktore korrupcyi nie podlegały, iako to łancuch szczerozłoty, pereł nici szesnascie, Kanaczek rubinowy z perłami, piestrzen rubinowy w szachownicę, obrączkę szczerozłotą, paciorki koralowe z metalikiem srebrnym, pierscioneczkow małych partim srebrnych, partim pozłocistych trzy do tych czas konserwował ktorych rzeczy Taxa przy spisaniu ninieyszey Transakcyi na Tynfow Pięcset Siedmnascie była, zaczym pomienioni PP. Ciepłowscy tey wszystkiey Substancyi, dla siebie do tych czas konserwowaney, y augmentowaney takowy podział czynią. A nayprzod Trzysta Trzydzieści y trzy Złott Polskich, y groszy siedm, Szeląg ieden nad Summę wyżey wyrażoną, wraz złączoną Sześć Tysięcy Złott Polskich winikaiącą, te na potrzeby swoie osobliwie Panny Ciepłowskiey na oporządzenie w Sukniach, ile że tylko iedną parę Sukienek maiącey z Rąk tegoż Wielmożnego Jmć X. Filipowicza ad praesens odbieraią, y z niey kwituią. A iako ta Substancya poniegdy J. P. Stanisławie Ciepłowskim z ruchomych rzeczy skomputowana, nie z żadnych Dobr Szlacheckich, albo Ziemskich pochodząca, ale przez Oyca Ich wraz z Matką krwawo na Gruncie Akademickim iest przysposobiona, więc też ciż pozostali Sukcessorowie Brat y Siostra zarownie się dzielą, to iest Pan Kazimierz Ciepłowski Brat, iako iuż Competentiam Annorum maiący Summę Trzy Tysiące Złott Polskich z Summy wyżey wyrażoney Sześciu Tysięcy Złott Polskich pochodzącą exnunc od W. Jmć X. Filipowicza odbiera, z ktorey odebraney praesenti Transactione kwituie, et pro generali Evictione ab omnibus impedimentis, na Dobrach swoich ogolnie wszystkich zapisuie się. A że pomieniona Panna Barbara Ciepłowska ieszcze w Panienskim stanie zostaie, y żadney sposobności Summą na siebie należącą Trzema Tysiącami Złott Polskich, żadney lokacyi, ani Ewikcyi nie pod-

legatycą robienia niema, Wzięc Summę przy Expiącie Matt
Loff do dalszego postanowienia swego, albo Kupienia iakiego
Folwarku: z tym staracz się Pome X. Zdulski iako Kollegas,
przy teyże Pannie Cieptowski stawaiąc deklaruie: przy Pmc
X. Filipowiczu Rektorze zostawuie. A gdy pomieniona Panna
Cieptowska Stan swoy odmieni, lub też iaki Folwarczek do
Kupna wziec będzie, na ten czas W. Pme X. Rektor za kwite-
rundowanym oddac powinien będzie. Co zaś tycze pomienionych Kley-
notow in Natura zostaiących wyżey Specyfikowanych, a teraz ofa-
rowanych, wzięc tych takowy dysparsymens między sobą czynią. To
iest P. Kazimierz Cieptowski brat tancuch szczerozłoty przetna-
czem. Złoff ofiarowany dla siebie bierze, reszte zaś kleynotow
iako to pereł, kanaczkow, paciorkow, pierscionkow, i te bardziey do
Stroiu Białogłowskiego należących dla Panny Barbary Cie-
ptowskiey Siostry swoiey ustępuie, które ruchomości taż Panna
Barbara Cieptowska przy obecności y Assystencyi pomienio-
nego P. X. Zdulskiego Kollegata swego obiera, y z nich Utrzy-
mie W. Pme X. Kanonika y Rektora kwitnie niniejszą Transakcyą
Ten tedy Podział y Applikacyą substancyi Cyrograf uczyniwszy
iako cz. PP. Cieptowscy W. Pme X. Rektorowi za Protelacyą manu-
tenacyą y podiete tatygi dziękuią z wszelkich pretensyi z okazytey
Exekutoryi pochodzących kwitują, tabler generalną Ewikcyą od
wszelkich impedymentow, na Dobrach wszystkich swoich y Summach
pieniężnych Zapisuią. Co wszystko strzymac, y przeciw niey do
Zakładem Szescii Expiczey Grzechez, Grzywien y Strzech Matt
grozy siedmiu Szelęga rednego, y obowiązkami wtey Transakcyi
wyrażonemi poczytuią, a umiędzyc uczynieniu Tamum Grodzi
wraz cz. PP. Cieptowscy do odpowiadania sobie, y Sukcesorom
swoim namacaią, y tę Transakcyą rękami własnemi podpisuią.
Przyiaciół podpisaniey, Aktami Grodu wraz ze swo interesse ro-
boruią. Działo się w Krakowie Dnia 29. Miesiąca Paździer-
nika, Roku Pańskiego Expigesmego, siedmsetnego, Pięćdzie-
sigtego pierwszego. — Kazimirus Cieptowski mpp. Bar-
bara Cieptowska. Woyciech Zdulski Assystent mpp.

ACTA ACTORUM
Judicij Rectoralis
Almæ Vniversitatis Cracoviensis

RECTORATU VI.

Magnifici, Perillris, Clarissimi et Adm Rndi Dni M. Stanislai Filipowicz, Sæ Thæ Dris et Pfris, Collegij Majoris Senioris Patris Ecclesiarum Collegiatarum Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Decani, Curelo-viensis Scholastici, Parochialis Præmicoviensis Præpositi, in Igolomia Curati Contubernij Staringeliani, et Alumnatus Roszczeviani Provisoris Studij Generalis Vniversitatis Cracoviensis Dignissimi Rectoris

Anno quo supra, Commutatione verò hyemali

per Me

M. Antonium Michalski, Phiæ Drem, Ejusdemq Regium Professorem, Collegam Majorem, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonicum

ACTI CATA

1 Mercurij 20ma Mensis Octobris.

Honoratus Kleyn jurat pro Typographia

Coram eodem quo supra Magnifico Dno Rectore, ac in Ejus publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Adamus Kleyn, Artis Typographicæ Socius

satisfaciendo Decreto Lunæ 11ma Mensis et Anni curren petijt sibi Privilegium ut supra expetitum conferri, ac se ad juramentum admitti. Et Magnificus Dnus Rector supramemoratus, petitis ejusdem pro secundo allatis benigne annuens, eundem ad juramentum sub Rotha hac:/ Ja Adam przysięgam Panu Bogu w Troycy S. Jedynemu, iako żadnych ksiąg Heretyckich, lub inszych bez Approbacyi Duchowney Zwierzchności drukować, ani gdzie indziey drukowaney sprzedawać ani sprowadzać nie będę. Honor y dobre Imię Akademii Krakowskiey gdziekolwiek się obrocę, piastować według możności przyrzekam. Tak mi Boże dopomoż, y niewinna Męka Jego:/ admisit, et Privilegium in forma solita confici, ex Cancellariaq Officij sui extradi mandavit. Præsente Illri Clarissimo Adm Rndo M. Laurentio Przypkowski Phiæ Dre, et Pfre, Collega Majore, et me quo supra Actorum Rectoralium Notario.

Lunæ Sva Mensis Novembris.

Honorati Oziomkiewiczowie Stra Ingenuum Chełczynski Coram 8 in termino ex Citatione verbali comparentes personaliter Honorati Antonius et Regina Oziomkiewiczowie, Cives, et Sartores Crac. Actores Spales, in et contra Ingenuum Jacobum Chełczynski victu emendicato degentem proposuerunt de et super eo: Quia Ipse Ingenuum Joannem Actorum Filium, cum Complice Simone Zmudzinski, ante quatuor hebdomadas, secum Cracoviâ educere ausus est, et præsumpsit. Ipsum propterea sequestrari, donec fidelem relationem fecerit, quo in loco eum reliquit, et quò suus Filius versus fuerit, petierunt. In præsentia Citati dictum Joannem Filium apud quendam Gsum in Villa Brudlew residentem obsequium suscepisse dicentis, et libertatem à Causa et termino postulantis. Et Mcus Dnus Rector annuendo affectationi Partis Actoreæ, Citatum tantisper in Carcere detinendum esse duxit. Decreto præsen ad pmissa mediante. Præsen Illri Clarmo Adm Rndo Zołędziowski, Phiæ Dre et Pfre, Collega Majore, Sæ Annæ Canco, et me Actorum Notario

Gsus

Gnrosus Kierling Miles contra Ingenuum Jankowski.

Coram 8 comparens personaliter in publica Causarum Audientia Gnrosus Antonius Kierling, Vicevexilifer Regiminis Equestris Gvardiae Sae Rae Mtis et Reipublicae, contra Ingenuum Joannem Jankowski jam alias verbaliter Citatum, et in Carcere detentum proposuit injurias quasdam personales sibi Actori per Citatum illatas, et ad Coram in solita Mci Dni Rectoris Residentia specificatas, ac pro ipsdem injuriis sic ut praemittitur illatis contra dictum Citatum Definitivam ferri debita cum instantia postulavit. In praesentia Fiscalis Officij Judicij praesen quoniam supstus Citatus non est reperibilis in Libro Metrices Studiosorum de Nomine, et Cognomine inscriptus, ideo eundem Judicio praesenti non debere subesse, nec posse pro Studioso haberi allegantis. Et Mcus Dnus Rector Citatum pro patratis excessibus incarceratum dimittendum esse censuit, eoq attento, quod non sit in Album Studiosorum inscriptus, nec Scholam frequentaverit, non esse, nec nominari debere Studiosum declaravit, uti de facto censet et declarat Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesente ut supra, et Me Actorum Rectoralium Notario.

Gnrosus Burzynski Colonellus admittitur ad Geometriam.

Coram 8 in publica Causarum Audientia, comparens perslr Gsus Adamus Burzynski, Eques Curlandiae, Cohortis Loricatae Celsissimi Principis, Illmi et Rmi Dni Andreae, Stanislai Kostka in Załuskie Załuski, Episcopi Cracovien, Ducis Severiae Exoticae Vice-Colonellus, uti et tanquam Scientiae, et praxis Geometricae bene peritus, se ad praestandum super fideli Agrorum, Camporum, pratorum, sylvarum, et quarumvis terrae partium, atq Locorum dimensuratione, ex divisione, quandocunq et ubicunq facienda, corporale juramentum per Decretum Judicij praesen admitti, idemq juramentum ad Acta publica ingrossari, ac desuper Literas Testimoniales in forma patenti sibi dari mandari, debita cum instantia postulavit. Et Mcus Dnus Rector postulationi Illius uti justae, et rationi consonae annuendo, supramemoratum Gsum Adamum Burzynski, praevio ex Utraq Geometria, et Statutis Regni conformi Geodesia examine, ad corporale juramentum in eam formam: quod

Agros, Campos, prata, Sylvas, ac alias terræ partes, quoties cunq; ad dimensionem, vel eâdivisionem vocatus fuerit, fideliter sine præjudicio Partium, Mensurâ in Statutis Regni expressâ dimetietur, admisit. Quo præstito, Ipsum pro Jurato Geometra constituit, et Literas Testimoniales ex Cancellaria sui Officij Eidem extradendas esse declaravit, prout de facto admittit, censet, et declarat Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsentibus Mro Clarissimo, et Adm Rndo M. Antonio Zoltedi ouski, Phiæ Drē et Pfrē, Collega Majore, Sctæ Annæ Canonico, eo me quo supra Actorum Notario.

1 Veneri Anna Mensis Octobris Illmus Przypkowski de Bugdyplus Coram eo in termino ex Citatione verbali in diem hodiernum indicendo, in Cathedrali comparens personaliter in publica Causarum Audientia Illmi Clarissimus M. Joannes Przypkowski Phiæ Drī, ejusdemq; et Matheseos Pfr, Geometra Juratus, Collega Major, Ecclesiæ Collegiatæ Sctæ Annæ Archidiaconus citati et tanquam Typographiæ Universitatis Administrator, Principalis Actor, proposuit in et contra Honoratum Adamum Bugayski de et super eo: Quia Ipse contra Regulas et Articulos Artis Typographicæ per Magnificos Rectores conscriptos, et à Sacra Regia Mtte approbatos, non avisato se Actore, ante duas hebdomadas, quemadmodum dicta Regula et Articuli Sociorum Artis Typographicæ disponunt, et obligantur, laborem in eadem Typographia Universitatis liberè susceptum temerè deserere, et ad aliam Typographiam Nobilis videlicet Hebanowski /: cum quo sibi modernus Actor in Judicio præsenti Actionem pro Avocatione ejusdem Socij Adami Bugayski, si et inquantum per Illum avocatus est, reservari postulat :/ se transferre, non digestis ad sua loca vulgo Czasta aliquot formarum, et Typorum Characteribus, nec persolutis, vel saltim /: quod modernus Actor non gravatim acceptasset :/ labore Typographico compensato 17. fl. in summa polon., et extrema sui necessitate Die 2da Mensis Octobris Anni currentis apud se prænominatum Administratorem contracto debito, non facta denique restitutione Exemplarium Libri, cui Titulus: Exercitia Spiritualia, fraude, et dolo sui Citati, stante Administratore antecedanea, toties defectuato, multoties de præmissis benigne requisitus, contravenire ausus est, et præsumpsit. Ipsum

proinde

minue pro transgressione Articulorum, Sociorum Artis Typographicæ quos se circa sui inter socios admissionem inviolabiliter servaturum juravit, pœnâ corporali per Judicium præsens arbitrariâ puniri, et tamdiu in carcere detineri donec debitum 17. florenorum in sua necessitate contractorum moderno Actori restituerit, atq; post egressum ex carcere, ad digestionem, seu repositionem Characterum ad ipsa repositoria, et restituendum Exemplaria scilicet Exercitia Spiritualia per se citatum defectuata, in locum defectuosorum stringi, et compelli debita cum instantia petijt. Intervenient quoq; Honorato Josepho Hajek Bibliopola, contra eundem Citatum pariter ratione repositionis Characterum in sua repositoria, et ad eandem repositionem eundem Citatum stringi postulante. Et Meus D. Rector suspensa interim Causæ præsen Actione principali, et Intervention Honorati Josephi Hajek, Honoratum Franciscum Jankiewicz uti et tanquam moderni Citati Complicem, citandum esse duxit. Interea tamen quatenus Citatus negotia sui attinentia quantocyus facilitare curet, injunxit. Præsentibus quibus supra.

Mres Commissarij ad Contubernia et Scholas per Fiscalem Officij Judicij præsentis petuntur nominari.

Coram &c comparens perstr Fiscalis Officij Judicij præsen Mres Commissarios in ordine ad expediendas in Contubernijs, et Scholis ad alias Congregationibus, Jurisdictioni Rectorali subjectis Commissiones deputari et nominari petijt. Et Meus Dnus Rector annuendo petitioni, uti rationabili, et Legibus Universitatis consona, Mres Clarissimos Commissarios ad supradictas Commissiones expediendas deputandos esse censuit, prout de facto censet, et nominat tenore sequenti: Ad Seminarium Mrem Clarissimum Popielski, cum Clarissimo Korczynski. Ad Contubernium Regio-Jagellonianum Mrem Krzyzanowski, cum Clarmo Kociakowski. Ad Contubernium Hierosolymitanum Mrem Przypkowski, cum Clarmo Sokalski. Ad Contubernium Philosophorum Mrem Czyrnicki, cum Clarmo Matyszko. Ad Contubernium Jurisperitorum Mres Nikorowski, et Lotkowski. Ad Contubernium Staringelianum Mrem Biegaczewicz, cum Clarmo Matyszko. Ad Contubernium Gelonianum Mrem Lotkowski, cum Clarmo Franchi. Ad Scholam Arcensem Clarmum Korczynski, cum Excell. Niegowiecki Ad Scholam S. Floriani Clarmum Kociakowski, cum Excellente

Turkowski. Ad Scholam SS. 00. Carmelitarum Poltawski, cum Excellte Buszydłowski. Ad Scholam Sctæ Annæ Carmelitarum Malyszko cum Excell. Mrugaczewski. Ad Scholã Archiepiscopalem BVM. V. Mrem Woyciechowski, cum Carmelitarum Franchi. Ad Scholam S. Spiritus et Hospitale S. Rochi idem. Ad Scholam S. Stephani Mrem Woyciechowski. Ad Scholã S. Nicolai Carmelitarum Franchi. Ad Scholam Sñi Corporis et Scholam S. Jacobi Mrem Woyciechowski. Ad Scholam Przemiecz Mrem Polaczek, cum Franchi. Ad Charmonia-cos Mres Sokrzewicz, et Dzikowski. Ad Pictores et Typographos Mres Wilkoszewski, et Zakrzewski. Ad Bibliopolas Mres Muszynski, et Szpilowski. Ad Apotecarios juxta Statutum Regni Carmeñ Medicinã Doctores, nempe Wadowski, et Camelin. Utquè aliter specificati Mres Commissarij seu Visitatores, prædictas Commissiones, seu Visitationes intra quindenam ab intimatione expediant, et Relationem expeditarum Mcõ Dño Rectori faciant, injunxit Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsen quibus supra.

Die 26ta Mensis Octobris.

Coram Me in publica Causarum Audientiã comparens personaliter Nobilis Sebastianus Gorgoniewicz uti et tanquã Actor Rndi Casimiri Opeydowicz, ad Eccleam Myslenicen Commendarij, et Confraternitatis Sñi Rosarij ibidem Promotoris, Actis Actis Plenipotens proposuit vi et contra Excell. M. Ambrosium Buszydłowski, Phicæ Drem, Dialecticæ in Classibus Novodworscianis Mrem Contubernij Hierosolymitan Seniorem, uti et tanquam Excellentis dñi M. Caroli Opeydowicz Phicæ Dñi, et Dñi Contestati, Executorem Dativum, de et super eo: Quòd Ipse Imo Centum florenos mutuò sibi Defuncto accommodatos. Item alios florenos 29. in exemptionem pilei sibi Actori transmissos, toties post obitum Excellentis dñi Opeydowicz amicabiliter requisitus reddere non vult, quinimo recusat. Quocirca eundem Excell. Citatum ad restitutionem prædicti debiti Supto Actori Quis medijs stringi, et compelli debita cum instantia postulavit. In præsentia Citati exolutionem prætensorum debitorum, si et inquantum ea diversitate rerum,

post

post obitum Excellentis olim derelictarum inter alia debita solvenda possibile fuerit, non recusantis, et interea dilationem, et justum spatium quo res piè Defuncti derelictas divendere possit, postulantis. At Mcus Q. Rector consideratis Partium propositis, et responsis, Citato dilationem esse necessariam censuit, ac ideo Illi spatium temporis, quo possit res obitu Excell. olim Opeydowicz derelictas divendere, et ex divendendis debita pro possibilitate exsolvere, ad tres Menses unà cum Calculatione rerum relictarum et venditarum facienda concessit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus ut supra.

Gnrosus Starzynski Clarmu Marciszowski quietat.

Coram Actis præsen et Offio Rectorali constitutus persll Gnus Antonius Starzynski, Illrmi Dni Castellani Konarien Aulicus recognovit, quod Annulum in Ao 1749. Die 26. Mensis Martij apud Illrem Clarmum Adm Rndum M. Jacobum Marciszowski, U. J. Pfrem, Contubernij Jurisperitorum Seniorem, Canonicum Voinicen ratione florenorum 14. gr 10. accommodatorum, oppignoratum, juxta Decretum Judicij Rectoralis Die Lunæ 11ma Mensis Octobris Anno curren latum, prævia repositione fl. 14. gr 10. receperit, de quo sic ut præmittit Annulo recepto, eundem Illrem Marciszowski plenè, et integrè quietat, et se manu propria subscribit = Antonius Starzynski mp

Veneris 19. Mensis 9bris.

2 Gnrosus Plucinski contra Dziurkiewiczowa.

Coram 8 in termino ex Citatione verbali comparens persll Gnsus Martinus Plucinski, proposuit in et contra Honestam Catharinam Dziurkiewiczowa Viduam ex Fundo Collegiali de et super eo: Quia Ipsa Decreto in Judicio Magnæ Procurationis Ao curren Die 5ta Mensis Octobris post Festum S. Francisci Confessoris lato, ratione Tynfonum 80 sibi Actori debitorum, quo mediante sequestratio Bonorum Mobilium, et Casu Impugnationis captivatio ejusdem Citatæ sancita est, satisfacere non vult. Ipsam propterea ad satisfactionem prælibati Decreti, seu exsolutionem 80 Tynfonum, se Actorem concernentium, opportunis Juris medijs cogi, et compelli debita cum instantia postulavit. In præsentia Citatæ se Parti Actoreæ per Confluitarios, quinq Aureos in Officio Judicij Magnæ Procu-

rationis reposuisse dicentis, et libertatem à Causa et termino ex-
" poscentis. Et Mcus D. Rector non intrando in Cognitionem
Causæ, Actorem ad Judicium Magnæ Procurationis pro recuperan
Aureis quinq; in Cupis Officio per Defluitatores favore Partis Ci-
tatæ repositi esse asseruntur, remisit, et reliquum per Citatam
Actori quantocyus exsolvere mandavit, prout remittit, et mandat
Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsen ut supra.

1 Clarmus Baranski Plenipotentes constituit.

Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesi-
mo primo. Die Sabbati 20. Mensis Novembris.

Coram Officio, Actisq; præsen Rectoralibus constitutus perslr
Clarissimus M. Stanislaus Baranski, Phiæ Dr et Pfr Collega
Minor, ante suum discessum pro Directoratu Coloniæ Culmen
in omnibus suis Causis Professionibus, ac Beneficijs, se ex or-
dine concernentibus, legitimos Mandatarios et Plenipotentes
inscribit, nominat, et eligit Illres Clarissimos Adm Rndos
MM. Casimirum Stęplowski Sæ Thæ Pfrem, Sancti Floriani
ad Crac Canonicum, Albertum Biegaczewicz Phiæ Drem et
Pfrem Sæ Annæ Cancellarium, Antonium Michalski Phiæ
Drem et Pfrem ejusdem Sæ Annæ Canonicum, Collegas Ma-
jores Stanislaum Zoltanski Collegam Minorem, Ambrosium
Buszydłowski Contuberniy Hierosolymitani Seniorem, et Jacobum
Niegowiecki Phiæ Dres et Pfres, dans Illis plenam potestatem
in omnibus prædictis Causis, et Negotijs quovis coram Offio et Judi-
cio comparendi, easdem Causas et Negotia promovendi, Benefi-
cia quævis Ecclesiarum, tum Academica, atq; ascensus ex Loco
se concernen petendi, acceptandi, omniaq; in emolumentum consti-
tuen, et quæ fieri poterunt, gerendi, et exercendi, quæ Ipsem et
Constituens promoveret, peteret, acceptaret, constitueret, gereret, ac
exerceret si præsens tunc adesset, et se manu propria subscripsit
M. Stanislaus Baranski Phiæ Dr et Pfr Collega Nor. inpp

2. Lunæ 22. Mensis 9bris.

Honoratus Kleyn contra Matyaskiewicz.

Coram & in termino ex Citatione verbali comparens perslr Hono-
ratus Adamus Kleyn Typographus Crac Ppalis Actor, accusa-
vit contumaciam Honesti Josephi Matyaskiewicz, Artis Typo-

graph.

graphicæ Socij, si et inquantum non comparentis. Et in Epis contumaciam contra suprascriptum Citatum proposuit de et super eo: Quia Ipse debita liquida, et realia à se Actore per Citatum modis varijs contracta amicabiliter requisitus solvere non vult, et recusat. Ipsum propterea ad refusionem hujusmodi debitorum in præsenti Judicio liquidandorum opportunis Juris medijs cogi et compelli debita cum instantia petijt. Et Mcus Dnus Rector Citatum uti non comparentem, pro Contumace reputavit, eundemq pro secundo adcitare mandavit. Præsentibus quibus supra.

Mercurij 24. Mensis 9bris.

1. Dziurkiewiczowa reponit Tynfones 10.

Ad Offm, et Acta præsen Rectoralia persl veniens Honorata Catharina Dziurkiewiczowa ex Fundo Collegiali, satisfaciendo Decreto Judicij præsen Die Veneris 19na Mensis et Anni currentium lato, reposuit Tynfones 10. Moneta Cæsarea ad Complementum debiti Nobilem Plucinski ut supra Actorem concernen. In præsentia Honorati Zastawski Fiscalis Officij Judicij præsentis, et mei suprascripti Notarij Actuarij.

2. Veneris 27. Mensis 9bris.

Honoratus Kleyn contra Matyaskiewicz

Coram 8 comparens persl in termino ex Actis sub Die Lunæ 22 Mensis et Anni curren, et ex Adcitatione verbali pro secundo emanata provenien, in diem hodiernam inciden Nobilis Adamus Kleyn Typographus Crac Ppalis Actor, contumaciam Honesti Josephi Matyaskiewicz, Artis Typographicæ Socij accusavit, in eundemq pœnas Contumaciæ extendi debita cum instantia petijt. Et Mcus Dnus Rector Citatum, uti et tanquam contumacem, Parte Actorea instante pro tertio ad Valvas Collegij et Typographicæ sub pœna Proscriptionis ipso facto incurrenda, si et inquantum non comparuerit, adcitandum esse mandavit. Præsentibus quibus supra.

3. Veneris 4ta Mensis 10bris.

Waschock Gutschlager contra Stachowicz Bibliopolam.

Coram 8 in publica Causarum Audientia comparens persl Famatus Felix Waschock Gutschlager, Civis Crac Prin-

cipalis Actor contra infrascriptum Citatum proposuit super eo: Quia Ipse debitum sibi Actori fl. 27. polonicalium pro Auro, et Argento pictoreo contractum reddere non vult. Ideo eundem Citatum ad refusionem, et exsolutionem ejusdem debiti Juris mediis stringi, et compelli debita cum instantia postulavit. In praesentia Citati, assertum debitum se Actori in parte majori persolvisse et nonnisi Tynfones 12. restantes adhuc Eidem debere dicentis, eosdemq se Crevi restitutorum offerentis, ac libertatem à Causa et termino flagitantis. Ex adverso Actor asserta Citati acceptavit, et Assecurationi ejusdem nunc judicialiter factae acquievit. Et Mcus D. Rector attentis propositis Partium, et responsis, quatenus Citatus assertos Tynfones 12 Actori pro Die et Festo S. Thomae Apli Annô currenti reddat, mandavit. Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesen ut supra.

1 Nobilis Kleyn contra Matyaskiewicz

Coram 8 in termino ex Citatione literali pro tertio emanata comparens prsl Nobilis Adamus Kleyn Typographus Crac. Actor, Ppalis, contumaciam Honesti Josephi Matyaskiewicz, Artis Typographicae Socij, uti et tanquam Judicio praesenti Rectorali refragarij accusavit. In ejusq contumaciam Decretum definitivum ferri, debita cum instantia postulavit. Et Mcus D. Rector Citatum pro Contumace reputavit, nihilominus attenta relatione Actoris, quod Citatus apud se Actorem fuerit, et privatim in dictis praetensionibus cum eo componere voluerit, ideo ob spem concordiae inter Partes exoriundae, Causam praesentem ad Primam Juris distulit, et terminum conservavit, ac Citationem Honesto Matyaskiewicz adhuc reintimare mandavit. Decreto praesen ad praemissa mediante. Praesen ut supra.

2. Decretum Proscriptionis.

Lunae 13tia Mensis 10bris.

Idem contra Eundem.

Coram 8 in termino ex Reintimatione Citationis literalis comparens personaliter Nobilis Adamus Kleyn, Typographus Crac. contumaciam Honesti Josephi Matyaskiewicz, uti et tanquam nec per se, nec per quempiam Ignum Plenipotentem comparen, et Judicio praesen Rectorali refragarij accusavit.

Et in

Et in Ejus contumaciam pœnas Judicij præsentis arbitrarias contra Contumaces, et Refragarios in Jure sancitas ferri, in scriptis promulgari, easdemq; debitæ executioni demandari petijt. Et Mcus Dnus Rector attenta toties iterata Citati Contumaciâ, eundem Citatum, uti et tanquâ Contumacem, ac Jurisdictioni Rectorali refragarium Privilegiô Bibliopolatûs, ac locô standi tam in Typographijs, quàm in Congregationibus Sociorum Artis Typographicæ privandum esse duxit, Privilegijs, et Immunitatibus Universitatis, quibus alij Typographi, et Bibliopolæ gaudent, non amplius gaudere debere declaravit, ac præsens Decretum ad Valvas Collegiorum Majoris, et Jundici publicari, Seniori, seu Senioribus Sociorum Artis Typographicæ idem intimare mandavit, prout in effectu privat, declarat, publicat, et mandat. Decreti præsen vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Annô Domini 1752do.

Lunæ 3tiâ Mensis Januarij.

Garonski contra Myszkowski et alios.

Coram eodem quo supra Mcô Dnô Rectore in termino ex Citatione verbali comparens personaliter Nobilis Michael Garonski, Securitatis publicæ Vice-Instigator in et contra Gsum Clementem Myszkowski Dialectices Auditorem, Nicolaum Skowronski Pöeseos, Albertum Rudnicki Grammatices Alumnos, ac alios facti infrascripti Complices, per modernos Citatos specificandos proposuit dicet super eo: Quia Ipsi Die Veneris proximè præterito in Lapidea Nobilis ac Spectabilis Sebastiani Jnkowski Civis, et Mercatoris Crac horâ 10ma de nocte se Actorem invadere, verbis scurrilibus lædere, alapham impingere, concapillare, difframeatum, et inermem frameâ evaginata vulnerare, ac varijs alijs injurijs personalibus, et realibus afficere ausi sunt, et præsumpserunt. Idcirco eosdem pro his temerarijs ausibus, et injurijs sibi illatis pœnis adæquatis puniri debita cum instantiâ postulavit. In præsentia Gsorum Myszkowski, et Rudnicki

ad Objecta modificatè respondentium. Et reconventionaliter contra eundem Actorem sibi Forum agendi competens præcustodientium, ex quo non per se ad præsens Citatos, sed per Gsum Skowronski cum suis Complicibus Actor fuerit vulneratus.

" Et Mcus Dnus Rector auditis Partium propositis, et responsis, necessariam esse hac in Causa Inquisitionem adinvenit, quam Utriq Parti per Testes nominandos, et Cognominand injunxit, et terminum conservavit Præsen ut supra.

Mercurij 12ma Mensis Januarij.

j Pokropkiewicz Scholæ B.V.M. Pater, cum Consocijs suis contra V. Barchanowski tum alios protestatur.

Coram Offio, et Actis præsen Rectoralibus comparentes personaliter Ingenui Michael Prokopowicz Scholæ B.V.M. in Circulo Crac Pater, Actus præsentis Ppalis, in Assistentia Antonij Szurkawski, Pauli Kostecki Officialistæ Scholæ ejusdem Stanislai Kliszowski, Josephi Wisniowski, Valentini Wielgoszowski, et aliorum, si et inquantum opus fuerit, Lectionum Publicarum Auditorum, ejusdemq Scholæ Archipresbyteralis Alumnorum, in omni forma, et solemnitate Juris, in et contra V. Joannem Barchanowski Dialectices Auditorem, ac alios sui Complices, Classium et dictæ Scholæ Alumnos protestatus est de et super eo: Quia Ipsi nulla habita ratione, nescitur quam ob Causam ad Strenam Trium Regum Ao præsenti 1752. quæ ab immemorabili tempore ad ipsos duntaxat Scholæ prædictæ Patres spectabat, consequenter et ad modernum Protestantem jure merito spectare debet, se se temerè, vi propria, et modo pene violento, cum ingenti moderni Protestantis damno, dishonore, et præjudicio ingerere, pecuniam per se Protestatos ex eadem Strena intercipere, sibi appropriare, se Protestantem ab ea penitus arcere, multasq injurias per id sibi moderno Protestanti causare, et inferre, taliterq contra morem et consvetudinem, quæ vim Legis habet, ab antiquo inviolabiliter practicatam procedere ausi sunt, et præsumpserunt. De quo consulendo suæ indemnitati, dishonori, præjudicio, et quibusvis malis exinde pullulantibus iterum, atq iterum solemnissimè protestatur, et

prote-

protestantur. Salva nihilominus præsentis Protestationis Ampliatione impingvatione, diminutione & in præsentia Illis Clarissimi Adm Rndi M. Alberti Biegaczewicz, Phiæ Drs, ejusdemq Regij et Stylisticæ Eloquentiæ Professoris Collegæ Majoris, & Almæ Cancellarie, et me quo supra Actorum Notario. Quam quidem Protestationem manibus propriis ijdem Protestantes subscripserunt. Michael Prokopowicz Schola B.V.M. Paternp Antonius Szurkowski — Paulus Kozdecki. Stanislaus Kliszewski. Valentinus Nielgrzowski. Josephus Wiśniowski mpp

Prolikowski Sta, niszewski, et Baierski prosecutis.

Veneris 14ta Mensis Januarij.

Procurator Laszowski contra Studiosos infrascriptos. Coram & comparens personaliter Qui Sebastianus Laszewski Qualificatus et Plenipotens Generosi Stanislai Liszicki, sui Drii, et Spalis Actoris nomine, in termino ex Citatione verbali proposuit in et contra Ingenuum Franciscum Szczepanski de et super eo: Quia Ipse Gsō suo Spali recommendavit ad obsequia Ingenuum Prolikowski, qui dictum suum Spalem Imo verbis afficiens, deinde eundem Spalem verberibus, adscitis sibi Complicibus Casimiro Baierski Rhetoricæ et Antonio Walichnowski Parochialis B.V.M. Alumnis, ac alijs, impetens dictum Principalem franeâ et Veste superiori vulgo Bekiesa dicta, et insuper equio spoliare, aliasq Eidem injurias, tam personales, quam reales inferre præsumpserunt. Illos propterea ad restitutionem ejusmodi spolij juris medijs stringi, pro Attentatis exemplariter puniri postulavit. In præsentia Ingenui Francisci Szczepanski, se quidem Ingenuum Prolikowski ad postulationem Utriusq Generosorum Liszicki ebti Virum Honestum recommendasse, non verò tumultui assento interfuisse dicentis, proindeq libertatem à Causa et termino, uti indebitè vexatorio exposcentis. In præsentia quoq Ingenui Walichnowski se quidem huic Actioni interfuisse, sed nullam injuriam Gsō Liszicki per se fecisse, intulisse allegantis. Et Mcus D. Rector suspensa cum Ingenuo Szczepanski Actione, quatenus Walichnowski Complices in instanti specificet, demandavit. Tandem idem Citatus satisfaciendo Decreto Judicij præsen Complices videlicet Stanisz owski, Andathuewicz, et Drabantowski specificavit.

Et Mcus D. Rector suspensa pariter cum Citato Actione, Complices specificatos pro Prima Juris adcitare mandavit. Quo verò attinet Ingenuos Krolikowski, Staniszowski, et Baierski, eosdem non esse, nec debere vocari Studiosos declaravit, prout declarat Decreti præsen vigore ad præmissa mediante. Præsen ut supra.

Lunæ 17ma Mensis Januarij.

1 Pokropkiewicz contra Excell. Massarski Seniorem, ac alios ad Causam infrascriptam Intrantes.

Coram & comparens persl Ingenuus Michael Pokropkiewicz, Scholæ Archipresbyteralis B. V. M. in Circulo Crac Pater, inhærendo Protestationi suæ Die Mercurij 12ma Mensis et Anni curren his in Actis factæ, in termino hodierno ex Citatione verbali provenien, contra infrascriptos Citatos proposuit deet super eo: Quia Ipsi nulla habita ratione, nescitur quam ob Causam ad Strenam Trium Regum Ao curren 1752do, quæ ab immemorabili tempore ad ipsos duntaxat Scholæ prædictæ Patres spectabat, consequenter et ad modernum se Actorem jure merito spectare debet, se se temerè, vi propria, et modo penè violento cum ingenti sui Actoris damno, dishonore, et præjudicio ingerere, pecuniam ex eadem Strena Actorem concernentem intercipere, sibi appropriare, se Actorem ab ea penitus arcere, multasq injurias et damna per id sibi Actori inferre, et causare taliterq contra morem et Consvetudinem, quæ vim habet Legis, ab antiquo inviolabiliter practicatam procedere, ausi sunt, et præsumpserunt. Ipsos proinde ad restitutionem pecuniæ ex Strena eadem interceptæ, sibiq Actori præstandæ opportunis Juris medijs stringi, pro attentatis præmissis pœnis arbitrarijs puniri et ne in posterum similia attentent serio inhiberi postulavit. ~~In præsentia~~ In præsentia Ingenuorum V. Joannis Barchanowski Dialectices Auditoris, Joannis Lechowski, Francisci Szczepanski Rhetorices, Blasij Konarski, Alberti Drozdowic, Antonij Krager, Laurentij Baiarski, Mathæi Kulinski, Floriani Kozlowski, Theodori Zielinski Poëseos, et aliorum Classisticorum Studiosorum, dictæ Scholæ Archipresbyteralis Alumnorum

id sibi

id sibi ab Excellente Seniore prœcommissum, et demandatum Justitiæ
allegantium. Et Meus D. Rector audito Partium proposito, et
responsis, ante omnia Excellentem Seniorem Scholæ pro Prima Juris
adcitare mandavit et quatenus is id ea Excellens senior Leges, et
Munimenta Scholæ comportet, injunxit, et terminum conser-
vavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsente ut supra.

1. Mercurij 21ma Mensis Januarij.

Grosius Borowski admittitur ad Geometriam.

Coram &c comparens persti Gnus Albertus Borowski, Cameranus
Gravitialis Terræ Visogrodensis, se ad præstandum superficiali
agrorum, Camporum, pratorum, Sylvarum, et quarumvis aliarum
terræ partium, atque Locorum dimensuratione, et exdivisione quo-
modocunq; et ubicunq; facienda, corporale juramentum admitti,
idemq; in Acta publica inscribi, ac desuper Literas Testimonia-
les in forma patenti sibi dari, et impertiri debita cum instan-
tia postulavit. Et Meus D. Rector prævio ex utraq; Geometriæ,
et Statutis Regni conformi Geodæsia examine, postulationi
Ejusdem uti justæ, et rationi consonæ annuens, supradictum Gnum
Borowski ad corporale juramentum admisit, quo præstito Eun-
dem pro Geometra Jurato censeri debere declaravit, ac super his
Literas Testimoniales ex Cancellaria sui Officij in forma pa-
tenti et Authentica extradi mandavit, prout examine admittit,
censet, habet, declarat, et mandat. Decreti sui vigore ad præ-
missa mediante. Præsente me quo supra Actorum Notario.

2. Pokropkiewicz stra Excell. Massarski et alios.

Coram &c in termino ex Actis, et conservatione illius sub Die Lu-
næ, 21ma Mensis et Anni currew comparens persti Ingenuus Michael Pokropkiewicz Scholæ B.M.V. in Circulo Cracoviensi Pater, contumaciam Excellentis M. Andreæ Massarski Scholæ
præfactæ Senioris, ac aliorum in anteriori termino Concitatorum
specificatorum accusavit, et repetitâ suâ instantiâ pro De-
creto Definitivo institit. In præsentia V. Thomæ Majewski
A.A. LL. et Phiæ Baccalaurei, Excellentem Seniorem exquisit
infirmus, et ad præsens comparere non potest, dicentis, et dilatio-
nem termini ad Primam Juris sibi Citato Excellenti Seniori,

ac alijs Concitatis ad Primam Juris concedi postulantis. Et Magnificus Dnus Rector, audita petitione, fideq dictorum accepta V. Majowski uti Laureati, prædictiq Excellentis Senioris Plenipotentis, Causam præsentem ad Primam Juris distulit, et terminum conservavit. Præsentibus ut supra.

Lunæ 23. Mensis Januarij.

Idem contra Eosdem.

Coram § in termino ex Actis tum dilatione, et conservatione illius sub Die Mercurij 19 Mensis et Anni currenti comparens Personaliter Ingenuus Michael Pokropkiewicz Scholæ Archipresbyteralis B. V. M. in Circulo Crac. Pater, Actor Ppalis, satisfaciendo Decreto Judicij præsentis, Anno, et Die ut supra lato, inhærendoq Protestationi suæ Die Mercurij 12ma Mensis ejusdem hic in Actis factæ, petijt Decretum hac in Causa definitivum ferri, in scriptis promulgari, idemq debitæ executioni demandari. In præsentia Excellentis M. Andreæ Massarski, Scholæ prætactæ Senioris, ante omnia parendo suprafato Judicij præsentis Decreto Die 17ma Mensis et Anni præsen lato, Leges, et Munimenta Scholæ suæ producentis, ac in fundamento Statuti Titulo de Strena, in ijsdem Legibus expresso, dictum Actorem in eadem Strena SS. Trium Regum præpedivisse, ac Concitatis id facere mandasse agnoscentis. Ex adverso Actore allegatum, lectumq ejusmodi Statutum nihil quidquam contra Actorem evincere, quinimo pro parte sui militare dicente, et ut supra pro Decreto instante. Et Mcus Dnus Rector auditis hinc inde Partium propositis, et responsis, eoq attento, quod cæteri Scholæ ejusdem Studiosi Strenam habeant propriam, de qua Pater nihil participat, ut obloquitur Statutum Titulo de Strena, Strena verò præsens Natalis Domini, in cujus interrupta possessione alij Patres fuerunt, solum duntaxat Scholæ Patrem juxta idem Statutum concernit, Actorem modernum circa eandem Strenam manutenendum esse censuit, et interea quantum pecuniæ ex eadem Strena per Partem Citatam collectum et perceptum est, integrum suprafato Actori in instanti restituere mandavit, prout de facto manutenet, censet, et mandat. Decreti

sui vigore ad præmissa mediante. Præsente Mri Clarissimo Adm Rdo M. Antonio Zołędziowski, Phiæ Drē, ejusdemq Regio Pfrē, Collega Majore, Eccleæ Collegiatæ Sæ Annæ Canonico et me infrascripto M. Antonio Michalski Phiæ Drē et Pfrē, Collega Majore Actorum Notario.

1 Lunæ 7ma Mensis Februarij. Fiscalis Stra Szurkawski et Kozanecki.

Coram ꝯ comparens personaliter Fiscalis Officij Judicij præsentis in termino ex Citatione verbali ad Instantiam Moysis, et Eliæ Seniorum Synagogæ Casimirien emanata, in et contra Ingenuos Antonium Szurkawski Lectionum Publicarum, et Joannem Kozanecki Rhetorices Studiosos, proposuit de et super eo: Quia Ipsi nuperna die ad balneas venientes ab ijsdem non tantum non solvere, sed etiam alios Infideles in ijsdem tunc præsentes perturbare, ac repellere, ad locum vulgo Kierkow, ubi tunc cujusdam Judæi vitâ functi sepultura peragebatur irruere, Sepulchrum quoddam frameâ perforamine, Seniorem Synagogæ post barbam arreptum, per plateam trahere, et concutere, fores ad Phanum vulgo Buznica expugnare, in porta Judaica transeuntes Judæos angarizare, cuidam Judææ Rakowska dictæ strophiolum eripere, ac alios Judæos infestare, et percutere ausi sunt, et præsumpserunt. Ipsos ob præmissa exemplariter puniri et ne amplius ad easdem balneas veniant, ijsdem seriò inhiberi, debita cum instantia postulavit. In præsentia Ingenui Antonij Szurkawski Citati, se quidem in dictis balneis protunc fuisse, sed nihil ex allegatis per se cuiquam fecisse, sed Kozanecki allegata per Partem Actoream afficere debere asserentis. Et Mcus Dnus Rector suspensa cum Comparente moderno Causâ et termino, Ingenuum Kozanecki pro Prima Juris, idque pro hora 1ma adcitare mandavit. Præsentibus quibus supra.

Mercurij 9na Mensis Februarij.

2. Idem contra eosdem.

Coram ꝯ in publica Causarum Audientia comparens perstè Fiscalis Officij Judicij præsen, in termino hodierno ex conservatione illius sub Die Lunæ 7ma Mensis et Anni currentium, tum adcitatione Ingenui Joannis Kozanecki, Rhetorices Studiosi, nomine Infidelium Moysis, et Eliæ, Seniorum Synagogæ Casimirien,

Principalium, Actor, accusata suprascriptorum Citatorum contumaciâ, si et inquantum non comparentium, nec quidquam ad objecta sibi respondentium pro Decreto definitivo ut supra instituit. In præsentiâ Ingenui Ivannis Kozanecki, non comparente Szurkawski Citto, se quidem in balneis fuisse, circa Phanum vulgo Buznica desolatum transivisse sed in aliquam infestationem, aut converberationem non influxisse, ast quempiam tertium videlicet Gsum Ignatium Bielski Aulicum, et Andream Sitkowski Grammatistam eadem perpetrasse dicentis ideoq se liberum à Causa et termino pronunciari petentis. Et Mcus Dnus Rector Ingenuo Antonio Szurkawski pro Contumace reputato, et suspensa interim Causâ cum Kozanecki Ingenuum Sitkowski adcitare mandavit, et terminum pro Xma Juris præfixit. Interea innovando anteriora Mandata, quatenus nullus Studiosorum prædictas balneas adire audeat, in Contubernijs et Scholis per Bedellum inhibendum esse duxit, prout præfigit, innovat, mandat et publicat, Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Veneris 10ma Mensis Februarij.

1 Bogucka contra Kulinski.

oram 8 comparens personaliter Pudica Catharina Bogucka Principalis Actrix, in termino ex Citatione verbali et reali provenien, contra Ingenuum Mathæum Kulinski Rhetorices Studiosum proposuit de et super eo: Quia Ipse nulla habita ad se Actricem ratione, die nuperna per Plateam Stolarska euntem, cum alijs Complicibus videlicet Sebastiano Drabantowski, Josepho Brzezinski, et Antonio Stoski Scholæ Parochialis Alumnis, se Actricem in via publica capere, terræ allidere, allisam, per Complicesq manutentam flagrô converberare, taliterq Immunitatem Ecclesiasticam violasse, et locum privilegiatum cum scandalo, et Actricis summa injuria dehonestasse ausus est, et præsumpsit, ausiq sunt, et præsumpserunt. Proinde Ipsum, et Ipsos ob præmissa pœnis adæquatis puniri debita cum instantia postulavit. In præsentiâ Ingenui Mathæi Kulinski

ad

ad Allegata Actricis nihil quidquam respondentis. Et Mcus Dnus Rector attenta Citati Allegatorum agnitione, quantum attinet injuriam Actricis eundem Citatum 50 plagis, Complices verò pro ratione Annorum afficiendos in instanti decrevit. Quantum verò attinet prophanationem, seu violationem Loci, et Monasterij, eundem Citatum unà cum Complicibus suis amovendum esse à Scholis et à Cracovia in perpetuum duxit, prout de facto afficit decernit, amovetq Decreti præsentis vigore, ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Lunæ 21. Mensis Februarij.

Zycinski contra Maniecki et alios.

Coram 8 in publica Causarum Audientia comparens personaliter Honoratus Sebastianus Zycinski Illrmæ Castellanæ Inowroclaviensis Viduæ, seu alias Lapideæ Illius in Rozell dictæ Paterfamilias, in termino ex Citatione verbali in et contra Ingenuum Maniecki Rhetorices, Lucam Majowski Poëseos, et Laurentium Zaleuski Grammatices Studiosos proposuit de et super eo: Quia Ipsi diebus Carnis privijs, assumpto habitu rusticali principaliter verò Ingenuus Zaleuski se Actorem invadere, verbis læsivis afficere baculò concutere, aliasq violentias et injurias dicto Actori inferre, ausi sunt, et præsumpserunt. Ipsos propterea pœnis condignis puniri, neq similia in posterum attentent, seriò inhiberi postulavit. In præsentia suprascriptorum Citatorum se quidem in Allegata contra se influxisse, nec tamen per se Citatos, at potius per Actorem Allegatorum occasionem dedisse dicentium; percussum verò Actorem non ab omnibus, sed à solo duntaxat Laurentio Zaleuski juti et Ipse non negat, fuisse, libertatemq à termino, et Causa exposcentium. Et Mcus Dnus Rector auditis Partium propositis, et responsis, ante omnia quatenus Citati de diligentia Studiorum suorum, et frequentia Scholarum, testimonia exhibeant, censuit, et Negotium principale ad Primam Juris distulit, et terminum conservavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

Sabbato, 25ta Mensis Februarij.

Excellens Komorowski ad Albam Ducalem proficiscens Plenipotentes constituit, ut infra.

1. Coram Officio, et Actis praesentibus Rectoralibus constitutus personaliter Excellens M. Antonius Komorowski, Phiae Dr et Pfr, ante suum discessum pro Professoratu ad Coloniam Albae Ducalis, in omnibus suis Causis, Professionibus, ordine se concernentibus legitimos Mandatarios et Plenipotentes inscribit videlicet Clarissimum Thomam Małyszko, Collegam Minorem, Excellentes Nicolaum Gromalski, et Franciscum Minecki Phiae Dres et Pfres, dans Illis plenam potestatem in omnibus praedictis Causis, et Negotijs quovis coram Officio et Judicio comparendi, easdem Causas promovendi, Beneficia quaevis Ecclesiastica, et Academica, atq ascensus se ex Loco concernentes petendi acceptandi, omniaq quae in emolumentum Constituentis fieri poterunt, faciendi, exercendi, quae ipsemet Constituens faceret, et exerceret, si praesens tunc adesset. Etm praemissorum fidem se manu propria subscripsit. M. Antonius, Onuphrius Komorowski Phiae Dr et Pfr mpp

Lunae 28. Mensis Februarij

2. Clarmus Marcisowski contra Excell. Lipiewicz protestatur coram Officio Actisq praesen Rectoralibus personaliter constitutus Illris Clarmus Adm Rndus M. Jacobus Marcisowski, U. J. Pfr Canonicus Voinicien, Contubernij Jurisperitorum Senior, Principalis Protestans, gravi cum animi sui dolore, in et contra Excellentem M. Andream Lipiewicz Phiae Drem, ejusdemq et Matheseos Pfrem, ratione sui Protestantis coram varijs, varij Status, et Conditionis Personis diffamationis, et quod Idem Protestans non sit legitime in Seniorem praefati Contubernij Jurisperitt electus, insimulationis, et propalationis, ac exinde sui honoris non modicae laesionis, protestatus, et manifestatus est &. Offerens se super praemissis jure acturum cum eodem Excellente Protestato, et laesionem sui honoris vindicaturum. Salvo & omni & In quorum fidem manum propriam apposuit. M. Jacobus Marcisowski U. J. Pfr, Contubernij Jurisperitorum Senior, Ecclesiae Collegiatae Voiniciensis Canonicus mpp

Lunae 6ta

Luna 6ta Mensis Martij.

Fiscalis contra Capellistas Bursæ Academicæ Actor. j

Coram &c in termino ex Citatione verbali comparens personaliter Honoratus Albertus Zastauski Fiscalis Officij Judicij præsentis huc, et Capellistarum Bursæ Jesuiticæ, Artis Musicæ Magistrorum et Alumnorum nomine Principalium, Actor contra Nobiles Josephum Zabarouski, et Josephum Panterski, tum alios Bursæ Academicæ Musicalis Magistros, et Alumnos, Citatos Principaliter proposuit de ex super eo: Quod Josi prodima Denâ 6ta, quæ erat 8tiâ Mensis et Anni currentis, in platea Vistulanorum, sicuti Scriptores Bursæ Jesuiticæ Artistas armis, et instrumentis Musicis spoliare, eosdem converberare, non nullos usq; ad lividinem concutere, et convulnerare, ac alijs injurijs personalibus, et realibus afficere, ausi sunt, et præsumpserunt. Quapropter ad restitutionem spoliorum stringi, dolorem ipsorum ex concussione, converberatione, et convulneratione passum compensari, et ne similia in posterum attentent eosdem Citatos exemplariter puniri, et serio inhiberi, debita cum instantia postulavit. In præsentia Citatorum factum suum, per malefacta Partis adversæ toties multiplicata, excusantium: Quod videlicet Denâ 4tâ prodimè præteritâ, horâ circiter 9nâ, se Citatos, et quidem Josephum Zabarouski in una eademq; Residentia cum Nobili Hyacintho Swigthowicz conductam mansionem habentem, et Nobilem Josephum Panterski apud se tunc temporis præsentem, atque Primum Lonecki Burgrabi dantem Cracovien tubis circulatoribus vulgo Waltorny canere instrumentea, idem Nobilis Swigthowicz conducti de Contubernio Jesuitico Tibicinibus, invadere verbis læsivis afficere præsumpsit, et præsertim Nobilis Thomas Stabouski cognumptis pluribus nempe Joanne Lipinski, Michaele Brunalski N. Godtrypouski, N. Sandecki, Sebastiano Partycki et omnibus ferè de eodem Contubernio, seu Bursa Jesuitica Socijs, continuam suprascripti Zabarouski Residentiam aliquoties à mane usq; ad meridiem invadere, eundem Zabarouski quæritare, et cum resciverint eum ad Civitatem abivisse, eum insequi, et apprehensum in platea Castrensi in via publica colaphizare, terræ allidere, armis

spoliare, ac prout eis libuit, concutere, converbere, aliaq; multa improperia contra Capellam Academicam perpetrare ausus, et ausi sunt, ac praesumpserunt, taliterq; impatientiâ ducti, et signanter quod PP. Societatis Jesu id Ipsis laudaverint accepta notitiâ, coacti sunt facta factis compensare dicentium, seq; liberos ab impetitione praesenti, et Actione uti purè vexatoria indemnes pronunciari postulantium. Et Mcus D. Rector Auditis Partium propositis, et responsis, attentaq; Actorum Principalium contumaciâ, Causam praesentem ad Primam Juris distulit, et Utriq; Parti ad probandas suas injurias, ac Allegata personaliter comparere injunxit. Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesente Illri Clarmo Adm Rndo M. Antonio Zołędziowski Phiae Drae et Pfre &c et Me quo supra Actorum Notario.

Mercurij 6ta Mensis Martij.

Capellistae contra Capellistas in Causa supplta. tram &c in termino ex Actis, et dilatione sub Die Lunae 6ta Mensis, et Anni currentis facta provenien, et in Diem hodiernam Igme inciden comparentes personaliter Nobiles Jacobus Tuczemski Senior, Hyacinthus Swiątkiewicz, et Paulus Madeyski Contubernij et Capellae Jesuiticae Socij, nomine Thomae Słabowski, N. Godfrydowski et aliorum Injuriatorum, ejusdem Capellae Sociorum, Actorum Principalium, in et contra Nobiles Josephum Łobaczowski, et Josephum Panterski, Capellae Academicae ad Aedes Sae Annae Magistros, ac alios sui Alumnos proposuerunt de et super eo: Quia Ipsi Feriâ 4tâ proxime praeterita in Domo Nobilis Hyacinthi Swiątkowicz nulla sibi Citatis data occasione, se Actores verbis laesivis afficere, tandem Nobilem Słabowski per Panterski colaphisare. Die tandem Veneris proxime elapso, eundem Słabowski, Joannem Lipinski, Nicolaum Miałkowski, Sebastianum Partycki, Michaelem Brunalski et N. Godfrydowski in platea Vistulana converberare, vulnerare, frameas, et Instrumenta

Musica

Musica, vi, et violenter intercipere, aliasq injurias, et inconvenientias sibi Actoribus inferre praesumpserunt. Ipsos proinde ad restitutionem Instrumentorum, et framearum sic ut praemittitur interceptarum Juris medijs stringi, dolorem ex converberatione et convulneratione passum sibi Actoribus compensari mandari, publicam pro praemissis attentatis deprecationem injungi, eosdemq Citatos ne similia in posterum attentent, poenis adaequatis puniri petierunt. In praesentia Citatorum, Allegata contra se non negantium, seqd ad suam Instantiam Lunae Die 6ta Mensis currenti ad Acta haec porrectam et inscriptam referentium. Et Mcus Dnus Rector Auditis propositis Partium et responsis, ante omnia necessariam esse personalem Actorum injuriatorum comparitionem adinvenit. Et interim quatenus Utraq Pars arma sibi adinvicem recepta, et Instrumenta Musicalia restituat, decrevit, et terminum ad Primam Juris conservavit Decreti sui vigore ad praemissa mediante. Praesentibus quibus supra.

Illris Zołędziowski contra Excellentem Fludzinski.

Coram 8 comparens perslr Illris Clarmus Adm Rndus M. Antonius Zołędziowski Phiae Dr, ejusdemq Regnis Pfr, Collega Major, Sae Annae Canonicus, Ilcussiensis Praepositus, in Krzęcice Curatus, uti et tanquam Typographiae Collegij Majoris Administrator, in termino ex Citatione verbali in et contra infrascriptum Citatum proposuit de et super eo: Quia Ipse Summam quadraginta novem florenorum polonicalium juxta Chartam Chirographicam sibi Actori datam, licetsi multoties requisitus fuerit, solvere non vult. Ideo eundem ad solutionem praedictae Summae Juris medijs stringi et compelli debita cum instantia postulavit. In praesentia Excellentis M. Romualdi Fludzinski, Phiae Dris, et Pfris, Citati, ex adverso Ppalis, assertum debitum hucusq ob defectum se non potuisse solvere asserentis, et patientiam solvendi ejusmodi debiti ad Festum S. Joannis Baptistae exposcentis. Ex adverso Actor Excellentem Citatum fuisse capacem ad exsolvendum idem debitum sed illud penitus nolle exsolvere, dixit, et ut supra institit. Et Magnificus Dnus Rector attenta exnunc incapacitate solvendi praetensi debiti, petitionem Ejus interim acceptavit, et quatenus idem

Citatus suæ obligationi quantocyus satisfaciat, et quidem non plus ultra, quàm pro Festo S. Adalberti Archiepiscopi Martyris in Anno currenti, idem debitum Pstri Actori exsolvat decretivit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsente Pstri Clarissimo, Adm Rndo Lindo M. Joanne Patazouski U. J. Drē et Pfrē, SS. CC. Archidiacono, in Wilamowice Curato, et Mē quo supra Actorum Notario.

1 Fiscalis contra Executores Rndi olim Lithuicwica
oram & in termino ex Citatione literali comparens personi
Fiscalis Officij Judicij præsens, in et contra Pstres Clarissimos
Adm Rndos MM. Adalbertum Grzymata Sæ Phæ Drem
et Pfrem, Adalbertum Gorzkouski ejusdem Pfrem Collegas
Majores, et Excellentem Alexium Paprocki Phæ Drem, et
Pfrem, uti et tanquam Peritum Rndi olim M. Mathiæ
Lithuicwica Sæ Phæ Drii et Pfri, Collegij Majoris Senioni Ju-
tori, Ecclesiarum Cathedralis Cracc Canonici & Executores pro-
posuit de et super eo: Quòd Pstri quamvis optimè gnari
fuerint Quorum, et Statutorum Universitatis præsens, tenore,
et consvetudinem de faciendis per quoscunq Executores, cujus-
cunq Testatoris Academici, rationibus obloquentium, nihilomi-
nus etiam privatim avisati, et requisiti, ratione Rndi olim
Testatoris sui, quas prudem facere debuerant, hucusq facere re-
tardant, et satisfacere nolunt. Quocirca eosdem Pstres Executores
postulavit. Qui præsentia Citatorum, Rationes ea munere Cu-
ad faciendas præmissas rationes omnis medijs stringi, et compelli
storiali Rndi olim Lithuicwica Testatoris sui facere, in Judicio
Mci Dni Rectoris non recusantium, imo quando res divendita,
ac debita dictum Rmum Canonicum concernentia fuerint re-
cepta, se sponte ad explere velle submittentium, ac ad ante
plenis quàm ante Electionem Novi Magnifici Dni Rectoris
Anno currenti faciend. Et Magnificus Dnus Rector
nus Rector supra memoratus petitis Pstrium
strium Executorum, Citatorum, acquievit, salva nihilo-
minus ante Electionem Novi Mci Dni Rectoris talem
lationi faciendæ, præsens Decretum relaxavit, et termino

condem-

conservavit. Decreti sui vigore ad præmissa mediante. Præsentibus quibus supra.

1. Veneris 10. Mensis Martij.

Capellistæ contra Capellistas in Causa ut supra.

Coram § in termino ex Actis et conservatione illius sub Die Mercurij Ova Mensis, et Anni currenti Comparentes personaliter Nobiles Joannes Lipinski, Nicolaus Miołkowski Senior, Sebastianus Partycki, et Michael Brunalski suo, et Nobilium Thomæ Słabowski, ac N. Godfrijdowski nomine Principalium, Injuriatorum nomine, satisfaciendo anteriori Decreto Judicij præsentis Mercurij Ova Mensis præsentis lato, dixerunt se Arma Pasti Citatæ recepta restituisse, et sua vicissim, ac Instrumenta Musica recepisse. Quo verò attinet negotium principale in Judicio præsenti inter se Actores, et Partem Citatam institutum, in eo repetita anteriori sua Instantia, Decretum definitivum ferri, in scriptis promulgari, illudq; debitæ executioni demandari petierunt. In præsentia Citatorum sibi quidem Arma per Actores modernos fuisse reddita, non tamen de integro, ut erant sibi Citatis recepta, ideo eosdem ad plenam restitutionem videlicet vaginæ stringi petentium, et ut supra postulantium. Et Mcus Dnus Rector auditis Partium propositis et responsis, ad plenam Judicij sui informationem, Inquisitionem per Testes juratorias necessariam esse adinvenit, Testesq; per Utramq; Partem futuro in termino inducere, et nominare mandavit, et terminum conservavit ad Primam Juris. Præsenti Decreto ad præmissa mediante. Præsentibus Illribus Clarissimis Adnd Rndis MM. Joanne Pałaszowski U. J. Doctore, SS. OO. Crac. Archidiacono, in Wilamowice Curato, Antonio Zołędziowski Phiæ Drē, ejusdemq; Regio Pfre, Sæ Armæ Canonico Collegis Majoribus, et Me quo supra Actorum Notario.

Ante cujus publicationem Decreti Pars Actorea temerè recessit, et disparuit nec Causam amplius prosecuta est.

1. Mercurij 17ta Mensis Martij.

Carmelitæ Conventus S. Thomæ Apli Crac. ctra Ingenuum Gorayski.

Coram § in publica Causarum Audientia comparentes personaliter Adnd Rndus ac Religiosus in Christo Pater, Conventus ad Ædes S. Thomæ

